37
38 B
18

MAG 1531

Digitized by Google

Digitized by Google

JURISPRUDENTIÆ ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ

LIBRI IX.

TOMUS TERTIUS

COMPLECTENS

JUS METROPOLITICUM CATHOLICORUM.

Novæ, non nova. Vincent. Lirinenſ. in Common.



VENETIIS, MDCCLXXXVIII.

TYPIS SIMONIS OCCHI

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

AD LECTOREM.

JUS Pontificium altero abhinc anno emiſi, in quo Eccleſiæ Principatum Petro divinitus collatum, & a Petro ad Romanos Pontifices derivatum expendi, metavi, æſtimavi. Exinde Jus Patriarchicum edidi, ubi duodecim Apoſtolorum poſſeſſiones, hæreditatemque evolvi, extricavi, eamque ab ſingulis Apoſtolis in ſingulorum Patriarcharum ſinum ſe ſe effundentem, exundantemque apertiſſime, planiſſimeque, ac digito ipſo indicavi, explanavi, illuſtravi. Emitto nunc Jus Metropoliticum, in quo ſeptuaginta duorum Diſcipulorum manticam excutio, quæ, quantaque ea fuerit, & ad quos hæredes devenerit, ſucceſſoreſque, diſquiro atque veſtigo. Nec, quo oculos intendam, quos locos explorem, ubi illam expiſcer, niſi in Metropolitarum alveo, uſpiam habeo. Nam ſi Chriſtus Dominus primas Petro, ſecundas Apoſtolis, tertias Diſcipulis ſuæ legationis partes mandavit, & ſi Romanus Pontifex primum, Patriarchæ ſecundum, Metropolitæ tertium in Eccleſia locum ſemper tenuere, & tenent nunc; quemadmodum Petri jura in Pontificio Regno, Apoſtolorum bona in Patriarchali fundo inventa dedimus, ita & Diſcipulorum penum in Metropolitarum apotheca repertum iri certum eſt.

Qui ad ſeptuaginta Diſcipulorum hæreditatem, & ſucceſſionem Presbyteros, aut Parochos vocant, (Bed. in Luc. l. 3, c. 4, Theodulph. Aurelian. c. 1, Hincm. Rhem. ad Joan. VIII, Richulph. Sveſſ. Conſt. c. 1, Magiſt. Sentent. l. 4, diſt. 24, art. 9, Hug. Victorin. l. 4 in Luc. c. 11, Bonav. in Luc. c. 10, Card. Alliac. part. 1, Concl. 3, Bellarm. l. 1 de Cler. c. 14, Thom. 2, 2, Qu. 188, art. 4, & part. 3, Qu. 67, art. 2, ad 2, Gerſon.

Tom.

Tom. I, pag. 137.) in falſam ſpem eos ſcribunt, alieno ludunt corio, illos denique hiantes, adhinnienteſque magnifice, ac baſilice fallunt. Quæ enim veſtigia, quæ notæ, quæ reliquiæ, quæ indicia Apoſtolicæ illius dignitatis, quæ in Chriſti Diſcipulis enituit, in Presbyteris ſe ſe nobis unquam oſtenderunt? Ubi nam Epiſcopalis ordo, quo & Chriſti & Apoſtolorum Diſcipuli coruſcarunt? (I ad Timoth. 4, II ad Timoth. 1, Hieronym. Catal. Script. in Timoth. & in Cap. I Epiſt. ad Galat. & in Epiſt. ad Tit. c. 3, Euſeb. Lib. III, c. 4, Chryſoſt. Hom. I, Philip. p. 8. Epiphan. hær. 75, num. 5, pag. 909, Edit. Colon. Theodoret. Com. in I Tim. III, Gregor. Magn. Pap. Epiſt. 40, l. 7 Regeſt. Indict. XV, Chryſoſtom. Homil. I in Act. & in Epiſt. ad Tit. homil. 2, Euſeb. l. 3 Hiſt. Eccl. cap. 4.) Ubi Eccleſiarum fundationes, quibus Diſcipulorum legatio adeo fuit nobilitata? (Ad Tit. I, 5, Scriptor Conſtit. Apoſtol. l. 7, c. 46.) Ubi Epiſcoporum inaugurationes, quæ Diſcipulorum munus, & officium tantopere illuſtrarunt? (Auct. Conſtit. Apoſt. l. 7, cap. 48.) At quam longe a ſeptuaginta Diſcipulis abſunt Presbyteri, tam propius ad eos accedunt Metropolitæ. Nam ſi illi ab Apoſtolis Epiſcopatu aucti fuere, hi quoque ab Patriarchis Apoſtolorum Succeſſoribus Epiſcopali dignitate ſunt cumulati: (Vid. ſupra Lib. II, Qu. XXIII.) ſi illi in Chriſtianæ Urbis pomeriis proferendis ſuam Apoſtolis adjutricem operam præbuerunt, hi quoque in re Chriſtiana augenda, amplificanda, exaggeranda Patriarchas maximo opere adjuverunt: (Vid. infra Qu. IV, §. 3, 4, & Qu. V, §. 6, 7, 8.) ſi illi denique in fundandis Eccleſiis, in Epiſcopis initiandis Apoſtolicorum laborum ſocii, participes, adjutoreſque extiterunt, hi etiam in novis Epiſcopatibus erigendis, Epiſcopis conſecrandis Patriarcharum voluntati, imperio, ac votis aſſenſerunt, obſecundarunt, reſponderunt. (Vid. infra Qu. XXXVI, & XXXVII.) Verbo, ſi Diſcipulorum, & Apoſtolicorum virorum geſta cum iis quæ Metropolitæ geſſere, contuleris, nil erit unum uni tam ſimile, tam par, quam Diſcipuli, & Metropolitæ inter ſe fuerunt. Quamobrem Presbyteri aliam ſibi originem quærant, ſeptuaginta autem Diſcipulorum ſucceſſionem, hæreditatemque Metropolitanis relinquant. Quod ſi etiam ſcalam deſideras, qua ab Chriſti Diſcipulis ad noſtros Metropolitanos recta deſcendas, ecce illam tibi Qu. V, ubi, ſi non penicillo expreſſam, atque in tabula depictam, ejus certe imaginem, atque formam adumbratam exhibeo. Nec ſatis hoc habeo, ſed jura etiam, quæ

Me-

Metropolitis aſſero, eà omnia ab Chriſti Diſcipulis ducta, Apoſtolicis viris, eorumque Succeſſoribus per manus tradita, noſtriſque tandem Metropolitanis tranſmiſſa oſtendo. (Vid. Qu. VI, & ſeqq.)

Habes, Candide Lector, quid mihi in hoc III Tomo propoſitum ſit. Utinam etiam haberes, qui tanta hac de re exquiſite, & accurate diſſerere poſſet, ac diſputare, quique rei dignitatem orationis vi ac gravitate exæquare valeret. Sed ſi ingenium deeſt, ſtudium certe ac voluntas minime deerit. Contra Romanæ Eccleſiæ hoſtes, atque obtrectatores plerumque arma capio, quos non ſolum ſimplici, ac nuda rei veritate propoſita redarguendos; ſed etiam fraudibus detectis, ſubdoliſque rationibus confutatis refellendos eſſe, cordatus quilibet jure exiſtimarit. Non profero quidem *ignota indictaque primus*, ea tamen in medium voco, quæ omnem novitatis ſpeciem præ ſe ferre videntur, eoque modo, ac ratione ea effero, ut *dicam nove, etſi non dicam nova*. (Lirin. in Comm. extrem. cap. 27.) Quantum conſecutus fuerim, malo eos, qui patienter legent, judicare, quam de me ipſo egomet prædicare. Vale.

NOI

NOI RIFORMATORI

DELLO STUDIO DI PADOVA

AVendo veduto per la Fede di Reviſione ed Approvazione del *P. F. Gio: Tommaſo Maſcheroni* Inquiſitor Generale del S. Offizio di Venezia nel Libro intitolato: *Juriſprudentiæ Eccleſiaſticæ Univerſæ Lib. IX. Tomus Tertius Complectens Jus Metropoliticum Catholicorum MS.* non v' eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro niente contro Principi e buoni coſtumi, concediamo Licenza a *Simone Occhi* Stampator di Venezia che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di ſtampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 11 Decembre 1788.

(*Girolamo Aſcanio Giuſtinian Cav. Rif.*
(
(*Franceſco Peſaro Cav. Proc. Rif.*

Regiſtrato in Libro a Carte 277, al Num. 2607.

Marcantonio Sanfermo Seg.

JU-

JURISPRUDENTIÆ ECCLESIASTICÆ UNIVERSÆ

LIBER III.

DE JURE METROPOLITICO.

QU. I.

Nomen Metropolitæ quandonam primum in Eccleſia uſurpari cœpit?

§. I. Metropolitanorum mentio omnium prima occurrit in Concilio Nicæno anni 325. Nam in Canone IV hæc habentur: *Firmitas eorum, quæ geruntur per unamquamque provinciam, METROPOLITANO tribuatur Epiſcopo*. Et in canone VI: *Si quis præter ſententiam METROPOLITANI fuerit factus Epiſcopus, hunc magna Synodus definivit Epiſcopum eſſe non oportere*. Hunc loquendi morem poſtea ſequutæ ſunt Synodus Antiochena anno 341, can. 9, & Laodicena anno 360, can. 12.

§. II. Ante Concil. Nicænum in Eccleſiæ canonibus, licet rem ipſam reperiam, METROPOLITANI tamen nomen nuſquam invenio. Nam in canone XXXIII, qui vulgo dicitur Apoſtolorum, quique ſæculo II, aut III (*a*) latus fuit, a quo Antiocheni Patres Canonem ſuum

(a) Beveregius *de Canone Apoſtolico*. Quamquam eos vel ab ipſis Apoſtolis conſcriptos eſſe, vel Clementi tamquam amanuenſi dictatos affirmare non auſim, nec cum Damaſceno eos inter Canonicos Sacrarum Scripturarum Libros recenſendos judicarim; nullus tamen dubito, quin a viris Apoſtolicis, hoc eſt, ſecundo labente, & ineunte tertio a Chriſti Nativitate ſæculo conſtituti, paſſim deinceps innotuerint. Hoc enim non ex eo tantum liquet, quod quarto demum currente ſæculo pro antiquis habiti fuerunt, ſed exinde præcipue quod ſecunda tertiaque fluente a Verbo incarnato centuria, omnes, vel pleroſque ſaltem (a quibus & de cæteris facile eſt conjecturam facere) in Eccleſia Chriſtiana obtinuiſſe, ex Clemente Alexandrino, Origene, Tertulliano, aliiſque ejuſdem ætatis Scriptoribus & Eccleſiaſticis hiſtoriis abunde conſtet. Exempli gratia, Canon VII de die celebrandi Paſchatis, Canon XVII de digamis non ordinandis, Canon XXXI de Clericis ſeorſim collectas agentibus, Canon XLVII de Baptiſmo non repetendo & de hæreticorum baptiſmate non admittendo, Canon L de trina in Baptiſmo immerſione, Canon

ſuum IX exſcripſerunt, ac pene verbum de verbo expreſſum extulerunt, *METROPOLITANI* vocem ab Antiochenis Patribus uſurpatam fruſtra requires. Habe canonem Antiochenum ex Dionyſio Exiguo: *Per ſingulas Regiones convenit noſſe METROPOLITANUM Epiſcopum ſollicitudinem gerere totius provinciæ.* Hic primæ Sedis Epiſcopus vocatur *METROPOLITANUS*. Audi modo canonem Apoſtolorum: *Epiſcopos uniuſcujuſque gentis noſſe oportet eum, qui in eis eſt PRIMUS, & exiſtimare ut CAPUT*: πρῶτον ὡς κεφαλὴν. Abeſt ab hoc canone vocabulum *METROPOLITANI*, ejuſque locum *PRIMI*, & *CAPITIS* dictio tenet. Neque Eliberitani Patres anno 304 hujuſce vocis uſum ſibi adhuc adoptaverant, cum canone 58 hæc ajebant: *Maxime in eo loco, in quo prima Cathedra eſt conſtituta Epiſcopatus*. Nonne brevius, & commodius dixiſſet: *Maxime in Eccleſia METROPOLITANA*, ſi hæc dictio iis temporibus in Eccleſiam recepta fuiſſet, Eccleſiaſticique congreſſus, colloquiique jure donata?

§. III. Quare cum Metropolitarum nomen nullo in Concilio auditum fuerit ante Nicænum, non in Palæſtino, Pontico, Oſrhoeno, Aſiano, altero Chriſtiani nominis ævo habitis, non in Lambeſitano, Philadelphienſi, Neocæſarienſi, Antiocheno Sæculo tertio coactis, non denique in Synveſſano, Eliberitano, Cirtenſi anno 304, 305, cum Diocletianea Perſecutio in cervicibus erat, celebratis, veroſimile oppido eſt, nomen hoc, vel rectius dixerim, agnomen eo tempore natum eſſe, quod Diocletianeam Perſecutionem inter, & Nicænum Concilium effluxit, videlicet cum Eccleſia in libertatem aſſerta eſt.

§. IV. Neque vero aut legem aliquam, aut ullum Canonem hujuſce agnominis auctorem fuiſſe exiſtimarim, ſed ipſum uſum, *quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi*. Nam cum tunc Eccleſia & Reſpublica ſe ſe invicem complexæ eſſent, arcto fœdere, ac nexu conſtrictæ tenerentur, ſororio amore colligarentur, una viverent, una mente cogitarent, uno ore, una voce, una lingua eloquerentur, hinc factum eſt, ut, quemadmodum Reſpublica eas Urbes, ex quibus coloniæ erant deductæ, quæque aliarum Urbium quaſi Matres erant, *Metropoles* vocare ſolebat, earumque Præfectos *Metropolitas*, ita etiam Chriſtiani eas Eccleſias, quæ aliarum procreatrices, quaſique parentes extiterant, *Metropoles*, earumque Antiſtites appellare cœperint *Metropolitas*.

§. V. Antequam Eccleſiæ pax, & libertas parta eſſet, Chriſtianorum Epiſcopi, quocumque tandem in loco, ac dignitate poſiti eſſent, aut Apoſtoli (*b*), aut viri Apoſtolici,

(c)

non LXI de fidelibus lapſis non ordinandis, Canon VI, & LXXXI, de Clericis ſæculares curas ſuſcipientibus; ſic etiam Canones de Conciliis habendis, de Quadrageſima, Feria IV, & Paraſceve jejunando, &c. ut in Canonibus explicandis fuſius oſtenſuri ſumus. Hæc enim, & hujuſmodi, quæ ſacris in Scripturis expreſſe non præcipiuntur, in Eccleſiam primitivam, & tantum non Apoſtolicam furtim & fortuito irrepſiſſe non cenſenda ſunt, ſed e præviis potius decretis ſive Canonibus, iiſque non a privato quopiam homine, ſed a multis qui in unum congregati in utramque pertem deliberarunt, conſtitutis, vulgares in uſus prima recepta fuiſſe.

(b) Theodoretus *Commentar. in epiſt. ad Phi-*

(c) aut Ἄρχοντες (d) Principes, aut Προεστῶτες, ſeu προεστῶτας Præfecti; ſive

Philippenſes cap. 2, *v.* 25, *pag.* 323, Ἀπόστολον δὲ αὐτὸν κέκληκεν αὐτῶν *Apoſtolum autem ipſum vocat ipſorum* (hoc eſt Epaphroditum Philippenſium) ut cui eſſet illorum cura concredita. Ut clarum ſit, ſub eo fuiſſe illos, qui *in principio* ἐν τῷ προοιμίῳ dicti ſunt Epiſcopi presbyterorum ſcilicet in ordine conſtituti. „ Rurſum *in epiſt.* „ 1 *ad Timoth. cap.* 3, *pag.* 474. *Ita*, „ inquit, Φιλιππησίων ἀπόστολος ὁ Ἐπαφρόδιτος *Philippenſium Apoſtolus Epaphroditus*: veſtrum enim, inquit, Apoſtolum „ & adjutorem neceſſitatis meæ. οὕτω Κρητῶν ὁ Τίτος, καὶ Ἀσιανῶν ὁ Τιμόθεος ἀπόστολος.“ *Ita Cretenſium Titus, & Aſianorum Timotheus Apoſtoli*. Auctor etiam commentariorum in Epiſtolas Pauli, quem Ambroſiaſtrum vocant: *in ad Gal.* 1, *tom. I opp. S. Ambr.* edit. Pariſienſis Monach. S. Mauri pag. 210. *Apoſtolum*, inquit, *ſe Paulus non ab hominibus electum, & miſſum ad prædicandum teſtatur, ſicut erant quidam, qui electi ab Apoſtolis mittebantur ad Eccleſias roborandas*. Confer Amalarium *lib. II de Divin. Officiis cap. XIII, pag.* 974, *tom. XIV* Biblioth. PP. edit. Lugdun.

(c) Tertullianus *de Præſcriptionibus Hæreticor. cap. XXXII, pag.* 23, *edit.* an. 1748. „ Edant ergo origines Eccleſiarum ſuarum: volvant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, ut primus ille Epiſcopus aliquem „ ex Apoſtolis, vel *Apoſtolicis viris*, qui „ tamen cum Apoſtolis perſeveraverint, habuerit auctorem, & *Anteceſſorem*. Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos „ deferunt: ſicuti Smyrnæorum Eccleſia Polycarpum ab Johanne conlocatum refert: ſicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum itidem. Perinde utique & cæteræ „ exhibent, quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos Apoſtolici ſeminis traduces habeant“. Vide ut Epiſcopi ordinati ab Apoſtolis Apoſtolici viri appellentur ab Tertulliano? Confer S. Aug. *lib. II de Doctr. Chriſt. cap. VIII, pag.* 23, t. III, par. 1, edit. Pariſ. Mon. S. Mauri. Adeundus Cangius *Gloſſar. M. & inf. Lect. ad V, Apoſtolica Sedes*. S. Hilarius *Præf. in Fragm. Hiſtor. libri pag.* 12, 82, edit. Paris. Monachorum S. Mauri; ubi Epiſcopos quoſque *Apoſtolicos viros* vocat. „ Officiales magiſtri vo„ litant: adverſus *Apoſtolicos viros* officio„ rum omnium feſtinatione turbatur“. Idem *comm. in Matth. cap. XXII, n.* 4, *pag.* 720. „ Qui iterum cum præceptorum conditione mittuntur, *Apoſtolici ſunt viri*, & „ *ſucceſſores Apoſtolorum*“. Accedit Gildas *Invectiv. in Clerum Britanniæ pag.* 715. tom. VIII Biblioth. Ss. Patrum edit. Lugd. an. 1677, ut qui Epiſcoporum *Apoſtolicam* nominet *dignitatem*. Nam ſi Epiſcopi, ut ſupra vidimus p. 284, ſeq. appellati interdum Apoſtoli fuerunt (idque jam conſtat Cypriani epiſt. III, al. LXV, auctoritate, qui pag. 173 edit. Amſtel. an. 1700 ſcribit: „ Meminiſſe Diaconi debet, quoniam Apoſtolos, ideſt Epiſcopos, & Præpoſitos Dominus elegit.“ Vide Hieron. ep. XXVII *ad Marcellam*, al. LIV, p. 65, t. IV opp. edit. Pariſ. Mon. S. Mauri) cur non item *Apoſtolici*? Atque hæſit quidem hoc & Epiſcopis, & dignitati eorum vocabulum, propterea quod *doctrinam Apoſtolorum* ſequerentur, illorumque loco ad Eccleſiarum gubernacula acceſſerint. Conſule ſupra deſcripta Tertulliani, & Hilarii teſtimonia, & quæ paullo ante de titulo *Succeſſorum Apoſtolorum* diſputata ſunt. Adi ſis, modo liceat, Bartium lib. XIII *Adverſarior.* cap. XX, pag. 746.

(d) Origenes *lib. III contra Celſum, n. XXX, pag.* 466, tom. I, edit. Pariſ. Monach. S. Mauri. „ Si Ἄρχοντα ἐκκλησίας „ *Principem Eccleſiæ* cum ſingularum Urbium Præſidibus comparaveris, intelliges „ inter Senatores, & Principes *Eccleſiæ* Dei „ ἄρχοντας ἐκκλησίας Θεοῦ, etiam eos, qui a „ cæteris ſuperantur . . . . in progreſſione ad „ virtutes præcellere“ Hieronymus *in Pſal. XLIV, pag.* 241, tom. II Opp. edit. Pariſ. Monac. S. Mauri. „ Conſtituit Chriſtus Sanctos ſuos ſuper omnes populos. In nomine enim Dei dilatatum eſt Evangelium in „ omnibus finibus mundi: in quibus *Principes Eccleſiæ*, ideſt *Epiſcopi* conſtituti „ ſunt.“

ſive Præpoſiti (*e*), aut προέδροι Præſides (*f*), aut ἔφοροι In-

(e) S. Juſtinus Martyr *Apolog.* 1, *num. LXV*, p. 85, ed. Ven. opp. a. 1747. ἔπειτα inquit προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος κ. τ. λ. *Deinde ei qui praeſt fratribus, offertur panis &c.* Qui enim is ſit, qui fratribus præeſt, niſi Epiſcopus, ne ſuſpicari quidem poſſum. Confer Petavium lib. 1 *de Eccleſiaſtica Hierarchia c. II, §. XII*, tom. III Theologicor. dogm. edit. Pariſ. pag. 667. Accedit Euſebius. Nam, *lib. VI Hiſt. cap. III, pag.* 261, *edit.* Cantabrig. de Origene agens: „ Cum „ vero plures quotidie diſcipulos accedentes „ videret, propterea quod Catechumenorum „ inſtitutio ipſi ſoli mandata fuerat “ ὑπὸ Δημητρίου τοῦ τῆς ἐκκλησίας προεστῶτος a Demetrio Eccleſiæ Præfecto. Et c. VIII, p. 265. „ Itaque „ Demetrius ... τῆς αὐτόθι παροικίας προεστὼς „ ejus Paræciæ *præfectus*. “ κ. τ. λ. & cap. X. p. 268. Δόξαν τοῖς τῶν ὁμόρων ἐκκλησιῶν προεστῶσι Viſum finitimarum Eccleſiarum *præfectis* eſt, & l. VIII, c. XIII, p. 340. τοῖς τοῦ λόγου προεστῶσι *verbi* præfectis, & l. VIII, c. VI, p. 382, τῆς κατὰ Νικομήδειαν ἐκκλησίας ὁ τηνικαῦτα προεστὼς Ἄνθιμος Eccleſiæ, quæ Nicomediæ eſt tunc *præfectus* Anthimus. Confer Gregorium Nyſſenum t. III opp. pag. 306, edit. a. 1638.

Origenes *lib. VIII contra Celſum*, *num.* 75, *pag.* 798, tom. 1, edit. Monach. S. Mauri. „ Quod ſi qui in Eccleſia præſunt, τῆς „ κατὰ θεὸν πατρίδος *illius, quæ ſecundum* „ *Deum eſt*, patriæ, λέγω δὲ τῆς ἐκκλησίας λεγό- „ μενοι προστάται, οἳ καὶ ἄρχουσι κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ „ προστεταγμένα *dico autem: Eccleſiæ ii qui* „ *dicuntur* προστάται *Præpoſiti, qui & præ-* „ *ſunt, ſecundum ea, quæ ſunt ordinata* „ *a Deo &c.* “ Adi-ſis Petavium *l. III de Hier. Eccl. cap. VIII, §. IV, ſeq. pag.* 844.

Mam. *ibid. pag.* 293, *N.* 1. Tertullianus in libro *de Fuga in Perſecutione cap. XI, pag.* 541, edit. opp. Pariſ. an. 1675. „ Porro ſi eos, qui gregi præſunt, fugere, cum „ lupi irruunt, nec decet, immo nec licet, „ qui enim talem paſtorem malum pronun- „ ciavit, utique damnavit: omne autem, „ quod damnatur, illicitum factum eſt ſine „ dubio. Ideo Præpoſitos Eccleſiæ in perſe- „ cutione fugere non oportebit. “ S. Cyprianus *epiſt. XIX, al. XIV, pag.* 198, edit. Amſtelod. an. 1700. „ Hoc & verecundiæ, „ & diſciplinæ, & vitæ ipſi omnium noſtrum „ convenit, ut Præpoſiti cum clero conve- „ nientes, præſente, & ſtante plebe, diſpo- „ nere omnia conſilii comunis religione poſ- „ ſimus. “ Et *epiſt. III, pag.* 173. „ Memi- „ niſſe autem diaconi debent, quoniam Apo- „ ſtolos, ideſt Epiſcopos, & Præpoſitos Domi- „ nus elegit ... Et ideo oportet diaconum, de „ quo ſcribis, agere audaciæ ſuæ pœnitentiam, „ & honorem Sacerdotis agnoſcere, & Epiſco- „ po Præpoſito ſuo plena humilitate ſatisfacere: „ Hæc ſunt enim initia hæreticorum ... ut ſibi „ placeant, & Præpoſitum ſuperbo tumore „ contemnant. “ Et *epiſto. IX, al IV, pag.* 182. „ Quod & vobis eſſet circa Præpoſiti „ (*Fabiani Papæ*) memoriam glorioſum. “ Et *epiſt. XV, pag.* 193. „ Sed Præpoſitorum „ eſt præceptum tenere &c. “ Mitto cætera: Confer Cangium tom. 1 *Lex. mediæ, & Infimæ Latinitatis ad v. Præpoſiti*, pag. 758, edit. Pariſ. Concilium Carthaginenſe III, can. XLV, p. 967. „ Contingit nonumquam, „ ut poſtulentur ab Eccleſiis, quæ Præpoſiti „ egent &c. “ tom. 1 Concil. edit. Pariſ. Hard. Sed progreſſione temporum immutata ejus vocabuli ratio eſt, ita ut in eos, qui Monachis ſeu Canonicis quibuſdam præfecti eſſent, inque alios, qui in Eccleſiis certam quandam obtinerent dignitatem, caderet. Conſule Cangium ibid. ad v. *Præpoſitus*

Epiſt. ad Hebræos cap. XIII, v. 7. Mementote Præpoſitorum veſtrorum, qui vobis loquuti ſunt verbum Dei. Verſ. 17. *Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis. V.* 24. *Salutate Præpoſitos veſtros, & omnes Sanctos.*

(f) Euſebius Cæſarienſis *lib. VIII Hiſt. cap. II, pag.* 377, edit. Cantab. „ Hæc om- „ nia noſtris temporibus completa ſunt, tunc „ cum ædes ſacras ſolo æquari, ac funditus „ ſubverti, ſacros divinarum Scripturarum „ libros in medio foro concremari oculis „ noſtris vidimus, & Eccleſiarum ποιμένας *pa-* „ *ſtores* ... inimicorum ludibrio expoſitos „ conſpeximus. “ Et pag. 377. „ Sed non „ multo poſt aliæ rurſum litteræ ſupervene- „ runt, quibus mandabatur, omnes ubique „ Eccleſiarum προέδρους *Præſides*, primum qui- „ dem conjicerentur in vincula &c. “ Et lib. *de Martyribus Palæſtinis cap. II, pag.* 411. Hæc primo anno perſecutionis in hunc modum geſta ſunt, cum adverſus ſolos ἐκκλησιῶν προέδρους *Eccleſiæ Præſides* perſecutorum immanitas deſæviret.

Tertullianus *lib. de Corona Militis, cap. III, pag.* 102, edit. Venetæ an. 1748. „ Nec „ de

Inſpectores (*g*), aut ἡγούμενοι Duces (*h*), aut ſummi Sacerdotes, & ſummi Pontifices (*i*), aut Papæ & Patres (*k*), aut tandem Eccleſiarum Angeli (*l*)

„ de aliorum manu, quam *Præſidentis*, „ ſumimus pro defunctis. “ Et *lib. de jejuniis cap. XVII, pag.* 554. „ Duplex apud te „ Præſidentibus honor (alloquitur autem Ca„ tholicum Montaniſta) binis partibus de„ putatur, cum Apoſtolus duplicem hono„ rem deducit, ut & fratribus, & *Prepoſi„ tis*. “ Apolog. XXXIX, pag. 120, ejuſd. edit. in Append. „ Præſident probati quique „ ſeniores, honorem iſtum non pretio, ſed „ teſtimonio adepti. “ Et *lib.* 1 *ad Uxorem cap.* VII, *pag.* 165. „ Præſcriptio Apoſtoli „ declarat, cum bigamos non ſinit præſide„ re. “

(g) Philoſtorgius *Hiſtoriæ lib.* III, *cap.* IV, *pag.* 27, edit. an. 1643. „ At legatione „ ſuſcepta [illegible] Ephori quoque dignitatem „ ab homodoxis accepiſſe “ & *cap. XV, pag.* 48. Paulinum quidem, primum audiviſſe, qui ex [illegible] *Ephoria* Tyri ad Antiochenam translatus eſt. „ Adeundus, ſi licet, Svi„ cerus Theſ. Eccleſ. tom. 1, ad v. ἔφορος “

(h) Apoſtolus in litter. ad Hebræos cap. XIII, v. 7. *Mementote* τῶν ἡγουμένων ὑμῶν *Ducum veſtrorum*. v. 17. *Obedite* τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν. *Ducibus veſtris*. v. 24. *Salutate* omnes ἡγουμένους ὑμῶν *duces veſtros*. “

(i) Tertullianus *lib. de Baptiſmo, cap.* XVII, *pag.* 230, edit. Venetæ an. 1748. „ Dan„ di quidem (baptiſmi) habet jus *ſummus „ ſacerdos*, qui eſt Epiſcopus. “

Ibid. pag. 296. Neque vero *Pontifices* ſolum, ſed etiam *Summos*, & *Maximos* fuiſſe Epiſcopos omnes vocatos Binghamus cenſet. Ac de *Summi* quidem appellatione, cum aliquot recenſeantur ab ipſo monumenta, quæ rem efficere videantur, non admodum laborant noſtri. De *Maximo* pugnaciter aliqui negant cadere, præterquam in Romanum Pontificem, in alium quempiam potuiſſe. Ac Tertulliani quidem locus, quo Binghamus, aliique utuntur, nihil opis, præſidiique adferre eorum ſententiæ poteſt, cum de *Romano* Epiſcopo, non de quovis alio Presbyter ille Carthaginenſis agat. Sed ſac dubium ſit. Re dubia, quæ in controverſiam revocatur, ſtatuere, omnium Epiſcoporum commune hoc fuiſſe genus appellationis, velle hominis eſſe videtur contra dialecticæ regulas, ut ſua commenta confirmare valeat, diſputantis.

Baron. ad an. CCXVI, num. IV. Non admodum diſcrepat Paſchaſius Queſnellus Diſſ. 1 de *Vita*, & *Geſtis* S. Leonis cap. XII, num. VI, qui cap. XIII Tertulliani verba cadere in Zephyrinum cenſet. Aſſentitur Baronio Samuel Baſnagius in Annal. ad an. 206, num. V. Nam hoc libro Romanum Epiſcopum perſtringi a Tertulliano, ſine ratione quiſquam negaret. Cap. enim XXI, pag. 574, edit. Venetæ an. 1748. „ Exhibe, inquit, & nunc „ mihi *Apoſtolice* (Apoſtolicam autem oc„ cidentis Eccleſiam quis inficiabitur fuiſſe „ appellatam a Tertulliano Romanam?) pro„ phetica exempla.... Quod ſi diſciplinæ ſo„ lius officia ſortitus es, nec imperio præſi„ dere, ſed miniſterio, quis, aut quantus „ es indulgere... Sed habet, inquis, pote„ ſtatem Eccleſia delicta *donandi*... De tua „ nunc ſententia quæro, unde hoc jus Ec„ cleſiæ uſurpes. Si quia dixerit Petro Do„ minus, ſuper hanc petram ædificabo Ec„ cleſiam meam, tibi dedi claves regni cœ„ leſtis, vel: quæcumque alligaveris, vel „ ſolveris in terra, erunt alligata, vel ſolu„ ta in Cœlis: idcirco præſumis & ad te „ derivaſſe ſolvendi, & alligandi poteſtatem, „ id eſt ad omnem Eccleſiam Petri propin„ quam, qualis es evertens, atque commu„ tans manifeſtam Domini intentionem per„ ſonaliter hoc Petro conferentem. Super te, „ inquit, ædificabo Eccleſiam meam. „ Hæc quemadmodum non ſint tribuenda Pontifici potius, quam alteri cuiquam Epiſcoporum, non equidem intelligo.

(k) Tertullianus *lib. de Pudicitia, cap.* XIII, *pag.* 564, edit. Venetæ an. 1748. „ Et „ tu quidem Pœnitentiam mœchi ad exoran„ dam fraternitatem in Eccleſiam inducens „ conciliciatum, & concineratum cum dede„ core, & horrore compoſitum proſternis in „ medium ante... presbyteros, omnium la„ cinias invadentem, omnium veſtigia lam„ bentem omnium genua detinentem, inque „ cum hominis exitum, quantis potes, mi„ ſericordiæ illecebris, bonus paſtor, & Be„ ne-

(*l*) vocati fuerunt, nunquam tamen Metropolitæ, vel Archiepiſcopi, vel Exarchi, vel Patriarchæ nuncupati.

§. VI. Archiepiſcopi Appellationem (*m*)

„ nedictus Papa concionaris. " Hæc Montaniſta Tertullianus de Epiſcopis Catholicis. *Acta SS. MM. Perpetuæ, & Felicitatis* ſic habent de *Epiſcopo Carthaginenſi* num. XIII, pag. 85, edit. Ruinart. Veron. „ Vidimus ante fores Optatum Epiſcopum ad „ dexteram, & Aſpaſium Presbyterum do„ ctorem ad ſiniſtram ſeparatos, & triſtes, „ & miſerunt ſe ad pedes nobis, & dixerunt „ nobis, componite inter nos, quia exiſtis, „ & ſic nos relinquitis, & diximus illis: „ Non tu es Papa noſter, & tu Presbyter „ &c. „ Clerus Roman. *epiſt. ad Cyprian.* quæ inter Cyprianicas XXX eſt, pag. 56, edit. Oxon. ſcribit hoc modo: „ Cypriano „ Papæ Presbyteri, & Diaconi Romæ conſi„ ſtentes ſalutem. " Et epiſt. XXXI, pag. 61. „ Cypriano Papæ Moyſes, & Maximus Preſ„ byteri, & Nicoſtratus, & Rufinus diaco„ ni &c. " epiſt. XXXVI, pag. 69 „ Cypriano „ Papæ presbyteri, & diacones Romæ conſi„ ſtentes ſalutem. " Epiſt. VII, pag. 15. „ Didicimus ſeceſſiſſe benedictum Papam Cy„ prianum. " Et rurſum epiſt. XXX, pag. 61. „ Beatiſſime, ac glorioſiſſime Papa. " Hieronymus *epiſt. ad Auguſtinum. LXXX, pag.* 644, tom. IV Opp. edit. Pariſ. Monach. S. Mauri. „ Beatiſſimo Papæ Auguſti„ no ". Atque hæc de Afris. Nunc de Ægyptiis, qui alteram Africæ partem incolunt. Euſeb. *lib. VII, cap. VII, pag.* 327, edit. Cantabr. „ Hanc ego regulam, (inquit Dio„ nyſius Alexandrinus) a Beatiſſimo πάπα „ *Papa* noſtro Heracla accepi " Theodoretus *lib. I Hiſt. cap. V, pag.* 22. edit. Cantabr. & Epiphanius *Hæreſ. LXIX*, quæ eſt Arianor. *num. VI, pag.* 731, *tom.* 1, edit. Pariſ. Petavii. „ Arius quem Alexander πάπα Pa„ pa &c. " Hieronymus *epiſt.* 38, *al. LXI, ad Pammachium pag.* 308, t. IV opp. edit. Martinæi. „ Habes Papam Epiphanium (Cy„ prium) . . . . . Excepto Papa Athanaſio „ (Alexandrino) & Paulino (Antioche„ no). " De Gallis, Epiſcopis Sidonius Apolinaris *lib. VI, epiſt. I, Tom. I* Opp. Sirm. edit. Pariſ. pag. 996. „ Domino Papæ „ Lupo. " Et *epiſt. II, pag.* 998. „ Papæ „ Pragmatio ". & *epiſt. III, p.* 1000. „ Pa„ pæ Leontio ". De Hiſpanis vide Prudentium *Hym. XI* περὶ Στεφ. v. 127, apud Ruinart. *Act. Sanct. MM. Sincera pag.* 248, qui ſcribens ad Valer. Cæſarauguſtanum, inquit.

Rorantes Saxorum apices vidi optime *Papa*.

Sed nolo equidem omnia de hac voce veterum teſtimonia numerare, quibus cum horum magna ſit copia, lectori moleſtiam crearem.

Errat igitur Sirmondus *not. in Sidonium lib. VI, epiſt. I*, qui Cyrillum primum fuiſſe poſt Rom. Pontificem Papam appellatum, ſcribit. Ruinartius *in not. ad Act. Sinc. SS. MM. p.* 148, edit. Veron. „ Nomen Papæ „ diu omnibus Epiſcopis commune, quod „ Greg. VII ſoli Romano Pontifici reſerva„ vit ".

Apud Pearſonum *Vindic. Ignat. par. I, cap. XI, pag.* 344, tom. II Apoſtolicor. PP. edit. Amſtel. ann. 1724. Adeundi Euſebius Renaudotius *Hiſt. Patriarch. Alexandrinorum pag.* 27, *ſeqq.* edit. Pariſ. an. 1713, Abrahamus Ecchellenſis Maronita in opere *de titulo Papa* pag. 21, ſeq. Bibl. Pontif. Roccab. t. 1, Joſephus Simonius Aſſemanus Bibl. Orient. tom. 1, pag. 14, ſeq. edit. Rom. an. 1719, Johannes Diecmannus edidit *diſſertationem de ætate vocis* Papæ.

Confer Suidam ad v. πάπας & Cangium *Gloſſ. Med. & Infim. Latinit.* ad eandem vocem *Papa*.

(l) Sunt Scriptores iique jam & veteres, & doctrinæ laude illuſtres, qui in Epiſtola ad Corinthios prima *Angelorum* nomine fuiſſe Epiſcopos indicatos putent. Ac Johannes profecto Angelos appellaſſe Epiſcopos ſeptem Aſiæ Eccleſiarum in Apocalypſi, tam eſt manifeſtum, ut ne a Proteſtantibus quidem, quos ſingulari eruditionis laude claruiſſe ferunt, revocari potuerit in controverſiam. Itaque Socrates Serapionem Thmuitarum Epiſcopum *Angelum*, Johannis exemplum imitatus, vocavit. Henricus Homondus homo de ſecta Epiſcopalium, incidiſſe, ſcribit, in Codicem MSS. Saxonicum ſe, ex quo Epiſcopos ab Saxonibus Anglis *Bydels*, hoc eſt,

DEI

(m) Africani Patres anno 397, non dico animo ferre, ſed ne auribus quidem accipere potuerunt, eamque tamquam novam, atque ante illud tempus inauditam, nimioque faſtu turgentem, inſoleſcentemque omni Eccleſiæ tecto ſummovendam, omnique aditu prohibendam eſſe voluerunt. Verum illa in umbratili, ac domeſtica Marci Diaconi oratione Sæculo quarto vertente orta, atque in Joannis Chryſoſtomi ædes primum intromiſſa, abs Carthaginenſibus dein repulſam paſſa, atque exulare coacta, tandem omni novandarum rerum ſuſpicione, omni invidiæ labe ac macula deterſa, omnique ambitionis vento remoto atque extruſo ab Concilio Epheſino anno 430, Act. I, plauſibus, ac gratulationibus excepta fuit, atque in Eccleſia maxima cum dignitate conſiſtere juſſa.

§. VII. Ante Archiepiſcopos, poſt tamen Metropolitas, Exarchi (n) ſuum ſibi

---

DEI NUNCIOS, & miniſtros fuiſſe appellatos cognovit.

(m) Thomaſs. *l. I, pag. 9*, §. 10. Verum cum gemina hæc Concilia, nempe Antiochenum & Sardicenſe anni 347, ſolius meminerint Metropolitani, fatendum eſt nullum nomen illuſtrius aut magnificentius hactenus in Eccleſiæ uſu fuiſſe. Marcus Diaconus in ea vita quam ſcripſit beati Porphirii Cæſareæ in Palæſtina Metropolitani, Chryſoſtomum non raro Archiepiſcopum appellat. Inde ſuſpicari poſſet quis, uſitatius tunc eſſe cœpiſſe hoc nomen, idque acerbius ferentes Africanos Epiſcopos Concilii III Carthaginenſis, cui intererat Auguſtinus, id nomen proſcripſiſſe, ut quod novum eſſet, & ſæculi magis faſtum ac dominationem redoleret, quam modeſtiam & humilitatem Eccleſiæ miniſtris accomodatam. Vetuit ergo hæc Synodus, ne quis deinceps ſummus Sacerdos, aut Princeps Sacerdotum, quod idem eſt ac Archiepiſcopus, diceretur. *Ut primæ Sedis Epiſcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, aut ſummus Sacerdos, ſed tantum primæ Sedis Epiſcopus.*

Cum ſola novitas minus æquam peperiſſet hujus nominis interpretationem, brevi & cum novitate ipſa evanuit vocis invidia, ac dominationis ſuſpicio illi affricata. Re igitur tota maturius penſitata, deprehenſum eſt magnifica hæc in ſpeciem nomina Archiepiſcopi, Principis Epiſcoporum, ſummi Sacerdotis, non aliam ſive originem, ſive ſignificationem habere, quam primæ Sedis, aut primæ Cathedræ Epiſcopi. Primatum enim dumtaxat & primam Sedem hæc indicant. Quis enim dixerit Archipresbyteri aut Archidiaconi nomine formidoloſam Presbyteris aut Diaconis aliis dominationem intentari? Si fas erit Afris, primo inter Presbyteros, vel Diaconos, Archipresbyteri, vel Archidiaconi nomine donare, eccur invidioſum erit Archiepiſcopum dici, qui primus eſſet inter Epiſcopos? Primus & Princeps Latine idem ſonant. Principem locum tenet, qui primum. Qui ergo primus, idem Princeps erat Sacerdotum; & qui latine Princeps Sacerdotum, eodem ſenſu parique modeſtia Græcis Archiepiſcopus dicebatur.

Quamquam autem tam dilucida hæc ſint & eliquata, ab Archiepiſcopi tamen vocabulo abſtergi non potuit invidia, niſi aliquanto poſt temporis intervallo; nec niſi in prima Epheſina Synodo Generali primariis totius orbis Epiſcopis aperte tributum eſt. Ibi perſæpe Cyrillus ab aliis, nonnunquam & a ſeipſo Archiepiſcopus appellatur; eodem honeſtatur nomine ab ipſa Synodo in Epiſtola ad Imperatorem ſcripta de Neſtorii depoſitione. Idem nomen Cæleſtino Papæ ibidem, & a Cyrillo, & ab aliis datur. Impartitus eſt & eadem nominis gloria a Pſeudoſynodo ſua, cui eodem tempore Epheſi non intererat tantum, ſed & præerat Joannes Antiochenus. Quin & eodem appellationis honore ibidem gaudet Mnemon Epheſinus Epiſcopus; adeo ut ſolis tunc Primatibus aut Exarchis Diœceſeon id tunc nomen tributum fuerit.

(n) Selvag. *Antiquit. Chriſt. Inſt. L. I, cap.* 18, §. 1, *pag.* 162. Ἔξαρχος *Exarchus* vox græca apud veteres æque profanos; ac ſacros Scriptores adhibita potiſſimum occurrit ad ſignificandum eum, qui cantum incipiebat, ſive cantus auſpicem. Sic apud Homerum

ſibi cognomen induerunt, atque ab Concilio Antiocheno anni 341, magno in honore habiti. Antiochenus Canon laudatus fuit in Act. XIV Concilii Chalcedonenſis. (Tom. II Concil. edit. Hard. pag. 591.) *Stephanus Epiſcopus dixit: De maximis criminibus accuſatus Pirrheorum quondam Epiſcopus & ſæpius evocatus... & proptere rurſum* ὑπὸ τε τῦ ἐξάρχε τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως *ab Exarcho Orientalis Eccleſiæ evocatus &c.* (Vid. Bingham. Orig. Eccl. lib. II, cap. XVII, §. 2, N. U.) Verum Exarchi etiam hoc ſuo nomine minus uſitato in Africanorum Patrum invidiam, & offenſionem incurrerunt, qui in Concilio Carthaginenſi III, can. XXXIX edixerunt, *ne primæ Cathedræ Epiſcopus appelletur* ἔξαρχος τῶν ἱερέων *Exarchus Sacerdotum*. Ii igitur Africanorum Supercilium veriti ex Orientali Eccleſia egredi nunquam auſi ſunt. In ea nomen ſuum tueri, in ea ſuam lucem, ſplendoremque ſervare, in ea dignitatem ſuam Patriarchis omnino parem ſuſtinere viſi ſunt. Verum de Exarchis, ac de Patriarchis ſatis a nobis in ſuperiore Libro dictum eſt.

QU. II.

---

rum Iliad. 17, verſ. 605. Μολῆς ἐξάρχοντες *Cantum incipientes*. Philo *de Vita contempl.* eum, qui inter Heſſenos laudes incipiebat, vocat ἡγεμόνα, καὶ ἔξαρχον *Ducem*, & *Auſpicem*. Et Gregorius Naz. ἔξαρχον ἑορτῆς *feſti auſpicem* vocat eum qui primum feſtum aliquem diem celebrat.

Tum eodem vocabulo Veteres Eccleſiæ Patres uſi ſunt & in malam partem: ſcilicet vel ad ſignificandos criminis alicujus capitalis, vel etiam rebellionis auctores, unde hæreſiarchæ haud raro αἱρέσεως ἔξαρχοι nuncupati occurrunt, vel ad indicandos primæ alicujus Sedis Epiſcopos. Unde Canones Conciliorum non raro injiciunt mentionem τῦ ἐξάρχε τῆς διοικήσεως, & ἐξάρχε τῆς ἐπαρχίας: nimirum *Exarchi*, ſive Patriarchæ, cui integra Diœceſis erat adtributa; & *EXARCHI*, ſive *METROPOLITÆ*, cui una tantummodo ſuberat provincia. Igitur inter Patriarcham, & Exarchum διοικήσεως *DIŒCESES* vix aliquid diſcriminis invenias. Patriarchæ enim dicti ſunt Epiſcopi Romanus, cui Provinciæ ſuburbicariæ; Alexandrinus, cui Provinciæ Ægypti, & Antiochenus, cui Orientis ſuberant Provinciæ: uti *Capite ſuperiori* vidimus. Atqui etiam Exarchis integræ parebant Diœceſes, ſcilicet Epiſcopo Epheſino provinciæ Aſiæ, Cæſareenſi provinciæ Ponti, & Heracleenſi Thraciæ ſubjiciebantur provinciæ. Unius igitur nominis varietate diſcriminabantur *PATRIARCHÆ* a ſic proprie dictis Exarchis.

Q U. II.

Quinam Epiſcopi olim METROPOLITANORUM nomine donati?

§. I. PRincipio *Metropoles* eæ tantum Urbes dictæ fuerunt, ex quibus Coloniæ deductæ erant: temporis autem progreſſu omnes eæ Urbes, quæ Provinciarum capita, & vertices erant, hoc nomine donatæ ſunt. (Vid. Morer. V. Metropole). Quod in rebus profanis, id accidit etiam in ſacris, *Metropolitanæ* Eccleſiæ eæ unæ primo appellatæ fuerunt, ex quibus aliæ ortæ fuerant, ac procreatæ: labentibus autem temporibus hoc nomen iis omnibus Eccleſiis, quæ Provincialium Eccleſiarum erant Præfectæ, uſu ita volente, inditum fuit.

§. II. Si Nicæni Concilii canones, ubi primum *Metropolitæ* vox Eccleſiæ jure frui viſa eſt, ad ſeveriorem trutinam revocaveris, intelliges profecto, non alios, quam Majorum Diœceſium Antiſtites, quos nos modo Patriachas dicimus, hoc nomine ibi fuiſſe compellatos. Canon IV apud Dionyſium Exiguum ita habet: *Epiſcopum convenit maxime quidem ab omnibus, qui ſunt in Provincia, Epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficile eſt, aut propter inſtantem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem; tribus tantum omnimodis in id ipſum convenientibus, & abſentibus quoque pari modo decernentibus, & per ſcripta conſentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum, quæ geruntur per unamquamque Provinciam Metropolitano tribuatur Epiſcopo* (a) Canon autem VI ita ſe habet: *Antiqua conſuetudo ſervetur per Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quia & Urbis Romæ Epiſcopo parilis mos eſt. Similiter autem & apud Anciochiam, cæteraſque Provincias ſuis privilegia ſerventur Eccleſiis. Illud autem generaliter clarum eſt; quod ſi quis præter ſententiam Metropolitani factus fuerit Epiſcopus, hunc magna Synodus definivit Epiſcopum eſſe non oportere.* Ut horum Canonum vim,

(a) Hunc Canonem in actione IV Concilii Chalcedonenſis ita de ſuæ Eccleſiæ Codice recitavit Atticus Nicopolitanus Epiſcopus.... Vid. Aſs. pag. 75. *Trecentorum decem & octo Sanctorum Patrum, qui Nicææ convenerunt, Canon quartus. Epiſcopum maxime convenit ab omnibus, qui in provincia ſunt, conſtitui. Si vero id difficile fuerit, aut propter urgentem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem, omnino tres ſimul conveniant, ſuffragantibus etiam abſentibus, & per litteras aſſenſum ſuum declarantibus: ac tunc Ordinatio fiat. Suprema vero auctoritas eorum quæ fiunt, detur in unaquaque provincia Metropolitæ.*

Vid Tom. IV Concil. Labb. edit. Ven. pag. 1738.

vim, ac mentem aſſequaris, videas oportet, quæ res hiſce condendis Canonibus cauſam dederit, quodque ulcus illud fuerit, cui medendo hæc Decreta lata fuerunt. Meletius Lycopolitanus Epiſcopus Schiſma conflaverat adverſus ſuum Patriarcham Alexandrinum, eoque inconſulto, plures Epiſcopos in Thebaide, aliiſque Ægypti provinciis inauguraverat. (Vid. Epiphan. Hær. 68, Socrat. Lib. I, c. 6, Athan. Apol. 2, ubi Epiſcoporum a Meletio ordinatorum Catalogum texit). Id minime tulit *Patriarcha* Alexandrinus, (liceat nobis ad rem vetuſtiorem ſignificandam junioribus vocabulis uti) indigniſſime id factum eſſe, ſuumque ſibi per ſummam injuriam jus eripi clamitans. Res ad Nicænos Patres delata fuit, qui vetuſtatem ſuo loco conſervandam, novitatem omnem repudiandam, nullumque Epiſcopum, niſi ex *Metropolitani* ſententia initiandum eſſe dijudicarunt. Quis igitur hic *Metropolitanus?* Is certe, a quo Ægyptii, Lybici, & Pentapolitani Epiſcopi conſecrari ante conſueverant. At quis hic, niſi Alexandrinus Epiſcopus? Ad illum enim unum eorum omnium Epiſcoporum ordinatio pertinebat. (Vid. ſupra L. II, Qu. XXIII, §. 3, 4, 5.) Is igitur unus a Nicænis Patribus hic nobis indicatur, is unus deſignatur, is unus *Metropolitani* voce agnominatur, iique proinde omnes, qui poteſtatem Alexandrino parem gerebant, uti Antiochenus, Epheſinus, Cæſareenſis, Heracleenſis, (*b*) qui omnes tunc temporis Patriarchalium jurium potiebantur,

---

(b) Thomſs. de Vet. & Nov. Eccl. Diſc. Part. 2, Lib. 2, cap. 8, §. 1, pag. 317. Confirmavit Nicæna Synodus antiquam conſuetudinem, quæ poteſtatem Epiſcopi Alexandrini propagabat in Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim: propterea quod conſimilis conſuetudo effundat & in longe plures Provincias poteſtatem Romani Præſulis. Quocirca & Antiochiæ & cæteris Eccleſiis priſca ſervari privilegia æquum eſſe. Ea admodum ſententia eſt famoſi Canonis Nicæni, quem Catholici & Heterodoxi tractatores tantopere infeſtis calamis vexavere, quem tot luculentis Catholici illuſtravere Diſſertationibus.

Noſtri non eſt nunc inſtituti ejuſmodi concertationes in hanc de Beneficiis lucubrationem intexere. His ergo ſuperſedebo; & unum monebo, convenire doctis nunc omnibus, & Eccleſiaſticæ Diſciplinæ peritis, agi hoc Canone de Ordinationibus Epiſcoporum; eoque juberi, ut ſicut Papa Epiſcopos omnes ordinat plurium tota maxime Italia Provinciarum: ita & Epiſcopo Alexandrino ſarta tectaque ſervetur poteſtas ordinandi Epiſcopos trium illarum Provinciarum, ita ut non poſſit ei obſtrepere Archiepiſcopus Meletius: ſimiliter ut Epiſcopo Antiocheno adſeratur jus priſtinum ordinandi Epiſcopos omnium Orientis ſtricte ſumpti Provinciarum.

Idem Ibid. §. 3. Nicænum Canonem VI ita interpretatur Innocentius I Papa, ut eo concedatur Antiocheno Epiſcopo jus ordinandi Metropolitanos totius Orientalis Diœceſeos, qua plures Provinciæ circumſcribebantur. Quoad Epiſcopos autem harum Provinciarum omnium, ita cenſet Pontifex, ut ordinet Antiochenus proximiores quoſque, quos & Antiochiam accerſet; cæterorum electionem litteris confirmet, eoſque a Metropolitanis quemque ſuis jubeat ordinari. Prope abeſt ergo a vero, eam tenuiſſe Romanos Pontifices rationem in Provinciis ſuburbicariis, quarum eis ordinationes integræ reſervabantur. Unde & Cæleſtinus Papa in Epiſtola ad Epiſcopos Calabriæ, & Appuliæ permirum ſibi videri ait, quod cum Epiſcopos ex Laicis ſibi eligant, earum Provinciarum cives in ſpem adducantur, fore ut ab ipſo ordinentur. *De nobis peſſime ſentientes, quos credunt hoc poſſe facere*. Condendi Canonis hujus VI occaſio nata eſt ab Epiſcopo Alexandrino, cui tribuitas ordinationes uſurpabat Meletius Archiepiſcopus. Ita auctor eſt Theo-

tur, quique uni Provinciales Epiſcopos ordinare ſoliti erant. (Vid. ſupra L. II, l. c.) Submurmurabant Meletiani. Si unuſquiſque Epiſcopus ab omnibus Ægyptiis Epiſcopis creandus ſit, magna incommoda Epiſcopis ex tam longis, ac difficillimis itineribus, & magna pericula Eccleſiis ex tam diuturna viduitate creari: quamdiu exiguus fuit Chriſtianorum atque Epiſcoporum numerus, nec Eccleſiæ tam longis intervallis inter ſe diſſitæ, potuiſſe Epiſcopos omnes ad uniuſcujuſque Epiſcopi ordinationem convenire, at valde nunc mutatam eſſe temporum rationem, Eccleſiæque diſciplinam temporum varietati aptandam eſſe. Morem aliquem geſtum oportuit Meletianis, ſtatutumque, ut cum Eccleſiarum neceſſitas moræ impatiens eſſet, atque Epiſcopi itineris longitudinem, aut viarum difficultatem ferre non poſſent, tunc tres ſaltem Epiſcopi præſentiam ſui non denegarent, cæteri vero per litteras ſuffragium ferrent, dummodo tamen hæc omnia haud inconſulto fierent *Metropolitano*, hoc eſt Patriarcha, ad quem de more Epiſcoporum creatio ſpectabat. Hac ratione & incommodis omnibus, quæ oriri poterant, obviam itum eſt, & honos antiquitati ſervatus. Latus eſt igitur Canon hiſce verbis: *Epiſcopum convenit quidem ab omnibus, qui ſunt in Provincia* (hoc eſt Diœceſi) *ordinari. Sin autem hoc difficile eſt aut propter inſtantem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tantum omnimodis in id ipſum convenientibus, & abſentibus quoque pari modo conſentientibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum, quæ geruntur per unamquamque Provinciam*, (hoc eſt Diœceſim) *Metropolitano tribuatur Epiſcopo* (hoc eſt Patriarchæ). Nec vocabulum *Provinciæ*, quo hic utuntur Nicæni Patres, ullum tibi ſcrupulum injiciat. Nam hoc verbo non partem aliquam, ſed totam Diœceſim Nicænos Patres complecti hic voluiſſe, aperte conſtat ex hiſce Canonis IV verbis: *Similiter autem & apud Antiochiam, cæteraſque Provincias ſuis Privilegia ſerventur Eccleſiis*: ubi Diœceſes Antiochena, Epheſina, Cæſareenſis, Heracleenſis vocantur *Provinciæ*. (Vid. Can. 2 Concil. Conſtantinop. I, Œcum. II, & ea, quæ ſuperius diximus L. II, Qu. V, §. 3, & infra §. 11.)

§. III. Spe ſua dejecti Meletiani alia conſilia cœperunt, &, quos juribus ſpoliare nequiverant, agris minuere pugnarunt. Itaque Alexandrinæ

Theodoretus. *In Alexandria Meletius adverſus Alexandrum ſeditionem movens, multis urbibus & Epiſcopos ordinavit, & Presbyteros, & Diaconos. Hunc Nicæni Patres ab Eccleſiæ gubernaculis repulerunt &c.*

Idem ibid. §. 4. Præter tres illas Diœceſes majores, ſeu Exarchatus Concilii Nicæni, tres Diœceſes alias ſimiliter majores, & plurium ſingulas Provinciarum Concilium I Conſtantinopolitanum commemorat, quibus ſingulis ſuus præerat Exarchus, ſeu mavis Patriarcha, cujus in jure & poteſtate erat Epiſcopos omnes earum Provinciarum ordinare. Eæ ſunt Aſiæ, Ponti & Thraciæ Diœceſes, quarum principes, & capita urbium ſunt Epheſus, Cæſarea & Heraclea. In Concilio Chalcedonenſi illud novatum eſt, ut ab Epiſcopo Conſtantinopolitano poſthac ordinarentur Metropolitani trium horum Exarchatuum, nec non & Epiſcopi omnes Barbaricarum circumpoſitarum regionum: permiſſis unicuique Metropolitano ordinationibus Epiſcoporum ſibi obnoxiorum in ſingulis.

næ Eccleſiæ; atque Antiochenæ terminos revellendos eſſe, brevioribusque Regionibus eſſe circumſcribendos. At Nicæni Patres vetuſtatis tenaciſſimi cum Alexandrinæ atque Antiochenæ, tum etiam aliarum Diœceſeon antiquos fines incolumes eſſe cuſtodiendos, ac Patriarchalem Alexandrini, Antiocheni, aliorumque hujuſmodi Antiſtitum poteſtatem intra omnes illos fines ſartam tectam eſſe ſervandam. *Antiqua conſuetudo ſervetur per Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim, ita ut Alexandrinus Epiſcopus harum omnium habeat poteſtatem . . . . Similiter autem & apud Antiochiam, cæteraſque Provincias ſuis privilegia ſerventur Eccleſiis. Quod ſi quis præter ſententiam Metropolitani* (Alexandrini, Antiocheni, aliorumque hujuſmodi) *factus fuerit Epiſcopus, hunc magna Synodus definivit Epiſcopum eſſe non oportere.*

§. IV. Canon Nicænus VII, in quo *Metropolis* vocabulum occurrit, nihil aliud eſt, quam prioris Canonis additamentum, nihilque aliud ſibi vult, quam ut Antiochenæ Eccleſiæ fines, ac jura ab Hieroſolymitani Epiſcopi machinis ac molitionibus, excurſionibuſque tuta eſſent, & ſancta. Quoniam, inquiunt Patres, uſus obtinuit, ut Elienſis, ſeu Hieroſolymitanus Epiſopus inter primariarum Eccleſiarum Antiſtites locum habeat, illum ſane retineat, ita tamen, ut Antiochenæ Eccleſiæ nulla inde dignitatis jactura fiat. *Quia conſuetudo obtinuit, & antiqua traditio, ut qui in Elia eſt Epiſcopus, honoretur, habeat honoris conſequentiam, ſalva Metropoli propria dignitate.* Magnopere ſane meo quidem judicio falluntur ii, qui non Antiochenam, ſed Cæſareenſem Palæſtinæ Eccleſiam hoc loco denotari volunt. Nam ibi non agebatur de minorum Provinciarum juribus & limitibus figendis, ſed de majorum Diœceſeon juribus, ac finibus regundis, nec Meletiani de Thebaide, aut Marmarica circumcidenda, ſed de Alexandrina, & Antiochena Diœceſibus circumſcribendis contendebant.

§. V. Canon Nicænus V non alia de cauſa rogatus fuit, niſi ut Arius, & Meletius ab Alexandrino Patriarcha diris devoti ab omnium communione ſubmoverentur, nec antea a quocumque Epiſcopo in ſui ſocietatem, conſuetudinemque reciperentur, quam in *Provinciali* Concilio liberationem culpæ, erratique veniam impetraviſſent. At Arius & Meletius ab Alexandrino Antiſtite in Patriarchali Concilio (c) Chriſtianorum albo eraſi fuerant. Ab Patriarchali igitur Concilio in Chriſtianorum cenſum reſtituendi erant. Intelligis hinc Nicænos Patres non tam de Conciliis Provinciarum minorum, quam de Conciliis Provinciarum

(c) Patriarchale Concilium non idem ſemper erat, ac Diœceſanum, ſeu Nationale, ſeu Plenarium; ſed Patriarchale Concilium quandoque etiam dicebatur Concilium unius tantum Provinciæ, nempe illius, quæ erat Patriarchalis, quæque neminem alium Metropolitanum ne minorem quidem habebat præter ipſum Patriarcham, uti erat Provinciæ Syriæ primæ, Ægypti primæ, Latii, quæ neminem alium Metropolitanum habebant præter Antiochenum, Alexandrinum, Romanum. Nec Patriarchæ ad controverſias ſpectantes etiam ad totam Diœceſim dirimendas ſemper cogebant Concilia Diœceſana, ſeu Nationalia, seu Plenaria, ſed ſæpe unos Epiſcopos Provinciæ primæ, ſeu Patriarchalis convocabant, eorumque ſuffragiis definitiones ſuas edebant.

rum Patriarchalium hoc loci fuiſſe locutos. (Vid. infra Qu. III, §. I, & qu. XXVII, §. 1, 2.)

§. VI. Venio ad Canones Antiochenos, (d) qui *Metropolitarum* meminerunt. Canones VI, IX, XIX, XX, (uti

---

(d) Aſſ. Jur. Orient. L. I, cap. III, §. 43, pag. 67. Antiochena Synodus, in qua hi Canones ſunt conditi, anno 341 ſtatuenda eſt: ſnam (ut recte notat Harduinus) *Concilium Antiochenum unicum ponimus*, (anno 341 celebratum) *Mſſ. collectiones & editiones alias priores ſecuti, tametſi eodem iſto anno geminum Antiochiæ Concilium fuiſſe celebratum, eruditi plerique exiſtimant. Alterum, in quo conditi fuerint hi Canones XXV*, quos Beatorum Patrum Sanctiones *Zacharias Papa*: Venerabiles Antiochenos, & Sacros Canones, *Nicolaus Papa*: Juſtas Regulas Patrum, *Concilium Chalcedonenſe appellat: in quibus* Spiritum Sanctum locutum credimus, *inquit Cæſarius Arelatenſis: quo in Concilio fuerint Epiſcopi triginta* Sancti Patres in Antiocheno Concilio reſidentes, *ut loquitur Concilium Romanum ſub Leone IV. Alterum Epiſcoporum vel nonaginta, ut Athanaſius ponit in lib. de Synodis; vel nonaginta ſeptem, ut Hilarius in lib. de Synodis, & Sozomenus lib. 3, cap. 5. Neque ex ſola Diœceſi Orientis, quæ hic ſola commemoratur in titulo Epiſtolæ Synodicæ, ſed ex aliis ſane multis: cui Concilio præfuerit Flacillus Epiſcopus, interfuerint Euſebianæ partis Epiſcopi, qui Athanaſium damnarunt, Euſebius olim Nicomedienſis, tunc vero Conſtantinopolitanus Epiſcopus, Acacius Cæſarienſis e Palæſtina, Patrophilus Scythopolitanus, Theodorus Heracleotes e Thracia, Eudoxius Germanicienſis, Gregorius Alexandrinus, Dianius Cæſarienſis e Cappadocia, Georgius Laodicenus e Syria, Euſebius Emiſſenus, teſte Sozomeno l. 2, c. 19, quorum nomina in ſubſcriptionibus* (quæ Latine tantum extant Tom. 2 Concil. Labb. edit. Venet. p. 585.) *hujus Concilii non apparent: uti neque Maris Chalcedonenſis, neque Marcus Arethuſius e Syria, quos appellat Socrates lib. 2, cap. 18, nec Flacillus ipſe denique Antiochenus, cui inſcripta eſt Epiſtola Julii Papæ, at & Dianio, & Narciſſo & cæteris.*

Et priorem quidem Synodum *Catholicorum* fuiſſe dici ab Hilario l. cit. & ab Hincmaro Tom. 2, pag. 489, poſteriorem appellari *Arianorum* a Palladio in Vita Chryſoſtomi, aliiſque, eruditi viri contendunt. Legendus proinde Schelestratii de Antiocheno Concilio Libellus, in quo mire hujus Concilii geſta illuſtrat, illudque recte in *Encænis* coactum dici ſcribit. Titulum Epiſtolæ Synodicæ (utique Catholicorum Patrum) in Græco Codice hic eſt: *ἡ ἁγία καὶ εἰρηνικωτάτη σύνοδος, ἡ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ συγκροτηθεῖσα ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐξ ἐπαρχίας Συρίας κοίλης, φοινίκης, Παλαιστίνης, Ἀραβίας, Μεσοποταμίας, Κιλικίας, Ἰσαυρίας, τοῖς κατ' ἐπαρχίας ὁμοψύχοις καὶ ἁγίοις συλλειτουργοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.* „ Sancta & pacatiſſima Synodus, a Deo con-„ gregata Antiochiæ, ex Diœceſis Syriæ Cæ-„ les, Phœniciæ, Palæſtinæ, Arabiæ, Meſo-„ potamiæ, Ciliciæ, Iſauriæ, his qui per „ Provincias ſunt unanimibus & ſanctis com-„ miniſtris, in Domino Salutem. " In Syriaca vero vetuſtiſſima verſione, hæc præfigitur inſcriptio: *Synodus congregata in Encæniis Eccleſiæ Antiochiæ*. Canones XXV. Incipit autem Synodica Epiſtola. *Synodus Sancta & pacifica, a Deo congregata, his qui per ſingulas provincias ſunt unanimibus & ſanctis, in Domino Salutem*. Eadem fere eſt Epigraphe Concilii Antiocheni in Codice Canonum Eccleſiaſticorum & Conſtitutionum Sedis Apoſtolicæ apud Ballerinios Tom. cit. pag. 423. *Sancta & pacatiſſima Synodus Antiochiæ in unum congregata, his qui per ſingulas Provincias ſunt unanimibus Sanctis Conſacerdotibus in Domino ſalutem*. Tam igitur in Græco textu, quam in antiqua Latina, & in Syriaca verſione deſunt nomina Patrum Orthodoxorum, qui huic Synodo interfuere: Sed in Græco textu provinciæ tantum commemorantur, ex quibus Epiſcopi convenerunt: nimirum Syriæ Cæles, Phœniciæ, Paleſtinæ, Arabiæ, Meſopotamiæ, Ciciliæ, & Iſauriæ: in Latina autem verſione apud Ballerinios Tom. cit. pag.

(uti etiam Laodicenus XII) ex Nicænis IV, & V, deprompti ſunt, ejusdemque ſunt farinæ. Canones autem XI, & XII, Athanaſium Patriarcham Alexan-

---

pag. 424, ad calcem Epiſtolæ Synodicæ adduntur eorum Patrum nomina, hunc in modum. *In qua Synodo fuerunt Euſebius, Theodorus, Narciſſus, Antiochus, Archelaus, Euſtathius, Mocimus, Hiſicius, Manicius, Etherius, Jacobus, Agapius, Magnus, Eneas, Theodulus, Alphius, Nicetas, Tarcodimantus, Baſſus, Alexander, Petrus, Moses, Patricius, Anatolius, Macedonius, Petrus, Cyrion, Theodorus, Theodoſius, de Provincia Syriæ Cæles, Phœnicis, Veteris Arabiæ, Meſopotamiæ, Ciliciæ, Iſauriæ: & hæc conſtituerunt quæ infraſcripta ſunt.* In priſca quoque Latina Canonum collectione, quæ Dionyſii Exigui ætatem certe anteceſſit, hoc eſt, ante quinti Sæculi finem prodierat, Patrum XXII nomina exprimuntur apud eosdem Ballerinios Tom. cit. pag. 546. In verſione Iſidoriana, triginta Epiſcopi recenſentur ad calcem poſtremi Canonis, in hæc verba: *Euſebius omnibus quæ conſtituta ſunt a Sancta Synodo præſens conſenſi. Theodorus, Nicetas, Macedonius, Anatolius, Tarcodimantus, Ætherius, Narciſſus, Euſtachius, Heſychius, Mauricius, Paulus, & cæteri conſenſerunt, & ſubſcripſerunt, triginta Epiſcopi:* Quæ quidem nomina cum Priſcæ verſionis nominibus conveniunt, niſi quod in Priſca recenſentur præterea *Alphion, Baſſus, Theodotus, Archelaus, Siricius, Manicius, Moſes, Agapius, Theodorus* alter, & *Mocimus*. Dionyſii interpretatio nomina Epiſcoporum omittit, uti colligitur ex duobus Mſſ. Codicibus, purum Dionyſium continentibus, Vaticano 5845, & Palatino 577. In Codice vero Mſſ. collectionis Hadrianæ, quæ Dionyſianam verſionem recepit, Epiſcoporum nomina ex alio fonte adjecta fuere, ſeptem inſuper primis Epiſcopis ſua cuique provincia aſſignatur: quæ quidem provinciæ ſeptem, cum illis e Græco Codice paulo ante memoratis concordant: Sic enim ibidem legitur: (teſte Harduino) nec non in Codice Colbertino & Sangermanenſi, ſive Corbejenſi ante annos, ut creditur, 1100 exarato. *Euſebius Paleſtinenſis, Theodotus Meſopotamienſis, Theodorus Iſaurienſis, Antiochus Phœnicenſis, Agapius Arabienſis, Alphius, Cilicenſis, Narciſſus Cæles Syriæ*: Reliqui porro Epiſcopi ſine provinciarum nomine ſubjiciuntur; videlicet, *Nicetas, Anatolius, Paulus, Tercudimantos, Syricius, Baſſus, Archelaus, Alexander, Petrus, Mocimus, Moiſes, Euſychius, Quirion* (ideſt Cyrion), *Etherius, Magnus, Macedonius, Theodoſius, Jacobus, Enius, Petrus, Theodorus, Agapius, Manicos*. Omnes triginta. Tres priores Epiſcopos ex iſtis (ut idem Harduinus ſcribit) appellat ſimiliter cum ſedium ſuarum nominibus, Epitome Canonum Hadriani Papæ Tom. X Spicilegii ex Cod. Mſſ. 800 annorum, teſte Dacherio. Idem Harduinus in not. ad calcem Canonis XXV editionis Dionyſii Exigui, ubi ſic legitur: *Et ſubſcripſerunt triginta Epiſcopi, qui in eodem Concilio convenerunt*. Sic ait: *In Mſſ. Bibliothecæ Collegii Paris. Soc. Jeſu, in quo continetur Indiculus Synodorum, verbis ipſius Iſidori ex parte relatis a Gratiano in Decret. XI, diſt. XVI, hæc de Antiochena leguntur*: Quarta Antiochena, in qua Patres triginta duo ſtatuerunt Canones XXV, quorum auctor maxime Euſebius Palæſtinenſis Epiſcopus exiſtit, ſubſcribentibus Theodoro, Antico, Agabio, Alphio & cæteris. *Sic enim hæc nomina ſcribuntur in Ms. perquam accurato, e quo diſcedere religio eſt*.

Denique in Vulgatis Conciliorum (Tom. 2, edit. Venet. p. 585.) poſt Epiſtolam Synodicam Canonibus Antiochenis præmiſſam, Epiſcoporum Catalogus ſic deſcribitur, ut quævis provincia cum ſuis Epiſcopis, & quivis Epiſcopus cum ſuæ urbis nomine efferatur: „ Provinciæ Palæſtinæ. Euſebius Gadarenſis. Provinciæ Phœniciæ, Anatolius „ Emiſenus. Æneas Ptolemaidis. Magnus „ Damaſcenus. Provinciæ Arabiæ Petreæ. „ Nicomachus Boſtrorum. Cyrion Philadelphiæ. Provinciæ Meſopotamiæ. Aetherius „ Edeſſenus. Antiochus Rheſinatii. Jocobus „ Niſibenſis. Provinciæ Syriæ Cæles. Archelaus Dolichenus. Alphius Apameæ. Baſſus „ Zeugmatis. Mauricius Epiphaniæ. Petrus „ Gindarenſis. Paulus Neocæſarienſis. Pipe-

„ rius

xandrinum Imperatoris opem adverſus factioſorum hominum vim & inſidias ef- flagitantem perſtringentes, atque omne ad Principem confugium prohibentes, niſi

„ rius Samoſatenus. Theodorus Laodiceæ. „ Syricus Cyrreticenſis. Provinciæ Ciliciæ. „ Macedonius Mopſueſtienſis. Heſychius „ Alexandriæ Minoris. Moyſes Caſtabalæ. „ Nicetas Flaviadis. Narciſſus Irenopolis „ (al. Nerodiadis.) Tarcondimantus Ægea- „ tes. Provinciæ Iſauriæ. Agapius Seleuciæ. „ Theodorus Valadenſis. Euſtathius. Patri- „ cius. Alexander. Et cæteri ex provinciis „ Palæſtinæ, Phœniciæ, Syriæ Cœles, Ara- „ biæ, Meſopotamiæ, Ciliciæ, Iſauriæ: & „ conſtituerunt quæ infra ſcripta ſunt." Quam quidem Catalogi methodum, nulli, ut notavit Harduinus, Codices exhibent. Hic itaque Catalogus (quemadmodum re- cte obſervant Ballerinii loc. cit. pag. 28.) ab aliquo ſtudioſo poſterius compactus fuit, qui Antiochenæ Synodi Patres ad ſeptem Orientales Provincias in Iſidorianæ verſionis Codicibus nominatas pertinere intelligens, conferenſque cum Catalogo Patrum Nicæno- rum (plerique enim utrobique occurrunt) ex hoc Catalogo urbes, & Provincias ſingu- lorum excerpſit atque deſcripſit. Hoc ipſum dicendum videtur de reliquis Patrum nomini- bus, quæ ex laudatis Latinis verſionibus pro- tulimus. Etſi enim ea ex antiquis Codicibus Synodicæ Epiſtolæ inſerta, aut ad cal- cem Canonum Antiochenorum adjecta eſſe, non ſit dubitandum; a genuino tamen Græ- co textu omnino abfuiſſe, pro certo affirma- mus; tum quia in nullo Græco Codice ex- hibentur; tum quia non conveniunt cum eorum Epiſcoporum nominibus, quos An- tiocheno Concilio interfuiſſe Socrates lib. 2, c. 8, & ſeqq. & Sozomenus lib. 3, cap. 5, & 6, teſtantur.

Interim (ne quid ad Antiochenos Cano- nes pertinens omiſiſſe videamur;) videnda potius, quam confutanda eſt Arabica hiſto- ria, quæ Concilio huic Antiocheno ejuſque Canonibus in Codice Arabico Tom. I Con- ciliorum p. 135. (Biblioth. Orient. Tom. I, p. 619.) præfigitur in hæc verba. *Hi ſunt Canones Sanctæ Antiochenæ Synodi, Epi- ſcoporum tredecim, qui Canones XXV po- ſuere. Sancta eſt hæc Synodus Antiochiæ Syriæ congregata, in qua convenerunt Epi- ſcopi tredecim adverſus Paulum Samoſate- num, qui aſſerebat, Chriſtum eſſe ſimplicem hominem. Hæc autem Synodus anteceſſit pri- mam illam Synodum, quæ Nicææ congregata fuit. Communi igitur conſenſu iſta Syno- dus illum ab errore revocare ſtuduit; quum vero reſipiſcere noluiſſet, damnarunt eum depoſueruntque: Canones inſuper XXV con- ſtituerunt.* Subjungitur Epiſtola Synodica, his verbis: *Sancta & pacifica Synodus, be- neplacito Dei congregata, omnibus qui in Provinciis ſunt Sanctis fratribus noſtris, in Domino ſalutem.* Incipit autem Canon primus: *Omnes Laici, qui audent diſſol- vere decretum Sanctæ & Magnæ Synodi quæ Nicææ coacta eſt in præſentia religioſi Imperatoris Conſtantini de Sancto Feſto Pa- ſchatis Chriſti Salvatoris noſtri, ab Ec- cleſia ejiciantur.* Summa Interpretis, qui Arabice hiſtoriam illam præmiſit, oſcitantia, vel ex primo Canone convincitur, in quo Nicæna Synodus Conſtantino imperante coa- cta, laudatur. Qua igitur fronte Antioche- nam Synodum, de qua agitur, adverſus Paulum Samoſatenum congregatam, & Ni- cæna Synodo priorem fuiſſe, ſcribit? Vidit hanc oſcitantis Interpretis repugnantiam Abul- barcatus Cabari filius, ſcriptor Ægyptius: qui in libro, cui titulus: *Lampas tenebra- rum & declaratio Officiorum* cap. 5, *de Sy- nodis earumque Canonibus*, pag. 147, dum Antiochenos Canones recenſet, præmiſſo In- terpretis circa eandem Antiochenam Syno- dum adverſus Paulum Samoſatenum congre- gatam craſſo errore, ſic eumdem corrigit: *Hæc vero Synodus nequaquam propter Pau- lum Samoſatenum coacta eſt: nam Conci- lium adverſus Paulum habitum, Nicæ- nam Synodum anteceſſit, neque Canones in eo conditi fuere: tametſi illud etiam An- tiochiæ congregatum eſſet Paulo ejuſdem Urbis Patriarcha.*

Originem erroris hanc fuiſſe puto. Audie- rat Arabicus ille Canonum Interpres in Græ- co Photii, & Balſamonis SYNTAGMATE CANONUM, Antiochenis Canonibus præ- miſſum Prologum, in quo duplex Antio- chiæ coacta Synodus dicitur, prima ſcilicet ad-

niſi *Provincialis* Synodi, *Metropolitanique* ſententia acceſſerit, Synodum certe Patriarchalem, ſeu Plenariam nobis innuunt, eam nimirum, a qua etiam Patriarcha conſilium conſenſumque expoſcere debuiſſet. Neque vero ad horum Canonum obſervantiam Chryſoſtomus Conſtantinopolitanus Epiſcopus vocatus fuiſſet, ſi de minoribus Metropolitanis, eorumque Provincialibus Synodis loquuti eſſent.

§. VII. Canon XIII (*e*) loquens de Eccleſia Epiſcopo ſuo viduata, vetanſque, ne in ea Ordinationes fieri poſſent, *Metropolita*, ejusque *Provinciali* Synodo inconſulta, loquitur certe de ea Synodo, deque eo Metropolita, ad quem Epiſcoporum ordinationes ſpectabant. At hæ ad Patriarchas, eorumque Synodos pertinebant. (Vid. ſupra L. II, Qu. XXIII.) De Patriarcha igitur Patriarchalique Synodo Antiochenos Patres ibi loquutos eſſe fateamur oportet.

§ VIII. Canones XVI, XVII, (*f*) XVIII, ſtatuentes, illum, qui integra, at-

---

adverſus Paulum Samoſatenum, altera in Encæniis, in qua conditi Canones XXV. Sic enim in eo Prologo legitur. *Antiochiæ, quæ eſt civitas Syriæ, duæ fuere Synodi. Una quidem ſub Aureliano Imperatore Romanorum adverſus Paulum Samoſatenum &c. Alia vero Synodus rurſus coacta eſt Antiochiæ ſub Conſtantio filio Magni Conſtantini, quinque annis poſt mortem patris,* & CANONES CONDIDIT, *qui ſunt hi*. Aut igitur in Codicem Græcum mutilum incidit, in quo de prima tantum Antiochena Synodo fiebat mentio, aut, quod vero propius eſt, Librarii vitio factum fuit, ut utramque Synodum ipſe in unam conflarit, tametſi primus Arabicus Interpres totum illum Prologum e Græco Arabicum reddens, diſertam de utraque Synodo mentionem feciſſet. Ex corrupto autem illo exemplari, ut fieri ſolet, cætera eodem vitio inquinata profluxere.

(e) Van.Eſpen J. E. U. part. V, pag. 24, 25, edit. Lovan. 1732. Canon XXII, adeo ſimilis eſt Canoni XIII, ut paſſim interpretes Græci, & Latini, unum eundemque Canonem bis editum credant: eoque fundamento nonnulli hoc ſæculo in dubium vocare cœperunt, num hi 25 Canones ab una eademque Synodo editi eſſent.

Difficile creditu eſt, ait vir eruditus Godefridus Hermantius in vita S. Athanaſii lib. 5, c. 12, idem Concilium edidiſſe duos Canones, qui idem omnino continent, & non niſi præter terminos & expreſſionem differunt. Hermantium ſecutus Natalis Alexander hanc format concluſionem: *Antiochenos Canones ejuſdem Concilii fœtus non eſſe, veriſimile eſt*. Probatur quidem ex convenientia 13, & 22, Canonis. Cum enim idem omnino decernant; non videntur eadem in Synodo editi. Hæc ille Sæcul. IV, part. 2, Diſſert. 25.

Quin multis hi duo Canones inter ſe conveniant, negari non poteſt: at quod idem omnino decernant, & eundem caſum decidant, non ſatis apparet.

Prior enim cavet, ne Epiſcopus in aliena Provincia aliquid ordinare præſumat, *niſi litteris tam Metropolitani quam cæterorum qui cum eo ſunt Epiſcoporum rogatus adveniat*: Canon vero 22 vetat, Epiſcopum in aliena civitate, aut regione, quæ ad eum non pertinet, aliquid ordinare, *niſi cum voluntate proprii illius regionis Epiſcopi*.

Quid porro inſinuat, quod in priori Canone requirantur litteræ *tam Metropolitani, quam cæterorum, qui cum eo ſunt Epiſcoporum*; in poſteriori vero ſolum requiratur *voluntas proprii illius regionis Epiſcopi*, niſi quod in illo agatur de Eccleſia vacante, ſive Epiſcopo viduata; cujus vices Metropolitanus cum cæteris Epiſcopis ſuppleat; in hoc autem de Eccleſia habente proprium Epiſcopum; cujus ſola voluntas ſufficit, ut alterius Eccleſiæ Epiſcopus aliquid in ſua Eccleſia ordinare poſſit?

Infirmum nimis ergo eſt fundamentum, quo Canones, quos omnis retro antiquitas unius Concilii credidit, & aſſeruit, diverſis Conciliis attribuantur.

(f) Berard. in Gratiani Canones part. I, c. 9, pag. 101. Harmenopulus in epitome Ca-

atque perfecta Synodo inconſulta, populi commendatione, errore hominum ad Epiſcopales infulas obrepſerit, loco movendum eſſe; eam autem integram, ac perfectam Synodum eſſe, cui præfuerit *Metropolitanus*, Patriarchalem profecto Synodum, ejuſque Præſidem Patriarcham ſignificabant, utpote eum, a quo Epiſcopos creari oporteret. Canones XIV, XV, qui iidem ſunt, ac Sardicenſes III, IV, V, una cum Sardicenſibus excutiamus.

§. IX. Qui Sardicenſes Canones non de Majoribus, ſed de Minoribus Provinciis, ac Metropolitanis loquutos eſſe putant, (g) cum ad eorum Canonum interpretationem ventum eſt, in maximas incurrunt difficultates, nec nodos omnes extricant, nec laqueos omnes incidunt; & niſi in *Metropolitani*, & *Provincialis* Synodi voce Patriarcham, Patriarchalemque Synodum latere nobiſcum ſentiant, nunquam ex omnibus cautibus, brevibuſque enatabunt. Ipſos Canones recitemus. *Oſius Epiſcopus dixit . . . Quod ſi aliquis Epiſcoporum judicatus fuerit in aliqua cauſa, ut alterum judicium renovetur, ſi vobis placet, Sancti Petri memoriam honoremus, ut ſcribatur ab his, qui cauſam examinarunt, Julio Romano Epiſcopo, & ſi judicaverit, renovandum eſſe judicium, renovetur, & det judices. Si autem probaverit talem cauſam, ut non refricentur ea, quæ acta ſunt, quæ decreverit Romanus Epiſcopus, confirmata erunt.* Canon IV. *Gaudentius Epiſcopus dixit: Addendum ſi placet huic ſententiæ, quam plenam ſanctitate protuliſtis, ut cum aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit eorum Epiſcoporum judicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamaverit agendum ſibi negotium in Urbe Roma, alter Epiſcopus in ejus Cathedra poſt Appellationem ejus, qui videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur, niſi cauſa fuerit in judicio Romani Epiſcopi determinata.* Canon V, al VII. *Oſius Epiſcopus dixit: Placuit autem, ut ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & judicaverint congregati Epiſcopi Regionis ipſius, & de gradu ſuo eum dejecerint, ſi appellaverit qui dejectus eſt, & confugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ, & voluerit ſe audiri, ſi juſtum putaverit, ut judicium renovetur, vel diſcuſſionis examen; ſcribere dignetur his Epiſcopis, qui in finitima, & propinqua Provincia ſunt, ut ipſi diligenter omnia inquirant. Quod ſi is, qui rogat* ite-

Canonis XVII ita ſententiam ipſam Concilii digeſſit: *Etiam vacans Epiſcopus, ſi abſque integra Synodo, (integra autem eſt, quum & Metropolitanus adeſt) in Eccleſiam vacantem inſilierit, licet ita Civitatis illius populus voluerit, rejiciendus eſt.* Hujus canonis auctoritas, ſimul & antecedentis, idelt canonis 7, diſt. 92, maxime venerablis eſſe debet, cum recitati ambo fuerint a Leontio Epiſcopo in Concilio Chalcedonenſi, quemadmodum conſtat ex actione II Concilii ejuſdem Chalcedonenſis, quorum canonum vi Baſſianus, & Stephanus Epiſcopatu Epheſi pulſi ſunt dignitate tantum, ſive honore, communione tamen, & neceſſariis ad vitam ſuſtentandam iis conceſſis.

Hinc palam eſt hunc Canonem deſignaſſe Synodum Patriarchalem, cum Epheſini certe Epiſcopi ante Concilium Chalcedonenſe Patriarchali dignitate fruentes nonniſi in Patriarchali Synodo creari potuiſſent. (Vid. ſupra L. II, Qui XXIII.)

(g) March. in Diſſ. de Concil. Sardicens. Part. II, §. II, num. 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46.

Jus Metropoliticum. C

iterum cauſam ſuam audiri, deprecatione ſua moverit Epiſcopum Romanum, ut de latere ſuo Presbyterum mittat, erit in poteſtate Epiſcopi quid velit, & quid æſtimet. Et ſi decreverit mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopis judicent, habentes ejus auctoritatem a quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si vero crediderit, Epiſcopos ſufficere, ut negotio terminum imponant, faciet, quod ſapientiſſimo conſilio judicaverit. Reſponderunt Epiſcopi: Quæ dicta ſunt, placuerunt. Apud Græcos vetuſtiſſima lege cautum erat, ne tertium provocare liceret. (Conſule Platonem in Dialog. *6 de Legib. vel de Legumlation.*) Hæc lex & Civili, & Eccleſiaſticæ rei præclare inſidens Romani Imperii & Univerſæ Eccleſiæ jure donata fuit. (Vid. l. un. Cod. *ne liceat in una eademque cauſa tertio appellare*. Auth. *Si quis litigantium, Cod. de Epiſc. Audient. & cap. 65 de Appell.*) Ut triplex, eaque concors ſententia haberi ſemper poſſet, quinque judicia erant inſtituenda; nam fieri poterat, ut utraque pars bis provocaſſet, & quinta ſententia eſſet expectanda, quæ litem omnem tertio mucrone reſolveret. Cum Epiſcopus reus agebatur, primum tribunal, idemque ordinarium erat is judex, quem Metropolitanum, quodque Concilium Provinciale nos modo appellamus. Neque vero iis aſſentior, qui primo ante Metropolitanum, deinde ante Concilium Provinciale Epiſcopos ſiſtendos fuiſſe volunt. Nam primis Eccleſiæ ſæculis Metropolitanus & Concilium Provinciale unum idemque erant tribunal, nec Epiſcopus ſine Presbyterorum cœtu, nec Metropolitanus, nec Patriarcha, nec Summus ipſe Pontifex ſine Coepiſcoporum conventu ſuas ferebant ſententias. Hinc Synodus Antiochena anni 341, can. IX, inhærens Canoni Apoſtolorum 34: *Ne & ipſe Primus Epiſcopus ſine reliquorum Epiſcoporum ſententia quidquam aggrediatur.* Alterum tribunal erat Patriarcha, ſeu Patriarchale Concilium. Quare Antiocheni Patres Can. XII: *Epiſcopi a Synodo depoſiti referant ad majorem Synodum jus quod ſe habere putant.* Et Synodus Conſtantinopolitana I, Œcumenica II, can. 6: *Si Provinciales Epiſcopi crimina, quæ Epiſcopo intentata ſunt, corrigere non poſſint, accedant ad Synodum Diœceſis.* Et Concilium Œcumenicum VIII, Conſtantinopolitanum IV, can. 26: *Epiſcopis concurrere fas ſit ad PATRIARCHAM, qui a Metropolitis ſuis injuriam ſe pertuliſſe fatentur.* Et Juſtinianus Imperator Novell. 123, c. 22: *Prius Metropolita cum aliis de ſua Synodo Epiſcopis cauſam examinet, & judicet, & ſi rata non habuerit utraque pars, quæ judicata ſunt, tunc Beatiſſimus Patriarcha Diœceſeos illius inter eos audiat, & illa determinet, quæ Eccleſiaſticis Canonibus, & legibus conſonant.* Tertium Judicium erat Synodus finitimorum Epiſcoporum ab iis qui ſecundo judicaverant, deſignandorum. Itaque Concilium Antiochenum can. XIV: *Si Epiſcopus de crimine aliquo reus agatur, contingatque Epiſcopo, qui ſunt in Provincia,* (hoc eſt in Diœceſi) diſſentire (hoc eſt Synodum Provincialem a Patriarchali) *illis* (Epiſcopis Synodi Provincialis) *quidem eum innocentem pronuntiantibus, his vero* (Epiſcopis Synodi Patriarchalis) *reum, Metropolitanus* (h. e. Patriarcha, ſeu Patriarchalis Synodus) *evocare debeat e vicina Provincia aliquos Epiſcopos, qui &c.* Quartus Judex erat Delegatus Summi Pontificis. Quintus ipſe Summus Pontifex. (Vide ea, quæ ſupra diximus L. II, Qu. XIV, §. IX.) Sardicenſes Patres an-

anno 347, qui ab Arianis experiundo didicerant, in hanc Judiciorum formam dolos, & fraudes irrepere poſſe, de ea regenda cogitarunt. Primum, & ſecundum Judicium in eo, in quo erant loco reliquerunt. Caries in tertio inerat. Cum ii, qui tertiam ſententiam ferre debebant, ab iis ſeligerentur, qui ſecundam tulerant, verendum quidem erat, ut ii præberentur Judices, qui cum præbitoribus una ſentirent, qui caſdem partes foverent, eodem ſtudio ducerentur, in eamdemque ex compacto irent ſententiam. Ut igitur omnis fraudis ſuſpicio abeſſet, ſtatutum fuit, ut novi hi judices non amplius ab iis, a quibus provocatum erat, ſed ab Epiſcopo Romano eſſent deligendi. Atque hic eſt ille honos, quo Petri memoriam ſe proſequi velle dixerunt Sardicenſes Patres. Neque hoc tantum, ſed alio etiam honore Romanum Pontificem auctum voluere, nimirum dijudicandi, utrum Apellationi locus eſſet nec ne, quod jus antea Judicibus nominandis relinquebatur. *Sancti Petri memoriam honoremus, ut ſcribatur ab his, qui cauſam examinarunt, Julio Epiſcopo Romano, & I, ſi judicaverit renovandum eſſe Judicium, renovetur: II, & det Judices.*

Quid vero, ſi non ſolum in primo, & ſecundo, ſed etiam in hoc tertio Judicio cauſa cecidiſſes? Ilicet actum erat. Triplex, eaque concors ſententia ſpem omnem incidebat, omnemque tabulam eripiebat. Quod ſane intellexiſſe videntur Antiocheni Patres, cum Canonem XV ſcripſere hiſce verbis: (*h*) *Quod ſi Epiſcopus fuerit ab omnibus Provinciæ* (Diœceſos tam in Synodo Provinciali, quam in Patriarchali) judicatus, *& omnes* (etiam finitimi Epiſcopi judices electi) *unam conſentientem* (triplicem concordem) *adverſus eum ſententiam tulerint, is ne amplius ab aliis judicetur.* Quid autem ſi triplici Judicio defunctus unam ſalutarem, duplicem vero triſtem litteram tuliſſes? Ulla ne evadendi via? Quartus tunc Judex adeundus? Interea ſententia in ſuſpenſo ne manebat? Hæc porro eſt ea quæſtio, cui definiendæ conditus eſt Canon Sardicenſis IV, quo cautum fuit, ne ſententiam pœna illico ſequeretur. *Cum aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit eorum Epiſcoporum Judicio, qui IN VICINIS LOCIS commorantur;* (En tibi tertium Judicium, nempe Epiſcoporum finitimorum) *poſt Appellationem ejus alter Epiſcopus non ordinetur, niſi cauſa fuerit in Judicio Epiſcopi Romani determinata.* Ecce ſententiam novarum rerum expectatione iterum, iterumque ſuſpenſam. Unum igitur perfugium, una ſpes in quarto Judice reliqua erat. At quis hic quartus Judex? Illum coram nobis exhibet Canon Sardicenſis V. *Si congregati Epiſcopi Regionis ipſius* (h. e. Regionis, quam modo diximus, nempe finitimæ) *& de gradu ſuo dejecerint Epiſcopum accuſatum. Si appellaverit, & confugerit ad Epiſcopum Romanum &c.* Quartus igitur Judex petendus

(h) Hunc Canonem male interpretati ſunt De Marca l. 7, c. 2, de Concord. Sac. & Imp. Gratian. Cauſ. 6, q. 4, c. 5, Scheltratius in ſuo Concilio Antiocheno ad hunc Canonem, & Van. J. U. E. P. V, pag. 25, edit. Lov. 1732, neque cum Canone XII conciliare valent.

tendus erat ab Epiſcopo Romano. Ita ſane ferebant antiqui Eccleſiæ mores, uti hujuſce ipſius Canonis particula *Si* non novam legem condens, ſed rem jam uſitatam narrans ſatis, ſuperque declarat. Quid novi igitur tulit hic Canon? Hoc quod dicam. Sardicenſes Patres in hoc Canone optimum, ac maxime neceſſarium eſſe cenſerunt, ut Romanus Pontifex eos delegaret Epiſcopos, qui non abeſſent ab ea Regione, in qua diſcordiæ æſtus exarſerat, qui Actorum, Reorum, Teſtium mores probe cognitos, atque perſpectos haberent, quique oculis ſuis omnia luſtrare, rem ipſam cernere poſſent, quidque verum ſit pronuntiare, omnemque diſſidii flammam reſtinguere valerent. *Epiſcopus Romanæ Eccleſiæ ſcribere dignetur his Epiſcopis, qui in finitima, & propinqua Provincia ſunt, ut ipſi diligenter omnia inquirant.* (In Græcis exemplaribus) *Coepiſcopis ſcribere dignetur, qui ſunt propinqui Provinciæ, ut ipſi diligenter, & accurate ſingula perſcrutentur, & ex veritatis fide de re ſententiam ferant.*

Sin demum eo res redierit, ut horum omnium Judiciorum diverſis exitus fuerint, ut neutra pars concideri t triplici vulnere icta, quintaque ſententia adhuc deſideretur, ex qua tertia concors exoriatur, tunc reſtabat Summus Pontifex ipſe, qui ex veteri conſuetudine, inſtitutoque Majorum in Romano Concilio toti rei ſupremam manum imponebat. Hic quoque conſultius eſſe duxere Sardicenſes Patres, ſi non Romæ, ſed iis in locis, ubi mali vis ſerpebat, poſtremum hoc judicium inſtitueretur. Quamobrem illuc a Pontifice mittendos eſſe Legatos, qui ſoli, vel una cum illis Epiſcopis rem omnem conficerent, totique controverſiæ finem facerent. *Quod ſi is qui rogat cauſam ſuam iterum audiri*; (Græca exemplaris ſic habent) *Si quis autem poſtulet ſuum negotium rurſus audiri*, (en novum, & quintum judicium) *& ad ſuam ſupplicationem Romanorum Epiſcopo judicare viſum fuerit, A PROPRIO LATERE PRESBYTEROS MITTAT HABENTES AUCTORITATEM EJUS, A QUO MISSI SUNT, ita tamen, ut ſit in poteſtate Epiſcopi Romani (ſi recte hoc ſe habere probaverit, & ſtatuerit oportere) eos mitti, qui cum Epiſcopis ſint judicaturi. Sin autem ad rei cognitionem Legatorum etiam ſententiam ſufficere putaverit, faciet, quod prudentiſſimo ejus conſilio recte habere videbitur.*

Habes trium horum Canonum, qui tot (*i*) ingenia tamdiu, & tantopere

---

(i) Vid. March. in Diſſ. de Conc. Sardicenſi Part. II, §. 3, n. 47.

Queſtioni, che ſi fanno ſu queſti Canoni. Il De Marca de Concord. Sac. & Imp. L. VI, c. XV, & L. VII, c. III, il Dupin, Van-Eſpen, ed altri tali fra noi, e Jacopo Baſnage in iſpecie fra i Proteſtanti pretendono, che il Concilio di Sardica introduceſſe con queſti Canoni una diſciplina *nuova*, ed un nuovo, accidentale diritto accordaſſe al Romano Pontefice, con permettergli di ricevere in qualche modo i ricorſi de' Condannati ne' Sinodi, lo che, dicon eſſi, non gli era prima conceſſo. Quanto al *Fleury*, inclinai già a credere nella mia Critica, ch' e' foſſe nel ſentimento medeſimo, con tutto che il di lui Apologiſta, zelantiſſimo di ſua dottrina, eſtimi coſtantemente, ch'egli riconoſca, che a Sardica ſi ſpiegò ſolo il diritto, che il Papa poſſedeva in vigore del ſuo Primato. Queſnello però, ed ultimamente il Giuſtino Febbronio, ſenza tanti circuiti, hanno con tutto il vigore rimeſſa in campo queſta ſentenza della novità indotta a Sardica; ed eſercitati conſe-

re exercuerunt, torſerunt, brevem, facilem, atque illuſtrem explanationem. Si in Metropolitano Patriarcham, & in Concilio Provinciali Patriarchalem Synodum ſublatuiſſe mihi aſſentiris, nullo negotio, dilucide, planeque omnia explicave-

---

ſeguentemente alcuni valoroſi moderni a confutarla con maggiore accuratezza, che non s'era fatto fin quì. L'Achille del loro ſiſtema lo deducono gli Avverſarj dalla formola tenuta da Oſio nel primo Canone, da noi quì eſpoſto, ove proponeſi di onorare la memoria di S. Pietro ec. *NOVUM quid* (dice nel citato luogo il Febbronio) *& inſuetum hic introduci . . . . ſatis apparet ex Verbis Oſii proponentis. Si veſtræ, inquit, dilectioni placet, Petri memoriam honoremus* ec. E il ſuccennato De Marca avverte, che Oſio poſe avanti queſto ſpecioſo titolo, d' onorare la memoria del Beato Piero, per muovere più facilmente i Padri, ad accordare a' Romani Pontefici queſto novello diritto: Riceve con plauſo un sì acuto penſamento il Van-Eſpen.

Riſpoſero già a tale obbiezione Criſtiano Lupo, ed il Sorbonico P. Natale Aleſſandro, e con molte parole ſoſtennero, che l'indicata formola, *Petri memoriam honoremus*: non induce neceſſariamente l' idea di un privilegio recente; giacchè anche riconoſcendo, approvando, e confermando alcun vecchio diritto luminoſo de' Papi, ſempre ſi verifica, che viene ad onorarſi la memoria del Beato Apoſtolo *Piero*. Si giovò anche, e confermò queſta replica ultimamente l' Abb. Franceſco Antonio de' Simeoni. Vaglia però il vero, non abbiamo alcun uopo di tal riſpoſta; e dice beniſſimo il celebre Sig. Ab. Zaccaria, che queſto argomento degli Avverſarj, *è appogiato sù di un falſo ſuppoſto, che quì ſi tratti delle Appellazioni*. Io voglio dire anche di più: accordar voglio, (e diffatti propendo a crederlo;), che l'indicata formula nella maniera, ond'è appoſta in queſto Canone, *Si vobis placet, S. Petri Apoſtoli memoriam honoremus*, ci preſenti veramente nozione della propoſta di alcuna coſa di nuovo, e che nuovo per qualche modo ſia veramente ciò, che quì s' accorda a' Ponteſici. Ma che intendono da ciò dedurre gli Autori, che ora impugniamo? Forſe, che nuovo adunque ed introdotto dal Concilio di Sardica, ſia il diritto delle appellazioni al Papa? Nulla può così ſtortamente conchiuderſi. In queſto ſolo Canone, come bene avvertirono i *Ballerini*, uſano i Padri la fraſe, *Onoriamo la memoria del S. Apoſtolo Piero*; ed in queſto veramente io reputo, che rendano al Papa qualche nuova onoranza di diſciplina, ordinando, che di condotta ordinaria, foſſe a lui riſerbata la nomina de' Secondi Giudici, e l' eſame dell' inſtanza del Condannato; lo che abbiamo veduto, che non andava precedentemente così. Non che io nieghi, che anche prima del Concilio di Sardica, anche vegghiante l' uſo di nomina ne' Metropolitani, non aveſſe potuto il Papa frammetterſi a nominare egli ſteſſo i Giudici convicini ec., ma ciò ſempre ſarebbe ſtato uno ſtraordinario eſercizio d'autorità, e come diceſi: *ex plenitudine poteſtatis*: ovecchè dal Concilio riduceaſi ciò a diſciplina ordinaria, e toglieaſi a Metropolitani ogni diritto alla convocazione del ſecondo Concilio, che prima aveano, ſe il Papa non aveſſe avocata la Cauſa al ſuo Tribunale. Ma che han che fare quivi gli appelli a Roma? Queſto primo de' noſtri Canoni, ſi è dimoſtrato, e ognun che ha occhi lo vede, che di Appelli al Papa, neppur rimotamente favella: e come dunque deduceſi dalle parole di queſto Canone, che ſiano di nuovo Conio gli Appelli? Sarebbe bella, ch' io mi faceſſi a provar ſul ſerio alla Gente dotta, che le Traslazioni vietate ne' primi Canoni, le ordinazioni de' Veſcovi; delle quali ſi parla nel V, e nel VI, i viaggi alla Corte regolati nel IX, e ſeguenti, i gradi Eccleſiaſtici da paſſarſi prima del Veſcovato, che preſcrivonſi nel XIII, la Reſidenza de' Veſcovi, la Scomunica, deſcritte nel XV, e ſeguenti; che tutte queſte, e altre coſe ſieno di diſciplina novella, per quella gran ragione, che nel terzo Canone ſi uſi formula che indica novità. Oh! Allora mi griderebbe il *Febbronio*, e ſi riderebbe co' ſuoi, che ſi ſcrivano a Roma queſte follie. Eppure non eſſe ſi ſcrivono con applauſo di là dai Monti. A Roma ſolo ſi di-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

caveris. Nulla difficultas, quam non devores, nullus locus, in quo hæreas, nulla ſalebra, quam verearis. Contra vero, ſi illorum temporum Metropolitanis, ac Conciliis Provincialibus eamdem ac noſtris ſignificationem affin-

---

dice, che il terzo Canone, è un Canone da ſe, ſeparato dagli altri, e diſtinto: che in eſſo ſolo ſta la formula addotta dagli Avverſarj, perchè non parla punto di Appellazioni, perchè neppur' uno in tutta l'Antichità, per le Appellazioni, s'è ſervito di queſto Canone; che gli altri due che di eſſe ragionano, non hanno apice, che denoti nuovo dritto. In queſti dovrebbono ritrovar gli avverſarj il decantato, *honoremus memoriam Petri*: ma come trovarlo giammai, ſe di fatto non v'è? Che anzi ho già fatto notare, che in queſti due Canoni, ove ſi ha menzione di Appelli, ſarebbeſi dovuto diſporre, che il Papa *poſſa* ricevergli, per aver qualche apparenza di fondamento a aſſerire, che ne fù parlato a Sardica la prima volta: ma ſventuratamente non vi è ſcritto così. L' Appello vi ſi ſuppone, vi ſi mette come una coſa già nota a tutti: *Si appellaverit, ſi proclamaverit agendum ſibi negotium in Urbe Roma*: Si terrà il tale, e il tale ordine. Queſto argomento preſo dal conteſto, e dal ſenſo letterale de' Canoni, che *Dupinio* co' ſuoi, magnificarono come deciſivo a loro favore, è tanto forte al contrario per noi, che da sè ſolo baſta a far toccare con mano, a chiunque pacatamente, e con animo ſcevero da' pregiudizj, voglia leggere gli ſteſſi Canoni; che del ricorſo, ed Appello al Papa dopo le Sinodali ſentenze, ſe ne parlò a Sardica, come di coſa già nota nel ſuo dritto, e communiſſima nella ſua pratica. Sul ſenſo de' monumenti vetuſti poſſano i recenti Scrittori dir ciò, che vogliono; ma chi crede meno ad eſſi, che a monumenti medeſimi, e ne giudica co' propri occhi, ſtà ſenno.

Idem l. c. §. IV, n. 54. Altra importante quiſtione quì inſorge ſul ſenſo de' Canoni Sardicenſi; poichè alcuni pretendono, che eſſi non accordino propriamente al Papa il diritto di ricevere le Appellazioni, ma ſoltanto gli diano una pura reviſione: Se debba, o no rinnovarſi il Giudizio nella Provincia. Prima di entrare in materia, tiriamoci da una diſputa di parole. Noi diciamo col *Briſſonio*, il *Gonzalez*, e gli altri Canoniſti al titolo *de Appellat.* che l' *Appellazione non è altro, che un ricorſo al Giudice ſuperiore, da un Giudicato, o altro gravame di un inferiore*: e come dicono *a minore Judice, ad majorem provocatio*. Quando alcuno ricorre ad uno, il quale poſſa annullare la precedente Sentenza, moderarla, o confermarla (e giuſta le varie indigenze, ciò faccia) noi diciamo, che *appella*. Sappiamo, che quanto al ricorſo a Roma, poteva farſi, o a viva voce, o in iſcritto con atto ſolenne, che da S. Leone ſi chiama *Libellum appellationis*, od anche col ſemplice fatto. E nel vero, Innocenzo III ſi lagna, che un tale foſſe ſcomunicato di poi che era partito per Roma: *Cum plus ſit* (dic' egli) *ad Sedem Apoſtolicam facto provocare, quam verbo; & ipſis propter prædictam cauſam ad Romanam Eccleſiam venientibus, intelligitur ad Sedem Apoſtolicam provocatum*. In qualunque modo però ſiegua queſto ricorſo, variino quanto ſi voglia, ſecondo le diverſe circoſtanze de' tempi, de' luoghi, delle Perſone, le legali ſolennità, e formule; nulla c' importa. Chi ci accorda, che il Papa ad iſtanza, in qualunque modo fattagli da un condannato, poſſa prender cognizione del primiero Giudizio, e confermarlo, o caſſarlo come ſia giuſto; chi ciò, diſſi, ci accorda, viene a concederci ciò, che noi diciamo: *dritto di ricever l'Appello*. Del reſto ſi chiami ciò pure, o iſtanza, o confugio, o come mai vogliaſi, non litigheremo punto per ciò.

Il nodo dunque ſtà che: *Hactenus* (dice Monſ. Pietro De Marca:) *UNIVERSIS perſuaſum fuit, repertam eſſe legem in Synodo Sardicenſi de APPELLATIONIBUS adverſus Epiſcoporum Judicia, EASQUE A SUMMO PONTIFICE judicandas eſſe, ex præſcripto hujus Concilii*. Così è: ognuno ſino al De Marca fu perſuaſo, che i Canoni Sardicenſi da noi propoſti parlaſſero delle vere appellazioni, e ne aſſegnaſſero per Giudice il Papa, il quale in Roma, e nel ſuo Sinodo, giuſta la diſciplina d'allora, poteſſe, o con-

fingis, quot dumi, quot tricæ, quot ambages! Hæſitabis, titubabis, progredi nullo modo poteris. Ageſis. Fac illos, qui tum Metropolitani vocabantur, non fuiſſe Patriarchas, atque illa, quæ Concilia Provincialia dicebantur.

---

confermare; o caſſare la primiera ſentenza. Così ſempre l'inteſſero *tutti*, i Papi, i Concilj, i Santi Padri, i Dottori, i Canoniſti, gli Scrittori, tutti. E non ſolo i Cattolici, ma perfino tra Greci Sciſmatici, i più dotti Interpreti de' Canoni, come *Ariſteno*, *Matteo Blaſtare*, ed altri, che diſteſamente produce l'eretico *Bevereggio*, e frà noſtri l'Ab. *Franceſco Antonio de Simeoni*, preſſo cui poſſono vederſi le perpetue interpretazioni sì de' Cattolici, come degli Sciſmatici, dal ſecolo IV, fino al XVII. Accintoſi però il citato De *Marca* a ſcrivere la clamoroſa Opera, *De Concordia*, & *Imperii*: volle moſtrare, che la ſuddetta *perſuaſione di tutti*, era un ſolenne abbaglio; e che i Canoni Sardicenſi non accordavano appellazione a Roma, ma unicamente una certa formalità Canonica, mediante la quale il Papa, poſta l'iſtanza a lui diretta da un Condannato in qualche Sinodo, aveſſe facoltà di decidere ſolamente ſe la Cauſa dovea, o no ritrattarſi, ſulla faccia del luogo; e non mai poteſſe decidere in *Roma* circa il merito principale della Cauſa medeſima. In ſomma ſi accorda al Papa, come dice eſſo *De Marca*: *Jus tantum concedendi reviſionem*. Tale ſpiegazione nel num. VII, che abbiam citato, ce la dà, come un ritrovato ſuo ſingolare, contro l'errore di tutti: ma nel ſeguente num. XIV ci dice di averla appreſa da un bel teſtimonio di Incmaro Remenſe, cioè dalla di lui Piſtola a Giovanni VIII ſcritta a nome di Carlo Calvo. Gettata appena queſta Tavola in mare, per quanto ſcabroſa, e fragile ella ſiaſi, tu non puoi credere con quanta folla ſiano corſi ad aggrapparviſi i Novatori. Il P. Stefanucci dalla pag. 25, alla 79, della ſpeſſo lodata Diſſertazione, s'è veduto alle mani col Proteſtante Boemero, e col Febbronio, i quali difendono queſta ſpiegazione. Parimente i Signori Ballerini hanno avuto a fronte Queſnello, e Dupinio: e Monſignor Giovan Domenico Manſi ha ritrovato il medeſimo tarlo nella Diſcuſſione, *De Jure Appellat. ad Rom. Pont.* dell' Eretico Baſnage. In ſomma il De Marca è andato a ſangue sù queſto punto a moltiſſimi Scrittori di tal farina, fra quali ſingolarmente al Van-Eſpen; e ſe egli non aveſſe reſo a' ſacri ſtudj altro ſervigio, che queſto, pure avremmo di che ricordarci molto di lui. Così non riflettea male, poco fà un Penſatore moderno: *Supponiamo, che un particolare ci venga a mezza notte a gridare, che è giorno; ci burleremo di lui: ma laſciate, ch' egli abbia il tempo, ed il modo di farſi un partito; preſto o tardi i ſuoi partigiani verranno a capo di pruovarvi, che dice il vero*. Poſſibile, che prenda voga ogni novità, che viene in capo una volta ad alcuno! E che pur debbaſi tornare in campo con queſta, non oſtante le invitte confutazioni fattene anche in Francia da Natale Aleſſandro, dal Sig. David, e da altri! Vedremo or ora, che l'equivoco di queſta ſottigliezza ſcolaſtica ſe ne và in fumo, col ſolo eſaminare il vero ſenſo de' diverſi Canoni, che abbiamo diſcuſſo a principio di queſta Parte ſeconda.

Intanto deſio mi prende di render quivi al celebre autore dell' Interpretazione, che abbiam fra mani, Monſ. De *Marca*, una giuſtizia, che non gli vedo reſa da alcuno. Pochi anni, dopo terminata la voluminoſa Opera, *De Concordia &c.* ſcriſſe lo ſteſſo Prelato un bell' Opuſcolo: *De veteribus Canonum Collectionibus*: e quivi trattando una materia meno contenzioſa, e fuori d'impegno, gli accade dover moſtrare, che anche ne' primi tempi furono in vigore preſſo i Romani, i Canoni Sardicenſi. A tale intento però e' produce l'argomento ſeguente: *Ipſa Zoſimi, Bonifacii, & Cæleſtini tanto veruſtior diſputatio cum Africanis Epiſcopis Pro Recipiendis Appellationibus Epiſcoporum, prolatis quoque ipſis verbis CANONUM SARDICENSIUM, nonne aperte docet eorum apud Romanos auctoritatem? Immo vero, & apud Africanos, qui tandem PROVOCANTIBUS conſenſerunt, id unum deprecantes, ne facilius admitterentur, ET CAU-*

bantur, non fuiſſe Diœceſana. Jam vero facti ſpeciem ponamus. Finge animo Ptolemaidis Epiſcopum de gravi crimine poſtulatum fuiſſe. Ad quem Judicem primo rapiendum eſſe cenſes? Ad Synodum Phœniciæ primæ ejusque Me-

---

CAUSÆ IN PROVINCIIS JUDICARENTUR. Quivi a me par di capire, che ſe la quiſtione in Africa fu sù *le parole ſteſſe de' Canoni Sardicenſi*: e tal quiſtione verteva *ſul ricevere le Appellazioni*; che adunque i Canoni Sardicenſi parlavano allora di *Appellazioni*. In oltre: Se gli ſteſſi Affricani riconobbero finalmente l' autorità di queſti Canoni, e ſi accordarono con gli *Appellanti*, riſtringendoſi ſolamente a pregare, che le Appellazioni non ſi ammetteſſero con troppa facilità, e che *le cauſe ſi giudicaſſero nelle Provincie*; dunque ſi parlava d' Appellazioni, dunque tal Giudizio ſul luogo, *nelle Provincie*, chieſto per grazia dagli Affricani, non era un dritto preſcritto da' Canoni Sardicenſi, sù quali gli Avverſarj degli Affricani medeſimi s'appoggiavano per giudicare le cauſe in Roma. Sentiamo altre quattro parole della ſteſſa Opera di *De Marca*: *CONSTAT* (vuol dire, ch'è coſa certa, che non ve ne ha dubbio) *Gallicanorum judicia per varias APPELLATIONES A ROMANIS PONTIFICIBUS RETRACTATA FUISSE*; *quod initium*, *AUT ROBUR habuit a CONCILIO SARDICENSI*. Dunque, ne dedurrei quivi ancora, il Concilio di Sardica introduſſe o *confermò*, che i Giudizj de' Veſcovi foſſero per *via di Appello dal Romano Pontefice ritrattati*. E di più direi, che quel, *initium*, *aut robur habuit*, ſignifica, che uno non è ben certo, che a Sardica *incominciaſſe* veramente tal dritto, benchè altrove ſiaſi fatta moſtra di ſoſtenere con tutta ſicurezza tal ſentimento. Io per me, direi queſto ſolo: alcun' altro potrebbe forſe più francamente inferirne, che la dottrina di queſt' Opuſcolo è quivi contraria a' placiti del libro *della Concordia*: che i diverſi Avverſarj, che aveva a fronte l' Autore, l' hanno fatto dire in diverſi luoghi l' oppoſto: che anche i grandi uomini ſervono talora al tempo più, che alla verità: che i loro principj non ſono molto accertati, quando ſono in impegno: che l'amore di novità . . . . baſta quanto a me, vorrei, che ſe ne inferiſſe quanto di meglio poſſa immaginarſi per queſ gran Prelato, e di comodo per quelli, che l' hanno in queſto luogo ſeguito troppo ciecamente.

E vaglia il vero, a qualunque Galantuomo voi leggiate queſte ſole parole del ſecondo de' noſtri Canoni Sardicenſi: *Cum aliquis Epiſcopus . . . . . proclamaverit agendum ſibi negotium IN URBE ROMA*, *alter Epiſcopus in ejus Cathedra*, *POST APPELLATIONEM ejus*, *qui videtur eſſe depoſitus*, *omnino non ordinetur*, *NISI CAUSA FUERIT IN JUDICIO EPISCOPI ROMANI determinata*: a chiunque, dicea, voi leggiate queſte parole, e poi diciate ſul ſerio, che a Sardica non ſi trattò *di Appellazioni a Roma*, nè vi ſi volle punto, che il Papa le aveſſe a giudicare nel ſuo Tribunale; dareſte, per mia fè, qualche ſoſpetto di aver perduto il cervello. Non ſarà maraviglia a chi legge anche di volo il ſuddetto Canone, che *tutti* fino al *De Marca* abbiano inteſo, che vi ſi parli di Appellazioni giudicabili a Roma: ma è piuttoſto a ſtupire, che ſiavi potuto eſſere alcuno in umore di perſuaderſi il contrario. Io non mi ſento di gettarmi in un Pelago, nè farmi a ribattere a lungo un'arma così ſpuntata. Gli Autori da me citati in principio di queſto Paragrafo, poſſono in ciò ſoddisfare la curioſità più inſaziabile. Vedetegli ſe volete, per non coſtringermi a fare, alla moda, il Plagiario. Chiudete piuttoſto con eſſo meco la citata Diſſertazione, e ſcolj di Van-Eſpen, (uno de' più impegnati Atleti avverſarj) ed apriamo l' altra Diſſertazione, *In Synodos Africanas*: dell' Autore medeſimo. *Fauſtino* Veſcovo, *Filippo*, e *Aſello* Preti, mandati in Affrica da S. Zoſimo Papa, per la celebre controverſia di *Apiario*, vi giunſero alla metà dell' anno CCCCXVIII, ed eſibirono in un Concilio il *Commonitorio*, l' inſtruzione data loro da Zoſimo. Il primo punto di tale Inſtruzione, traſcrive a' Legati un Canone, chiamato ivi Niceno (ora vedremo il perchè), ed il ſettimo Sardicenſe, terzo de' no-

Metropolitanum Epiſcopum Tyrium. Quid ſi hic reus pronunciatur? Ad quos Judices appellabit? Ad Epiſcopos, ſeu Synodum Provinciæ finitimæ, puta Phœniciæ Secundæ, vel Syriæ Secundæ. At hos Epiſcopos quis deſignabit? Hanc Synodum quis indicet? quis convocabit? Ante Concilium Sardicenſe Metropolitanus Tyrius, poſt Sardicenſe Epiſcopus Romanus. At ſi ab his etiam condemnatur, quem adibit, ad quemnam provocabit? Ad Romanum Pontificem. Interea vero, dum hæc omnia aguntur

---

noſtri. Il Papa non fa altro che copiarlo parola per parola: niente aggiugne nel conteſto di lui, non lo commenta, non lo interpola, niente: *Hoc* (dice il Van-Eſpen) *primum punctum erat Commonitorii, nimirum DE APPELLATIONE Epiſcoporum, ad Epiſcopum Romanum, ſecundum Canones Sardicenſes*. E poco dappoi proſiegue lo ſteſſo Autore: *Recitato primo Articulo Commonitorii de Appellationibus Epiſcoporum ad Epiſcopum Romanum &c.* E più ſotto: *Recitato primo Articulo Commonitorii .... qui erat DE APPELLATIONIBUS Epiſcoporum*: e così altrove. Ma facciamo un po di poſa. Queſto famoſo primo Articolo, primo punto del Commonitorio, e' non è altro, che il ſettimo Canone Sardicenſe, meſſo lì parola per parola da *Zoſimo*. Bella arte! Il Canone Sardicenſe, che per Van-Eſpen nulla parla di Appellazioni, per eſſere ſtato copiato in un' Inſtruzione, ed aver valicato il Mediterraneo, ſi traſmuta in *primo punto del Commonitorio* ſu le Appellazioni. Così è: leggete tutto il §. X di queſta erudita Diſſertazione per la cauſa di *Apiario*, leggete il *Dupinio*, anzi leggere tutti i noſtri Avverſarj, quando impugnano il dritto delle Appellazioni Romane; troverete, che tutti, il loro grande argomento lo deſumono dall' oppoſizione fatta alle Appellazioni medeſime dagli Affricani. Sentitene adunque il raziocinio compendioſamente. Gli Affricani ſi oppoſero al primo punto del Commonitorio; eſſo è il ſettimo Canone di Sardica: queſto Canone nulla parla di Appellazioni: dunque gli Affricani ſi oppoſero alle Appellazioni. Eccovi un argomento di moda. Se uno di quegli Scrittori, che oggi ſi chiaman Papiſti, e diceanſi una volta Cattolici Romani, ſi azzardaſſe a diſcorrer così una volta ſola; povero lui per ſempre!

Ma poco ſarebbe, che da queſta Cauſa di *Apiario* noi deduceſſimo ſolamente, che i principj degli Avverſarj contraddicon ſe ſteſſi; e non ne arguiſſimo anche, che contraddicono il chiaro ſenſo de' Canoni Sardicenſi. Nella ſteſſa citata Diſſertazione di *Van-Eſpen*, voi vedrete, che queſto primo punto del Commonitorio di Zoſimo, cioè il ſettimo Canone di Sardica, ſtiede per anni nelle mani di tutti i Veſcovi dell' Affrica, e fra queſti di *Sant' Agoſtino*. Vedrete, che tutti lo inteſero come riſguardante le Appellazioni propriſſimamente dette. Vedrete, che fu eſaminato in più Concilj numeroſiſſimi; anche Generali di tutta Affrica, come fu quello celeberrimo dell' anno CCCXIX, e ſempre fu inteſo così. Per queſto appunto, perchè fu inteſo così, ſuſcitò una diſputa, che durò anni, che diede luogo a più ambaſcierie, che fece mandare dall' Affrica all' Oriente eſpreſſi Legati, a ricercare ne' Codici più autentici queſto Canone. Or tutte queſte fatiche non ſi ſarebbono fatte, niuna controverſia ſarebbe mai nata, ſe fra tanti Padri, che vi ſtudiarono ſopra anni intieri, ad uno ſolamente foſſe venuta in capo l'interpretazion di *De Marca*. Egli è più chiaro del giorno da tutta la Storia di queſta conteſa, da principj degli Affricani, e dalla ſteſſa loro lettera a *Bonifazio*, Succeſſore di *Zoſimo*, che tutta la difficoltà ſtava ſu le vere Appellazioni, giudicabili a Roma: che non altro deſideravano que' Veſcovi, ſe non che le cauſe foſſero giudicate ſul luogo. E ſe *Pietro de Marca* aveſſe potuto loro inſegnare, che con tutti i Canoni Sardicenſi, non poteva il Papa tirare a Roma le loro cauſe; e che anzi era poſitiva diſpoſizione di queſti Canoni, che i Giudizj ſi faceſſero ſempre nelle Provincie, ſi ſarebbono abbracciati in Affrica con ambe le mani, non che farvi la minima oppoſizione. Sentite intanto, come ſcrivono que' Padri a *Bonifazio*: *Commonitorium*

tur in Diœceſi Antiochena, Patriarcha Antiochenus quid rerum gerit? Ubi nam gentium degit? quam perſonam illi imponis? Quas partes tribuis?

---

rium protulerunt, (i Legati) *in quo eis quatuor quædam nobiſcum agenda mandata ſunt: unum de APPELLATIONIBUS Epiſcoporum ad Romanæ Eccleſiæ Sacerdotem*: quindi copiano *ad verbum* tutto il Canone Sardicenſe, dicono di volerlo verificare ne' Codici, e quindi ſoggiungono: *Hæc quæ in Comonitorio ſupradicto nobis allegata ſunt DE APPELLATIONIBUS Epiſcoporum .... nos uſque ad probationem ſervaturos eſſe profitemur*. Così inteſero in Affrica il Canone Sardicenſe quegli ſteſſi, che ſe ne credeano gravati; e a dirla come là ſento, l'onoratezza di que' Padri prevalſe all'impegno, in cui poteano eſſere, di terminar la diſputa con una interpretazione capricciosa, aerea, forzata, quale è quella de' noſtri Avverſarj.

Ha dato tutto il corpo a tale ſpiegazione il non aver punto atteſe, e diſtinte le diverſe diſpoſizioni, e diverſo ſenſo de' tre Canoni, che abbiamo illuſtrati fin quì, e aver confuſo il ſentimento di uno di eſſi con quello di tutti e tre. Abbiamo veduto, che nel primo ſi preſcrive una mera reviſione della Cauſa ſul luogo. Ma quivi nulla diceſi d'appellazione del Reo a Roma, mentre vi ſi contempla come richiedente egli ſteſſo un ſecondo Concilio *Locale*. Ma perchè di ciò parla queſto Canone, anche gli altri due diranno lo ſteſſo? Che prò vi ſarebbe ſtato di formare tre diverſi Canoni per un medeſimo oggetto? Credo potere aſſerire, che neppur uno ſi trovi in tutta l'antichità, che in favore delle Appellazioni Romane abbia citato queſt'iſteſſo canone Sardicenſe il quale è troppo chiaro, che di ciò non ſà moto. Gli altri due sì, che parlano di appellazioni. Il quinto egli è evidente da ſe, e baſta vedere quì poco ſopra al N. 57, e dice ben chiaro, che l'appellazione s'avea a giudicare: *in judicio Romani Epiſcopi*. Ancorchè non vi foſſe altro che queſto, baſterebbe a provare le appellazioni riconoſciute a Sardica. Zoſimo amò meglio ſervirſi dal canone ſettimo, poichè anch'eſſo vedemmo, che favella di appellazioni, e benchè i Padri vi propongano la diſciplina che il Papa ordini un ſecondo giudizio al luogo, perchè eravamo nel caſo che il reo avea ſaltato il Tribunale intermedio; ſempre però dicono, che il Papa ſteſſo farà in ciò: *quid velit*, & *quid æſtimet*: e che ſi appiglierà a quel partito: *quod ſapientiſſimo Conſilio ſuo judicaverit*: riconoſcendo così la podeſtà, che s'avea da giudicare dell'appellazione anche dopo la ſola prima ſentenza locale, ſe così ſembraſſene al Papa ſempre ſuperiore per dritto divino di tutti i Veſcovi. La diſtinzione manifeſta, ſe non isbaglio, che abbiamo recato dalle varie ipoteſi di queſti canoni, pone in un lume deciſivo tutta queſta materia, e moſtra a occhio, che due di eſſi ragionano delle appellazioni Romane.

Rendiamo, prìa di toglier la mano da queſta Tavola, dovuta giuſtizia a Fleury. Nel darci eſſo il ſenſo di queſti Canoni Sardicenſi ovunque nella Storia ne parli; oneſtamente confeſſa, che vi ſi ragiona di *Appellazioni*. Egli avea molto alle mani l'Opera del *De Marca*; e Dio ſa ſe ne avrebbe abbracciata queſta opinione; ſe qualche lucicore travedeavi di congruenza! Reſti adunque comprovato, e dal dritto primitivo del Primato Apoſtolico, e dal conteſto letterale de' Canoni, e dal ſenſo inteſovi *da tutti* pria del *De Marca*, e dalla perpetua oſſervanza di tutti i Secoli; che ne' Romani Pontefici fu riconoſciuto a Sardica un dritto di Appello, che tutto ſtà nel potere di *confermare*, o ritrattare la ſentenza riportata da chi a loro dirigeſi, come è di fatto accaduto le innumerabili volte, ſcrivea S. Leone I, fino dal quinto ſecolo a' Veſcovi delle Gallie: *Nobiſcum itaque veſtra Fraternitas recognoſcat, Apoſtolicam Sedem pro ſui reverentia, a veſtræ etiam Provinciæ Sacerdotibus, innumeris relationibus eſſe conſultam, & per diverſarum .... Appellationem Cauſarum, AUT RETRACTATA, AUT CONFIRMATA FUISSE JUDICIA*. E così mandando Lettere nell'Illirico: *Si quæ ... Appellationes emerſerint, eas ſub ipſius relatione, AD NOS MITTI debere decrevimus, UT NOSTRA, ſecundum Eccleſiaſticum morem SENTENTIA FINIANTUR*. Si potea parlar più chiaro da chi con profetico

buis? Anne ut cum Diis Epicuri in intermundiis ſecurum ævum agat, atque ab omni curatione, & adminiſtratione rerum vacet? Ita ne? Tantum ne negotium, tamque magni momenti tranſigi, inſciente harum rerum, ignaroque omnium Patriarcha? Synodus autem Patriarchalis, ſeu Diœceſana ubi relinquitur? Quare præteritur? Cur ex omnibus Appellationum gradibus excluditur? Quid igitur opus erat, ut Canon Antiochenus XII ab Synodo Provinciali ſauciatos Diœceſanæ ſanandos commendaret, ſi nullibi ea erat? Quid neceſſe, ut Canon VI Conſtantinopolitanus a Provinciali Concilio elapſos Diœceſano puniendos traderet, ſi Concilium Diœceſanum inter Judices familiam minime ducebat? Quid denique attinebat, Appellationes a Metropolitanis ad Patriarchas & Eccleſiaſticorum Canonum, (c. 26, Concil. Conſtantinop. IV, Œcum. VIII) & Imperatoriarum (nov. 123, c. 22.) legum vi, & pœnarum metu communire, eaſque ab omni novitatis periculo liberare, ſi antiquitati ignotæ, ſi in Eccleſiaſticam Rempublicam nunquam pedem intulerant?

Vides quot inextricabiles nodos ſibi conficiant, quot dumis, vepribuſque ſe ſe impediant, qui Sardicenſes Canones de noſtris Metropolitanis, noſtriſque Provincialibus Synodis loquutos eſſe arbitrantur. At contra, fac Ptolemaidis illum quem fingimus Epiſcopum de gravi crimine poſtulatum ſuo jam periculo defunctum in Synodo Phœniciana, deinde raptum ad Synodum Antiochenam Patriarchalem, ſeu Diœceſanam, tum ad Epiſcopos finitimæ Diœceſeos, puta Alexandrinæ, exinde ad Romanum Pontificem gradatim appellantem, ſuus Metropolitis, ſuus Patriarchis, ſuus Summo Pontifici, ſuus Canonibus, ſuus legibus honos ſervatur.

§. X. Ea igitur imbibenda nobis ſententia eſt, apud veteres illos dictos fuiſſe Metropolitanos, qui a nobis nunc Patriarchæ; illas vocatas eſſe Provinciales Synodos, quæ nunc a nobis Patriarchales, ſeu Nationales appellantur. Quam quidem ſententiam ſua ſponte jam bene firmam firmiorem adhuc faciunt ea quæ leguntur in Sardicenſi Canone XIV, al. XVII. *Oſius Epiſcopus dixit, quod me adhuc movet, reticere non debeo: Si Epiſcopus quis forte iracundus (quod eſſe non debet) cito, & aſpere commoveatur adverſus Presbyterum ſive Diaconum ſuum & exterminare eum de Eccleſia voluerit, providendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat poteſtatem is, qui abjectus eſt, ut Epiſcopos finitimos interpellets, & cauſa ejus audiatur, ac diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti, & ille Epiſcopus, qui aut juſte, aut injuſte eum abjecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur, ut vel probetur ſententia ejus a plurimis, vel emendetur.* In hoc Canone agitur de eo Epiſcoporum conven-

---

tico antivedimento, aveſſe voluto diſtruggere le cavillazioni, che ſarebbon nate da poi? Potrei produrre un volume di ſimili autorità; ma non occorre affaticarſi a rintracciar Teſtimonj in materia sì conoſciuta, ed evidente. Mi parebbe anzi d' eſſermi trattenuto di troppo, ſe il determinar bene, che a Sardica ſi ragionò di vere Appellazioni al Papa, e che non vi s' introduſſero qual nuovo dritto, non foſſero due verità incomparabili in tutta l' Erudizione Eccleſiaſtica. Ci luſinghiamo d' averle dimoſtrate abbaſtanza.

ventu, quem nos modo Concilium Provinciale dicimus. Abeſt vero Concilii *Provincialis*, aut *Metropolitani* vox. Abeſſet ne, ſi cum illorum temporum ſermone congruiſſet? Exemplaria Græca hujuſce Canonis ſi forte nobis objicis, ea minime moror, quæ ex latinis jam reddita fuiſſe conſtat (*k*), ubi interpretis fides maxime deſideratur. Aliquid fortaſſe negotii mihi faceſſeret Canon Sardicenſis VI, al. V, niſi ſcirem, textum illum

(*k*) Marchetti Del Concil. di Sard. Part. II, §. 1, num. 37. In che lingua furono formati al Concilio di Sardica queſti canoni? Pare che non poſſa dubitarſi, che ci furono ſcritti in latino. Quel Sinodo fu compoſto per la maſſima parte di Padri Latini dell'Occidente, come vedemmo: Latini ne erano i Preſidenti, Latino Oſio, il quale propoſe la più parte de' Canoni, e quegli ſteſſi non molti Greci che vi ebbero Sedia, ſendo già ſtati a Roma a trattar di perſona la loro cauſa d' avanti il Pontefice *Giulio*, dovettero ſapere il Latino. E' dunque preſunzione fortiſſima, che nell' elegger la lingua, in cui ſcrivere i Canoni, al comodo della maſſima parte ſi provvedeſſe, e che perciò foſſino diretti in Latino. Di più, *Dioniſio* Eſiguo citato, che è il più antico teſtimonio dell' Idioma de' Canoni Sardicenſi, ed il quale eſaminava di propoſito la materia, nel raccogliere i canoni da varj Codici; conferma eſpreſſamente, ed in termini queſta ſentenza nella ſua Lettera a *Stefano* di Salona, ove dice: *Statuta quoque Sardicenſis Concilii, quæ* LATINE *ſunt edita*. Teſtimonianza, sù cui con ragione molto ſi appoggia *Arduino*, rapportato da Veneti editori della Raccolta di *Labbè*. Può vederſi anche il Voello nella ſua Biblioteca Canonica. E quivi io non comprendo la forza di un' illazione de' chiariſſimi Ballerini. Rilevando eſſi con la conſueta loro eſattezza, le notabili varietà de' termini, di ordine, e di eſpreſſione, che veggionſi trà Latini Codici, e i Greci, ne' Canoni Sardicenſi; ne deducono, che non poſſano eſſere ſtati l' uno dall' altro tradotti, ma ambedue i Teſti ſiano ſtati diretti da prima in Latino, a comodo de' Latini Veſcovi, che ſi trovarono nel Sinodo; ed in Greco pe' Greci. Ma queſta in vero è belliſſima. Del vedere tanta diverſità da' Greci, a' Latini eſemplari, io ne argomenterei tutto al contrario così: Ciò moſtra, che ſono ſtati tradotti l' uno dall' altro, e deturpata la traduzione dall' imperizia di chi la fece, e da chi la traſcriſſe, e così ſconvoltone anche l' ordine primitivo. In un Concilio sì riſpettabile, ove erano tanti Padri dottiſſimi nell' una lingua, e nell' altra, ove trovavaſi un S. *Atanaſio*, che intiere Opere di Lucifero Calaritano avea reſe dal Latino nel Greco; ove preſedea un *Oſio*, che da tanti anni trattava nelle Chieſe d' Oriente affari rilevantiſſimi; in un tal Concilio, è egli poſſibile, che ſi foſſero formati due Autografi de' canoni, tanto diverſi l' uno dall' altro? Se queſti ſi foſſero dovuti dare originalmente in Latino, ed in Greco, il Concilio avrebbe traſcelti i Padri più verſati nell' uno idioma, e nell' altro, i quali ne fabbricaſſero due conformiſſimi eſemplari, e quanto più perfetta foſſe la conformità degli eſemplari, che ci rimangono, tanto più forte ſarebbe la preſunzione, che la coſa foſſe paſſata così. Di fatti allorchè nel Sinodo Generale di Firenze ſi trattò di pubblicare la Difinizione famoſa in Latino, ed in Greco; noi riſappiamo dagli Atti del Giuſtiniani, che Padri ſcelti dell' una, e dell' altra Chieſa, la concertarono *parola per parola*, e che vi fù oſſervata, come doveaſi, la più ſcrupuloſa conformità. Così adunque ſarebbeſi fatto per i Canoni Sardicenſi: e quindi altro argomento riſulta, che la Greca ſia una pretta verſione, anche malconcia, ſecondo almeno ci è giunta. Che i Padri Greci ſe ne faceſſero ſubito traduzione per comodo privato, e delle loro Chieſe; è coſa che ogni ragione ci perſuade: ed in tal ſenſo mi ſembra debbanſi intendere le parole di Nicolò I, nella ſua lettera a *Fozio*, che incomincia: *Innumerabilium*: ove de' noſtri ragionando: *Non ſolum* (dic' egli) *a latinæ, verum etiam cum aliis a Græcæ linguæ hominibus ſtatuti ſunt, & promulgati; qua de re credibile non eſt, quod ibi definitum eſt,* unum-

illum corruptum eſſe, atque adulterinis mercibus ſuffarcinatum, tamque va-

---

unumquemquam ipſorum minime propria lingua tradidiſſe. Comunque ſia, ed in qualunque ſentenza; egli è certo per tutti, che l' eſemplare latino è autografo; che fu dal Concilio ſteſſo propoſto, e approvato; e che l' eſpreſſione Latina, è l' eſpreſſione del Concilio di Sardica. Or ciò anche ſolo, che niuno niega, nè può niegare da ſenno, ciò baſta al mio aſſunto. Il Greco teſto, qualunque ſiane l' autorità, è ſoggiacciuto all' ingiuria de' tempi: rariſſimi ſono gli eſemplari, che ſe ne ſono conſervati, e queſti ſteſſi guaſti, e corrotti, e preſi da una recente verſione di *Balſamone*, e *Zonara*, la quale fu inſerita nella citata Collezion Labbeana, con queſto titolo: *Græca INTERPRETATIO, quæ ex Zonara, & Balſamone hic repræſentatur, INQUINATISSIMA EST.* Del latino teſto, all' oppoſito, ſe ne ſono conſervate le più belle, le più eſatte copie in mille Collezioni vetuſte, in mille antichiſſimi Codici: in Latino hanno riferiti nelle loro Opere i Padri queſti Canoni Sardicenſi, in Latino gli hanno inſeriti gli Scrittori Eccleſiaſtici, ed i recenti Critici, e Canoniſti ne hanno purgata la lezione sù teſti Latini, ò ſcritti a penna, od impreſſi. E dopo nozioni sì chiare, e sì certe, non fà egli ſdegno il vedere nel più volte citato *Van-Eſpen*, e in altri, peſcate minutamente le variazioni del Greco, a ſolo fine d' imbrogliare le coſe, e confondere le eſpreſſioni chiare del Concilio di Sardica? Può ella porſi a fronte del teſto Latino la *DETURPATISSIMA* verſione di *Balſamone*, e *Zonara*, e pretenderſi di buona fede di preferirla capriccioſamente al Latino? Egli è bello il vedere in *Dupino* nella Diſſertazione contra le Appellazioni Romane, portati in due Colonne il Greco teſto, e il Latino, come due pezzi di eguale autorità, per ſaltare dall' uno all' altro, come torni più conto. Quelle Colonne erudite par che li moſtrino gli Eſapli di *Origene*, o la Storia Tripartita di *Caſſiodoro*: ma non ſono in fatti, che una macchina per gettar polvere ſu gli occhi de' Principianti, e deviarli da veder chiaro il ſenſo manifeſtiſſimo de' Canoni Sardicenſi. E poi coſtoro ſi chiamano illuſtratori de' Monumenti, e delle Controverſie Eccleſiaſtiche! Buono per la verità, che la ſteſſa Greca verſione, neppur eſſa gli favoriſce preſſo chi sà rilevare la frivolezza delle arguzie di quelli, che vi ſi appoggiano. Orsù: neppur eſſi niegano l' autenticità del teſto Latino, come dicemmo, e ſe ancor ciò faceſſero, il citato *Dioniſio* verrebbe per conto di eſſi nel proporci quivi a illuſtrare *Statuta Sardicenſis Concilii QUÆ LATINE SUNT EDITA.*

Aſſem. Bibl. Jur. Can. Or. L. I, cap. V, §. 81, pag. 110. Ad Sardicenſes Canones tranſitum facio. Eos Juſtellus, ut ſupra dixi, in Græco Codice ſerius deſcriptos, & ab antiquis Orientalibus haud receptos opinatur; excludendos proinde cenſet a primigenio Græco Canonum Codice, quem *UNIVERSÆ ECCLESÆ CODICEM* inſcripſit. Ut vero id aſſerat, eo potiſſimum argumento utitur, quod continuata Series titulorum, ſeu *Canonum* CLXV, quos Dionyſius Exiguus *ANICÆNIS AD CONSTANTINOPOLITANOS* uſque Canones in ſua *Græca auctoritate*, ſeu Græco Codice Canonum, deſcriptos notavit, proprium intermedium locum Sardicenſibus non reliquit. Hoc vero Juſtelli argumentum multis ex capitibus nutare oſtendunt Ballerinii fratres cap. VI, a num. II, ad IX. Et primo quidem pro certo pronunciari nequit, Sardicenſes Canones reipſa defuiſſe in eo Codice, qui continuata numerorum ſerie in Chalcedonenſi Concilio lectus fuit. Numeri enim, qui in eo Concilio allegati fuerunt, Antiochenos Canones non prætergrediuntur. Quis autem Juſtello dixerit, in eo Codice poſt Antiochenos non fuiſſe deſcriptos Canones *Sardicenſes*, qui poſt Antiochenam Synodum conditi fuere? Immo quum Græcus Codex Canonum non totus ſimul initio conditus fuerit, ſed ſenſim auctus non ſervato temporum ordine, eoſdem Sardicenſes Canones ſaltem poſt Laodicenos, aut Antiochenos, aut Conſtantinopolitanos in laudato Chalcedonenſi Codice non fuiſſe adjectos, nemo affirmare poterit; præſertim quum idem ipſe Dionyſius Exiguus illos Conſtantinopolitanis, & Chalcedonenſibus Canonibus ſubjunxerit. Quod ſi hi Canones etiam in ejuſmodi Codice per Chalcedonenſes Patres laudato prætermiſſi

miſſi fuiſſent, num dicendi ſunt in omnibus aliis exemplaribus Græcis defuiſſe, quæ ea continua numerorum ſerie carerent? Atqui vidimus ſupra, diverſos Canonum Codices in eadem Chalcedonenſi Synodo fuiſſe laudatos.

Alia inſuper argumenta ſuppetunt, quibus hos Canones Sardicenſes in Græcis Codicibus olim extitiſſe demonſtratur. Nam Auctor Latinæ Priſcæ Verſionis, qui Dionyſio Exiguo præceſſit, Codicem Græcum reperit, in quo *Sardicenſes* Canones inter Nicænos & Gangrenſes ponit. Eoſdem Johannes Scholaſticus, Dionyſii æqualis, in ſuo Græco Codice poſt Neocæſarienſes, & ante Gangrenſes collocat. Denique Patres Synodi Conſtantinopolitanæ ann. 382, in Epiſtola ad Damaſum Papam alioſque Occidentales Epiſcopos apud Theodoretum lib. 5 Hiſt. Eccl. cap. 9, ſub nomine Nicæni Concilii, Sardicenſem Canonem citant, in hæc verba: *De adminiſtratione autem ſingularum Eccleſiarum, cum vetus, uti noſtis, lex obtinuit; tum Sanctorum Patrum in Concilio Nicæno deciſio, ut videlicet ſingularum provinciarum Antiſtites una cum finitimis (modo ipſis ita viſum fuerit) Epiſcopis, ad Eccleſiarum commodum habeant ordinationes*. Duos hic Canones laudant: primum, *VETEREM*, ut vocant, *LEGEM*; hoc eſt, Canonem Nicæno priorem, Apoſtolicum nempe XIV, & XV, uti ſupra obſervatum eſt: alterum, *SARDICENSEM*, juxta Latinos *QUINTUM*, & juxta Græcos *SEXTUM*, ſicuti P. Harduinus monuit in hunc locum, & notatione ad ipſum Canonem Sardicenſem. Et P. Conſtantius Tom. I Epiſtolarum Romanorum Pontificum pag. 566: *Nicæni Concilii* (inquit) *Canone quarto ſancitur: Epiſcopum convenit maxime quidem ab omnibus qui ſunt in Provincia Epiſcopis ordinari: ſed de finitimis Epiſcopis, ubi placuerit, convocandis, nihil in eo habetur. Sardicenſis vero Canon quintus, ſeu ſecundum Græcos ſextus, quando quis debeat a vicinis provinciæ Epiſcopis ordinari, explicat. Ad quem Canonem ſi nunc reſpiciunt Orientales, dicendum erit, Sardicenſes Canones non modo in Occidente, ſed & in Oriente pro Nicænis fuiſſe habitos; adde, & in Codice ab his Patribus adhibito Nicænis fuiſſe ſubjectos*. Hoc tam antiquum Orientalium teſtimonium certam fidem facit, Sardicenſes Canones a Græcis etiam Orientalibus fuiſſe receptos, & ſuis Codicibus inſertos; eorumque auctoritate, non ſecus atque Apoſtolicorum Canonum, Orientis Eccleſias fuiſſe directas: unde ſtatim poſt recitata verba in eadem Epiſtola ſubjungitur: *Ex cujus Legis, & deciſionis præſcripto ſcitote, tum alias quoque Eccleſias apud nos adminiſtrari, tum illuſtriſſimarum Eccleſiarum delectos*.

Quid? quod in Allocutione Patrum Concilii Chalcedonenſis ad Marcianum Auguſtum inſigni elogio prædicata eſt, & pro authentica agnita Synodus Sardicenſis. Sic enim ajunt: *Ita & qui poſtmodum ubique adverſus varias hæreticorum congregati ſunt novitates, commune de fide decretum unanimiter ediderunt; ea quæ fraterno conſenſu probaverant, abſentibus evidentiſſime intimantes. Et illi quidem, qui apud Sardicam contra reliquias Arii convenerunt, Orientalibus dixerunt*, ἐν κοινῷ τῶν κοινῶν ἐξέθεντο *ſui conſtituta judicii*. Subjungunt: *Qui vero* ἐνταῦθα *in his partibus, Apollinaris detexerunt peſtilentiam, Occidentalibus proprium innotuere decretum: & illis quidem Oſius ad proferendam ſententiam præerat; horum autem Nectarius cum Gregorio tenuit principatum: ſic & apud Epheſum, id quod de Dei Genitrice judicatum eſt, ſcripto firmatum eſt. &c.* Quæ verba manifeſtum faciunt, a Patribus Chalcedonenſibus eo modo fuiſſe admiſſam Synodum Sardicenſem cum ſuis Canonibus, quo & Conſtantinopolitana & Epheſina Synodus receptæ fuerant.

Scio, Photium, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ invaſorem, a decimo Sardicenſi Canone damnatum, eo quod ex Laico ad Epiſcopatum convolarit, ut ſe ab eo crimine purgaret, ad Sedem Apoſtolicam ſcripſiſſe, Sardicenſes Canones non fuiſſe in uſu Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Verum idem ipſe Photius dum in Præfatione ad ſuum Nomocanonem, *Ex quibuſnam Synodis, & perſonis, quotque Canonibus præſens Liber ſit compoſitus, & collectus*, exponit, inter cæteros Canones etiam *Sardicenſes* diſertim commemorat his verbis: *Canones qui Sanctorum Apoſtolorum dicuntur, Clementis opera collecti*,

ſecti, *LXXXV. Synodi Nicænæ SS. Patrum Canones XX. Synodi Ancyranæ Canones XXV. Synodi Neocæſarienſis Canones XIV. Synodi Gangrenſis Canones XX. Synodi Antiochiæ in Syria Canones XXV. Synodi Laodiceæ Phrygiæ Canones LIX. Synodi Conſtantinopolitanæ Sanctorum Patrum CL, Canones VII. Synodi Epheſinæ Ss. Patrum CC, Canones VII. Ejuſdem Synodi Epiſtola ad Pamphiliæ Epiſcopos. Synodi Chalcedonenſis DCXXX Ss. Patrum, Canones XXVIII. Synodi Sardicenſis Canones XXI. Synodi Carthaginenſis Canones CXXXVIII.* Præterea Trullana Synodus, quam idem Photius his verbis in laudato Nomocanone citat, *Synodi* ſextæ Canones CII, Trullana, inquam, Synodus, Canone ſecundo eoſdem *SARDICENSES CANONES* una cum reliquis modo enumeratis probat, firmoſque ac ſtabiles manere præcipit: *Obſignamus*, inquiens, *etiam reliquos omnes Canones, qui a Sanctis & beatis noſtris Patribus expoſiti ſunt, ideſt, a trecentis decem & octo Sanctis ac Deiferis Patribus qui Nicææ convenerunt, iiſque qui Ancyræ, & iis etiam qui Neocæſareæ, ſimiliter & qui Gangris, præterea & iis, qui in Antiochia Syriæ, atque iis etiam qui in Laodicea Phrygiæ: præterea autem & centum quinquaginta Patribus qui in hac a Deo conſervanda & Imperiali civitate convenerunt, & ducentis qui in Epheſiorum Metropoli prius coacti ſunt; & ſexcentis triginta Sanctis & beatis Patribus qui Chalcedone ſimiliter, & iis qui Sardicæ, & qui Carthagine.*

Denique Johannes Scholaſticus adhuc Preſbyter, qui poſtea favore Juſtiniani Imperatoris in Sancti Eutychii dejecti locum Patriarcha Conſtantinopolitanus creatus eſt, collegit & toti ſuo Patriarchatui ſervandum præſcripſit novum Codicem Canonum, in quinquaginta titulos digeſtum, atque illi inter aliarum Synodorum probatos Canones, Sardicenſes expreſſe inſeruit in hæc verba: „ Quoniam igitur pro temporibus olim a diverſis ad diverſos, diverſiſque concordantes „ leges & Canones Eccleſiæ editi ſunt; (Decem enim, poſt Apoſtolos, magnæ Patrum celebratæ fuerunt Synodi, præterea „ etiam Baſilius Magnus de multis rebus Canones compoſuit.) idcirco non mirum ſi „ ſparſim ab ipſis, prout res quibuſque temporibus oriebantur exigerent, & non ordine quodam rerum velut in capita diſtributarum, Canones ſcripti ſunt: adeo ut propterea difficile admodum inventu & conquiſitu ſit id quod a nonnullis confertim „ de Canone requiritur. Propterea, quum „ gratia Domini & Dei & Servatoris noſtri „ Jeſu Chriſti ea quæ paſſim ab ipſis definita „ ſunt pro temporibus, in unum colligere „ magno ſtudio enixi fuerimus, eaque in titulos quinquaginta diſtribuerimus, non ordinem quemdam & ſeriem numerorum „ ſervavimus, primum ut ita dicam, & ſecundum, & tertium, & quartum, & quintum deinceps Canones conjungentes; ſed „ ſimilia ſimilibus, quantum fieri potuit, „ copulantes, & par pari capiti connectentes, „ facilem ſimul & laboris expertem omnibus, „ ut opinor, eorum quæ conquirunt, inventionem reddidimus. “ Mox ordinem Canonum, quibus uſus eſt, exponit, quæque ſunt decem Synodi poſt Apoſtolorum tempora congregatæ declarat, his verbis. „ Ordo Canonum. Sancti Domini Diſcipuli & „ Apoſtoli, LXXXV Canones, Clementis „ opera, ediderunt. Poſt hos vero, qui deinceps conſequuti ſunt, prout infra ſubjectum eſt. Sanctorum CCCXVIII Patrum „ Nicææ congregatorum, Conſulatu Paulini „ & Juliani clariſſimorum, anno ab Alexandro 606, (leg. 636.) menſis Dæſii 19 XIII „ Kal. Julii (leg. Junii) Canones XX. Beatorum Patrum Ancyræ congregatorum Canones XXV, qui quidem Nicænis Canonibus tempore priores, propter auctoritatem „ vero ſeu libertatem generalis Synodi, poſteriores ſunt. Sanctorum Patrum Neocæſareæ congregatorum Canones XIV. Ipſa „ etiam Synodus Nicæna quidem prior fuit, „ Ancyrana vero poſterior; honoris vero „ gratia, Nicæna ipſi præpoſita eſt. Patrum „ Sardicæ congregatorum poſt Nicænos Patres, „ Canones XXI. Patrum Gangris congregatorum, a quibus expoſiti ſunt Canones „ XX. Patrum Antiochiæ congregatorum, a „ quibus expoſiti ſunt Canones XXV. Patrum „ Laodiceæ Phrygiæ congregatorum, a quibus expoſiti ſunt Canones LIX. Patrum „ Conſtantinopoli congregatorum, a quibus „ ex-

variis formis exhibitum, (*l*), ut non ſecus ac ille Poetarum Proteus, modo animal, modo ignis, quandoque arbor, aut quid aliud videatur.

§. XI. Sed jam tempus eſt, ut Sardicenſe Concilium dimittamus, & Conſtantinopolitanos Patres conſulamus, interrogemusque, quid ii ſibi voluerunt, cum anno 381, can. 2, *Provinciæ* nomen uſurparunt. Lubet enim vero totum Canonem proferre. *Ne Epiſcopi ad Eccleſias, quæ ſunt ultra DIŒCESIM, ſuoſque limites, accedant, ſed ſecundum Canones, Alexandriæ quidem Epiſcopus Ægyptum ſolum regat, Orientis autem Epiſcopi Orientem ſolum adminiſtrent; ſervatis privilegiis, & præeminentiis, quæ ſunt in Nicæni Concilii canonibus, Antiochenæ Eccleſiæ; & Aſianæ Diœceſis Epiſcopi, quæ ſunt in ſola Aſiana adminiſtrent; & Thraciæ Epiſcopi Thraciam tantum regant; & Pontanæ Pontanam. Non vocati autem Epiſcopi ultra Diœceſim non tranſeant ad ordinationem, vel aliquam aliam adminiſtrationem Eccleſiarum. Servato autem præſcripto de Diœceſibus Canone, QUOD UNAMQUAMQUE PROVINCIAM PROVINCIÆ SYNODUS ADMINISTRA-*

„ expoſiti ſunt Canones VI. Patrum Epheſi „ congregatorum, a quibus expoſiti ſunt Canones VII. Patrum Chalcedone congregatorum, a quibus expoſiti ſunt Canones „ XXVII. Extant etiam Sancti Baſilii Ca„ nones LXVIII. " Itaque ante tempora hujus Johannis, nimirum ante annum Chr. 500, jam in uſu apud Orientales erant inter cæteros hic enumeratos, etiam Canones Sardicenſes.

Quamobrem Photio, ut ſupra, Canones Sardicenſes non fuiſſe in uſu Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſcribenti, reſpondit Nicolaus I Pontifex Epiſtola XI. *Quomodo penes vos non ſunt Canones Sardicenſes, quando inter quinquaginta Titulos, quibus concordia Canonum apud vos texitur, ipſi quoque repeiuntur?* Quinquaginta tituli ſunt Johannis Scholaſtici, quondam Presbyteri Antiocheni, deinde Patriarchæ Conſtantinopolitani, in quinquaginta titulos diviſa, & Sardicenſes etiam continens, Canonum collectio, qua Patriarchatus Conſtantinopolitanus fuit omnino ſemper uſus, uti conſtat Can. 2 Concilii Trullani, quod Concilium & apud Græcos magnæ fuit ſemper auctoritatis, & Photii tempora longe anteceſſit. Adde, quod alter etiam apud Orientales exſtiterat, & Johannis quidem collectione prior, Canonum Codex, de quo idem Johannes in præfatione poſt verba, quæ ſupra recitavimus hæc habet. *Quum non ipſi ſoli & primi inter cæteros ad hoc faciendum incitati fuerimus, ſed alios compererimus ea in Titulos ſexaginta diviſiſſe, ac neque Baſilii Canones cum aliis conjunxiſſe, neque res ſimiles ſimilibus, ut oportebat, velut ſub titulis compoſuiſſe, propterea quod multi de uno capite Canones reperirentur, & ea quæ ab omnibus de una re Canonibus conſtituta ſunt, deprehenſa eſſent difficilia; clariorem, quantum fieri potuit, nos ſimilium collatione & compoſitione Canonum, diviſionem facere contendimus: unaquaque præterea titulorum inſcriptione, eorum quæ proponuntur, vim optime declarante. Ipſe autem ordo Synodorum, quæ poſt Apoſtolos celebratæ ſunt, & quot unaquæque Canones edidit, quot vero Baſilius admirandus conſcripſit, ex iis quæ ſubjiciuntur, nullo negotio quærentibus innoteſcet.*

Ex quibus verbis liquido apparet, in eo Canonum Codice, qui ante Johannem Scholaſticum ab aliis compilatus fuerat, exceptis Baſilii Canonibus, reliquos Synodos ab ipſo Johanne laudatas cum Canonum ſuorum numero inſertas fuiſſe; Sardicenſem proinde Synodum in eodem Codice non defuiſſe.

(l) Vid. Boeh. Corp. J. E. pag. 207. Correctores Romani in hunc Canonem hæc habent: *Capitulum hoc, quomodo refertur a Gratiano, præcipue in priore parte, cum latino, quod geminum eſt in tomis Conciliorum, multoque minus cum Græco Canone convenit: quin etiam apud Burchardum & Ivonem varie legitur.*

STRABIT SECUNDUM EA, QUÆ FUERUNT NICÆÆ DEFINITA. Quæ in barbaris ſunt gentibus Dei Eccleſias adminiſtrare oportet ſecundum Patrum, quæ ſervanda eſt, conſuetudinem. Nemo non videt, verba illa, *ſervato præſcripto DE DIŒCESIBUS Canone, quod unamquamque PROVINCIAM PROVINCIÆ Synodus adminiſtrabit, ſecundum ea, quæ fuerant Nicææ definita*, non alias reſpicere provincias, quam Ægyptum, Orientem, Aſiam, Thraciam, & Pontum, quæ in majorum Diœceſeon numero habebantur; nec in Nicænis Canonibus ullius niſi de illis Diœceſibus, earumque Patriarchis habitus ſermo. (Vid. ſupra §. 2, 3, 4, 5.). Quid quod Canon hic Conſtantinopolitanus in Actione XVI Concilii Chalcedonenſis de Codice Ætii Archidiaconi à Conſtantino Conſiſtorii Secretario recitatus fuit hiſce verbis: *Epiſcopi ſuper DIŒCESIM non tranſcendant, neque confundant Eccleſias, ſed ſecundum Regulas Alexandriæ quidem Epiſcopus ea ſolum, quæ ſunt in Ægypto diſponat, Orientis autem Epiſcopi Orientem ſolum gubernent, ſervatis autem Primatibus ſecundum Canones Nicænos Antiochenæ Eccleſiæ. Et Epiſcopos Aſianæ DIŒCESIS Aſianam DIŒCESIM tantummodo gubernare, & Ponticos Ponticam, & Thraciæ Thraciam ſolam. Invocatos autem Epiſcopos ſuper Diœceſim vel pro ordinatione, vel pro aliis eccleſiaſticis ordinationibus, nullatenus advenire. SERVATA AUTEM SUPRASCRIPTA DE PROVINCIIS, VEL REGIONIBUS REGULA, manifeſtum eſt, quia ſecundum unamquamque Provinciam, ejuſdem Synodus Provinciæ gubernatus eſt ſecundum ea, quæ in Nicæa ſunt conſtituta &c.* Hic vides PROVINCIAM & DIŒCESIM promiſcue ſumi, & ubi Dionyſii Exigui Codex habet, *ſervato præſcripto de DIŒCESIBUS Canone*, in Ætiano Codice legi, *ſervata preſcripta de PROVINCIIS Regula*.

§. XII. Quapropter hoc maneat, nomen *Metropolitani*, & *Synodi Provincialis* uſque ad Concilium Œcumenicum II, Sæculo IV exeunte habitum, Patriarchis, Patriarchalibuſque Synodis conſtitiſſe, nec niſi poſt hæc tempora minorum gentium Epiſcopos minorumque Provinciarum Synodos eo nomine dignatas paſſim fuiſſe.

QU. III.

Cedo tempus, quo METROPOLITANI nomen a Diœceſeon Exarchis ad Provinciarum Præſides gradum fecit.

§. I. HActenus in quatuor priorum Sæculorum Conciliis ſpatiati ſumus. Pergamus porro, & ad Sæculi Quinti Canones rem deferamus. Ac mihi quidem in Chalcedonenſis Concilii ſpatiis deambulanti ſtatim occurrunt Canones IX, XII, XVII, XIX, XXV, XXVIII, qui de Metropolitanis agunt, quique in eam me perpellunt ſententiam; ut credam tunc temporis *Metropolitani* nomen ab Diœceſeon Exarchis ad Provinciarum Præſides jam deveniſſe.

Canon IX. *Si quis Clericus habet cum Clerico litem, aut negotium, proprium Epiſcopum ne relinquat, & ad Sæcularia Judicia ne excurrat, ſed cauſam prius apud proprium Epiſcopum agat, vel de Epiſcopi ſententia apud eos, quos utraque pars elegerit, judicium agitetur. Si quis autem præter hæc fecerit; Canonicis pœnis ſubjiciatur. Si Clericus autem cum proprio Epiſcopo, vel etiam alio Epiſcopo negotium, aut litem habeat, a PROVINCIÆ SYNODO judicetur. Sin autem cum ipſius PROVINCIÆ METROPOLITANO, Epiſcopus vel clericus controverſiam habeat, DIŒCESIS EXARCHUM adeat, & apud eum litiget.* In hoc Canone Epiſcopus Provinciæ Præſes a Diœceſeos Primate diſertis, ac perſpicuis verbis diſtinguitur, atque hic *Exarchi*, ille *Metropolitani* vocabulo deſignatur.

Canon XII. *Pervenit ad nos, quod quidam, cum præter ritus Eccleſiaſticos ad Potentatus acceſſiſſent, per Pragmaticas unam Provinciam in duas diviſerunt, ut ex eo eſſent duo METROPOLITANI in eadem Provincia. Statuit ergo Sancta Synodus, ne Epiſcopus deinceps tale quid audeat, quonam is, qui hoc aggreditur, a ſuo gradu excidit. Quæcumque autem Civitates per litteras imperatorias METROPOLIS nomine honoratæ ſunt, ſolo honore fruantur, & qui ejus Eccleſiam adminiſtrat Epiſcopus, ſervato ſcilicet veræ Metropoli ſuo jure.* Lis (*a*), cui componendæ conditus fuit hic Canon, orta erat inter Pho-

(a) Berard. in Gratian. Can. Part. I, cap. XXII, pag. 234, edit. Venet. 1777. Hujus rei definiendæ occaſio fuit acerrima controverſia, quæ interceſſit inter Photium Tyri, & Euſthatium Beryti Epiſcopos, in actione 4 Concilii Chalcedonenſis acri utriuſque partis ſtudio diſcuſſa. Erat olim Tyrus Phœniciæ Metropolis, cui inter cæteras Urbes ſubjecta erat Berytus, proinde tamquam ſuo Metropolitæ Photio ſubjectus erat Euſthatius, qui

Photium Tyrium, & Euſthatium Berytenſem de Metropolitico jure inter ſe dimicantes, qui licet ambo Antiocheno Patriarchæ parerent, ſingulique non pluribus, ſed ſingulis minoribus Provinciis præſſent, aut præeſſe vellent, tamen *Metropolitani* nomine dignantur. Canon XVII, exeodem ac memorati Canones IX, XII, luto, ac cœno efficti eandem etiam verborum præ ſe ferunt ſignificationem.

Canon XIX. *Pervenit ad aures noſtras, quod in Provinciis Canonibus conſtitutæ Epiſcoporum Synodi non fiant, & ex eo multa Eccleſiaſtica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergo Sancta Synodus ſecundum ſanctorum Patrum canones, ut bis in anno eumdem in locum conveniant uniuſcujuſque Provinciæ Epiſcopi, ut METROPOLITANUS melius eſſe perſpexerit, & ſingula emergentia corrigant. Epiſcopi autem, qui non conveniunt, ſi in eadem Metropoli verſentur, atque adeo ſani ſint, & ab omni inexcuſabili, & neceſſario negotio liberi, fraterne reprehendatur.* Hic canon recoquit ea, quæ a Canone V Nicæno incocta jam fuerant,

---

qui cum ægre ferret ſe ſub illo Metropolita conſiſtere, curavit ſe ſe ab eodem eximi hac ratione.

Idem *ibid.* Euſthatius precibus ab Imperatore Theodoſio impetraverat, ut Phœniciæ Provincia divideretur in duas, ut reſervata una parte Epiſcopo Tyri, pars altera ſibi adjudicaretur, ut & ipſe pari Metropolitæ jure, & honore frueretur. Annuerat Theodoſius, quod tamen non æquo animo Photius tulit, qui poſtea ad Marcianum Imperatorem ſcribens poſtulavit hanc diviſionem Provinciæ revocari, utpote quæ dolo & fraude Euſthatii facta fuiſſet. Marcianus prudentiſſimus æque, ac piiſſimus Princeps cauſam hanc ad Concilium potius dirimendam detulit, volens, ut ea non juxta pragmaticas, ſive Principales Provinciarum diviſiones, ſed potius juxta ſacros canones definiretur, uti refertur in actione 4 Concilii Chalcedonenſis. Recitatus fuit in Concilio canon quartus Nicænus, cujus vi adverſus Euſthatium pronunciatum eſt, reſtitutaque omnia jura Photii Tyrenſis, ita ut Euſthatius nihil amplius juris haberet, quam cæteris Phœniciæ ſuffraganeis competeret. En brevi perſtrictam dicti canonis Chalcedonenſis cauſam, & originem, ex qua nunc facile dignoſcitur ejuſdem ſententia. Obviam ibidem itum eſt quorundam Antiſtitum ambitioni, qui ſuo Metropolitæ morem gerere, aut obedire detrectantes per dolum a Principe obtinuerant diviſionem Provinciæ. Quamobrem prohibitum eſt, ne quis ulterius ſimile quidpiam moliretur; pœna depoſitionis indicta. Hucuſque itaque dictus canon duodecimus a mente Chalcedonenſium Patrum minime diſtat, ſed potius cum eadem conſonat. Quid vero dicendum eſt de poſtremis canonis verbis, in quibus ea clauſula legitur, ut quæ Metropoles antea eo modo conſtitutæ fuiſſent, adhuc tamen honorem Metropoleos haberent, ſalvis juribus veræ Metropoleos, ideſt ut diſpenſatione quadam earum Epiſcopi adhuc Metropolitarum nomine appellarentur? Ego arbitror clauſulam hanc fuiſſe de induſtria ab Anatolio adjectam, ut faveret Euſthatio (cui ſententia Concilii Chalcedonenſis nimis diſplicuerat) ad eum finem, ut eundem Euſthatium in defendendis Conſtantinopolitanæ Sedis privilegiis aſſertorem haberet, eo vel magis quod ipſe Anatolius, quemadmodum hiſtorici referunt, curaverat apud Imperatorem, ut Euſthatius Metropolitæ ſui poteſtatem evaderet; ideoque non eſt veroſimile Anatolium diſſoluto Chalcedonenſi Concilio in canones referre voluiſſe Chalcedonenſis Concilii ſententiam actione 4 pronunciatam, quin adjecta clauſula attemperaret, qua adhuc honorem quemdam Euſthatio concedi debere teſtaretur. Perſpicua eſt hæc Anatolii adjectio; nam in actione 4 Concilii Chalcedonenſis, in qua cauſa Euſthatii plene diſcuſſa eſt, atque abſoluta, nihil hujuſmodi legitur, nihil honoris ſingularis Euſthatio reſervatum, nihil peculiariter conſtitutum de retinendo Metropolitæ nomine, aut ſimilibus.

rant, nec quidquam novi nobis affert; præter vocabulum *METROPOLITANI*, quod ad indicandos Provincialium Synodorum Præſides ſuis temporibus nondum aptum Nicæni minime uſurparant.

Canon XXV. *Quoniam nonnulli METROPOLITANI, ut ſæpe a nobis auditum eſt & greges ſibi commiſſos negligunt, & Epiſcoporum ordinationes differunt, Sanctæ Synodo placuit, ut intra tres menſes Epiſcoporum ordinationes fiant, niſi inexorabilis utique neceſſitas effecerit, ut dilationis tempus prorogetur. Si autem hoc non fecerint, eos Eccleſiaſticæ Cenſuræ ſubjici. Viduæ vero Eccleſiæ redditum apud Eccleſiæ Œconomum ſalvum cuſtodiri.* Non de majorum, ſed de minorum gentium Metropolitanis ſermonem hic haberi ſuadent ea, quæ in hoc ſequenti canone decernuntur.

Canon XXVIII. *Ponticæ, Aſianæ, & Thraciæ Diœceſis METROPOLITANI ſoli, præterea Epiſcopi Diœceſium Barbaricarum a Throno Sanctiſſimæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ordinentur: unoquoque ſcilicet prædictarum Diœceſium METROPOLITANO cum Provinciæ Epiſcopis Provinciæ Epiſcopos ordinante, quemadmodum divinis Canonibus eſt Traditum.* Sciendum eſt, Epiſcoporum Ordinationes olim unorum Patriarcharum proprias ab Metropolitis temporum tractu ſenſim, pedetentimque arreptas fuiſſe, uti Sæculo V ineunte querebatur S. Innocentius I in Epiſtola ad Epiſcopum Antiochenum data, qui eas ſuis priſtinis dominis reſtituere nitens hæc illi ſcripſit. *Itaque arbitramur, Frater Cariſſime, ut ſicuti Metropolitanos auctoritate ordinas ſingulari, ſic & cæteros non ſine permiſſu, conſcientiaque tua ſinas Epiſcopos procreari.* Hæ primum a Meletianis ante Concilium Nicænum obſeſſæ, ſed a Nicænis Patribus defenſæ, rurſus ab Metropolitis occupatæ fuerunt, ac tamdiu poſtea retentæ, ac poſſeſſæ, ut in Concilio Chalcedonenſi de Epiſcoporum Ordinatione tamquam de re Metropolitarum propria actum jam fuerit, atque ipſi veteres Canones novæ diſciplinæ inſervire juſſi.

§. II. Quamquam hi, quos attulimus, Canones (*b*) non ſint veri,

ac

(b) Anaſtaſius Bibliotecarius in præfat. ad Octavam Synodum. „ Siquidem in Quartæ Synodi quibuſdam Codicibus quoddam „ de Privilegiis Conſtantinopoleos oſtenduит „ Capitulum, quod inter Canones ejuſdem „ Synodi ab univerſa Eccleſia veneratos, nec „ Latinitas, nec alia lingua ſub ſole recipere „ comprobatur. Quodque licet ab Anatolio „ & Imperatore, vel eorum fautoribus „ poſt omnia geſta Synodi, & prolatos Canones, „ in abſentia Romanorum Loci ſervatorum „ clam deprompτum extiterit; mox „ tamen ibi ipſum ab eiſdem loci ſervatoribus „ eſt repulſum, & a Sede Apoſtolica, „ quæ, ut eadem Synodus fieret, ſola decrevit, „ ſolaque jus habuit eos recipiendi, quos „ Synodica decreta protulerant, non ſolum „ non admiſit, verum etiam continuo reſpuit, „ quodque Anatolius, vel Imperator, quia „ ut firmaretur a Sede Apoſtolica, cui tunc „ magnus Leo præſidebat, impetrare non potuit, „ in ejus poſitum poteſtate confeſſus „ eſt. „

Nemo neſcit, a S. Sede Apoſtolica Canones Conſtantinopolitanos & Chalcedonenſes in ea parte, uſque ad Innocentii III Papæ tempora, fuiſſe diſertim rejectos, qua Primatus Conſtantinopolitano Patriarchæ præ Alexandrino & Antiocheno deferebatur. Et de Canone quidem Conſtantinopolitano, qui in hæc verba a Græcis clam Romana Sede editus fuerat: *Conſtantinopolitanæ civitatis Epiſcopum habere oportet primatus honorem poſt Romanum Epiſcopum, propterea quod ſit nova Roma*; ad Synodum Chalcedonenſem Act. 16 ita pronunciavit Lucen-

tius

ac legitimi Concilii Chalcedonenſis fœtus, nec a Patribus Chalcedonenſibus editi, ſed furtivi Anatolii partus, atque ex dolo, fraude, menda-
ciiſque

---

tius Eſculanus Epiſcopus, & Sedis Apoſtolicæ Legatus. *In Synodicis Canonibus non habetur*: & Sanctus Leo Pontifex Epiſt. 53 ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum: *Perſuaſioni tuæ in nullo penitus ſuffragatur quorumdam Epiſcoporum ante ſexaginta, ut jactas, annos facta ſubſcriptio, numquamque a Prædeceſſoribus tuis ad Apoſtolicæ Sedis transmiſſa notitiam, cui ab initio ſuæ caducæ dudumque collapſæ, ſera nunc & inutilia ſubjicere fomenta voluit*. Et Epiſt. LV ad Pulcheriam Auguſtam: *Superbum nimis eſt & immoderatum, ut venerabilium Patrum Nicænorum decreta ſolvantur, quorumdam Epiſcoporum proferre conſenſum, cui tot annorum ſeries negavit effectum. Nam ſexageſimus fere annus hujus jactantiæ eſſe jactatur*. Ex quibus liquet, Conſtantinopolitanum Canonem, de quo agitur, a Damaſo Pontifice non ſolum non fuiſſe confirmatum, ſed & nunquam ipſi, aut ejus ſucceſſoribus relatum. Canon vero Chalcedonenſis ulterius progreditur, & longeabſurdior eſt, quam Conſtantinopolitanus: ſic enim habet: *Sanctorum Patrum decreta ubique ſequentes, & Canonem qui nuper lectus eſt, centum & quinquaginta Dei amantiſſimorum Epiſcoporum agnoſcentes, eadem quoque & nos decernimus ac ſtatuimus de privilegiis Sanctiſſimæ Eccleſiæ Conſtantinopolis novæ Romæ. Etenim antiquæ Romæ throno, quod urbs illa imperaret jure Patres Privilegia tribuerunt. Et eadem conſideratione moti centum quinquaginta Dei amantiſſimi Epiſcopi ſanctiſſimo novæ Romæ Throno, æqualia Privilegia tribuerunt, recte judicantes, urbem, quæ & imperio & Senatu bonorata ſit, & æqualibus cum antiquiſſima Regina Roma Privilegiis fruatur, etiam in rebus Eccleſiaſticis non ſecus ac illam extolli, & magnifieri, ſecundum poſt illam exiſtentem: ut & Ponticæ, & Aſianæ, & Thraciæ Diœceſis Metropolitani ſoli, præterea Epiſcopi prædictarum Diœceſeon, quæ ſunt inter Barbaros, a prædicto Throno Sanctiſſimæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ordinentur: unoquoque ſcilicet prædictarum Diœceſeon Metropolitano cum Provinciæ Epiſcopis Provinciæ Epiſcopos ordinante, quemadmodum Divinis Canonibus eſt traditum; ordinari autem, ſicut dictum eſt, prædictarum Diœceſeon Metropolitanos a Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, convenientibus de more factis electionibus, & ad ipſum relatis*.

Hunc Canonem jure merito ſemper damnavit Romana Eccleſia, & adverſum eum in litteris ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, ejus auctorem ambitioſum atque impetratorem, ad Marcianum Auguſtum Auguſtamque Pulcheriam, ejus confirmationem poſtulantes, nec non ad Maximum Antiochenum Patriarcham qui in ipſum videtur conſenſiſſe, potentiſſime ſcribit S. Leo magnus Epiſt. 53, 54, 55, 62. Eſſe dicit Canonem ambitioſum, Nicænis Canonibus, qui in Spiritu Dei conditi & totius mundi reverentia conſecrati, ſolvi non poſſunt, adverſum, Alexandrino & Antiocheno Patriarchis, ac tribus Autocephalis Primatibus injurioſum; totius Eccleſiaſticæ per Apoſtolos conſtitutæ Hierarchiæ everſivum: per eum calcari antiquitatem, Eccleſiarum Privilegia, ordinationum Epiſcopalium jura, quietem omnium provinciarum. *Beatus Papa Leo* (ſcribit ad Dardaniæ Epiſcopos Sanctus Pontifex Gelaſius Epiſt. 19.) *cujus Synodus Chalcedonenſis auctoritate firmata eſt, quidquid ultra quam ab eodem pro fide & communione Catbolica atque Apoſtolica illic agendum conſtaret eſſe delegatum, per occaſionem congregationis illius præter Nicænos Canones, nova videretur eſſe Actione tentatum, competenti refutatione vacuavit*.

Chriſtianus Lupus, vir eximius, in Scholiis & notis ad Canones Chalcedonenſes, plura vitia in eo Canone notat, utpote fœdo undequaque & maculoſo variis erroribus. Primo enim (inquit) perperam ſe fundat in Canone Synodi Conſtantinopolitanæ. Quid vero de illo Canone Sanctus Damaſus, quid Sanctus Leo, quid alii Romani Pontifices, quid Latina Eccleſia, quid Ægyptiaca Diœceſis, quid Dioſcorus Alexandrinus Epiſco-
pus,

ciiſque toti conficti, tamen ſi non ad rerum veritatem, ad verborum ſaltem proprietatem eruendam maximo nobis uſui eſſe poſſunt. Quare cum omni-

bus

---

pus, quid de illo ſenſerit quandoque ipſe Anatolius, idem Lupus ſupra oſtendit in not. ad can. 3 Conſtantinopolitanum.

Secundo, falſum eſt, quod Throno antiquæ Romæ, Patres ſive Canones tribuerint Primatus Privilegia. Etenim adverſum hæc ſomnia in litteris ad Orientales Epiſcopos Sanctus Gelaſius Papa diſerte dicit Epiſt. 42. *Romanæ Cathedræ Privilegia eſſe Chriſti conſtituta*. Et Nicolaus I Pontifex: *Privilegia ſua* (inquit) *per Petrum a Chriſto conſecuta eſt Romana Eccleſia. Eccleſiæ, inquam, Romanæ adeo ſunt antiqua & veterata Privilegia, ut Nicæna Synodus, ſicut Bonifacius Præſul Apoſtolicus Epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens ait, non aliquid ſupra eam auſa ſit conſtituere, quum videret, nihil ſupra meritum ſuum poſſe conferri; omnia denique huic noverat Domini ſermone conceſſa.* Et Sancti Gelaſii Pontificis prima Romana Synodus: *Sancta Romana, Catholica & Apoſtolica Eccleſia, nullis Synodicis conſtitutis prælata eſt cæteris Eccleſiis, ſed Evangelica voce Domini & Salvatoris noſtri, Primatum obtinuit.*

Tertius Canonis error eſt in hiſce verbis: *Sanctiſſimo novæ Romæ Throno æqualia Privilegia tribuerunt*. Etenim tertius Canon Conſtantinopolitanus, Conſtantinopolitanam Cathedram Romanæ nequaquam æquavit, ſed Alexandrinæ & Antiochenæ ſolummodo prætulit, faciens totius Eccleſiæ ſecundam hiſce lucidiſſimis verbis: *Conſtantinopolitanæ civitatis Epiſcopus habeat privilegia honoris poſt Romanum Pontificem:* & Marcianus Auguſtus in litteris, quibus a S. Leone Papa poſtulavit præſentis Chalcedonenſis Canonis confirmationem: *Et hoc ſtatutum eſt* (inquit) *ut poſt Sedem Apoſtolicam, Conſtantinopolitanæ Urbis Antiſtes ſecundum obtineat locum*. Quod ipſum dicit hæc ipſa Synodus in Relatione ad laudatum Leonem Pontificem: & Juſtinianus Auguſtus in Novella 131 ad Petrum Præfectum Prætoriorum: ipſe denique præſens Canon ſibi ipſi adverſatur, dum in fine Canonis de Conſtantinopolitana Eccleſia dicit: *Secundam poſt illum exiſtentem*.

Quartus Canonis error eſt in hiſce verbis de Roma antiqua: *Quod urbs illa imperaret*: & de Roma nova: *Recte judicantes urbem quæ imperio honorata & æqualibus Privilegiis fruitur, etiam in rebus Eccleſiaſticis non ſecus ac illam extolli*. Ajunt Privilegia Epiſcopalia Imperialibus tamquam radici & fundamento cohærere indivulſa. Reſpondet vero Epiſt. 54 ad Marcianum Auguſtum S. Leo Papa: *Alia ratio eſt rerum ſæcularium, alia divinarum*. Et S. Gelaſius Epiſt. 13 ad Epiſcopos Dardaniæ: *Riſimus, quod Prærogativam volunt Acacio comparari, quia Epiſcopus fuerit Regiæ civitatis. Numquid apud Ravennam, Mediolanum, Sirmium, Treviros, multis temporibus non conſtitit Imperator? Alia poteſtas eſt Regni Sæcularis, aliæ Eccleſiaſticarum diſtributio dignatum. Sicut enim quamvis parva civitas prærogativam præſentis Regni non minuit, ſic Imperialis præſentia menſuram diſpenſationis Religioſæ non mutat*. Et Nicolaus I. Epiſt. 70 ad Epiſcopos Gallicanos de Photio Sedis Conſtantinopolitanæ invaſore ac univerſæ Eccleſiæ turbatore: *Gloriatur, & perhibet, quando de Romana urbe Imperatores Conſtantinopolim ſunt translati, tunc & Primatum Romanæ Sedis ad Conſtantinopolitanam Eccleſiam transmigraſſe, & cum dignitatibus Regiis etiam Romanæ Eccleſiæ privilegia translata fuiſſe, ita ut ejuſdem Eccleſiæ invaſor Photius ſe in ſcriptis ſuis Archiepiſcopum atque Patriarcham univerſalem appellet*.

Quintus Canonis exceſſus eſt in hiſce verbis: *Ponticæ & Aſianæ & Thraciæ Diœceſeos Metropolitani ſoli a Throno Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ordinentur, convenientibus de more factis Electionibus, & ad ipſam relatis*. Ea reſpicit S. Leo Epiſt. 53 ad Anatolium: *Omnes* (trium iſtarum Diœceſeon) *Metropolitani Epiſcopi honore privantur*. Et Epiſt. 55 ad Pulcheriam Auguſtam: *Superbum nimis eſt, & immoderatum, ultra fines proprios tendere, & antiquitate cal-*

cata,

bus hiſce Canonibus vocabulum METROPOLITANI non aliam, quam *minoris Provinciæ* Antiſtitis interpretationem pati poſſit, dicendum eſt, tempori-

tata, alienum jus velle præripere, atque ut unius creſcat dignitas, tot Metropolitanorum impugnare Primatus, quietiſque Provinciis & olim Sanctæ Synodi moderatione diſpoſitis, bellum novæ perturbationis inferre. Et Epiſt. 54 ad Marcianum Auguſtum: *Non convellantur Provincialium jura Primatum, nec privilegiis antiquitus inſtitutis, Metropolitani fraudentur Antiſtites.* Etenim ſecundum Apoſtolicos, Nicænos, & Conſtantinopolitanos Canones, trium Diœceſeon Primates, tamquam Autocephali a propria Synodo, ab ipſis autem ordinari debent ſubjecti omnes Antiſtites: atque ita ambos Canon affecit inſigni injuria.

Sextus Canonis error eſt in hiſce verbis: *Soli Metropolitani*: & in his: *Unoquoque prædictarum Diœceſeon Metropolitanorum Provinciæ Epiſcopis, Provinciæ Epiſcopos ordinante, quemadmodum divinis Canonibus eſt traditum.* Etenim Sextus Canon Nicænus ait, non ſolos Metropolitas, ſed & Provinciales Epiſcopos, a Patriarcha, aut Primate ordinandos: vicinos a propria ejus manu, remotos ad ejus litteras ſeu præviam confirmationem.

Accedit ad declaranda hujuſce Chalcedonenſis Canonis vitia, quod Sanctus Leo Papa in litteris ad Marcianum Auguſtum dicit, ſuos in Fidei tamquam negotio Legatos fuiſſe convocatos, nullum de hoc Canone habuiſſe mandatum, adeoque nullam poteſtatem. Hinc de iiſdem Legatis in ipſa Synodo Act. 16 ad glorioſiſſimos Judices, dixit Aetius Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Archidiaconus: *Rogavimus Dominos Epiſcopos de Roma, ut communicarent iis geſtis: refutaverunt, dicentes, talia ſe non ſuſcepiſſe mandata.* Quumque de eodem ipſo Canone ad laudatos Legatos dixiſſet idem Aetius: *Si de hoc Capitulo aliquod mandatum acceperint, proferant.* Reſpondit Bonifacius Romanæ Eccleſiæ Presbyter ac Legatus: *Beatiſſimus & Apoſtolicus Papa inter cætera hoc nobis mandavit*: recitavitque mandatum, ex chartula: *Sanctorum quoque Patrum conſtitutionem prolatam nulla patiamini temeritate violari vel imminui, ſervantes omnimodis perſonæ noſtræ in vobis, quos vice noſtra tranſmiſimus, dignitatem.... Ac ſi qui forte civitatum ſplendore confiſi, aliquid ſibi tentaverint uſurpare, hoc qua dignum eſt conſtantia retundatis.* Ea Patrum conſtitutio erat Sextus Canon Nicænus, mox a Paſchaſino Lilybetano Epiſcopo & Romano Legato recitatus. Hunc Græcorum Epiſcoporum morem peſſimum (inquit Lupus) ac intolerabilem ambitum, variaſque Epiſcoporum hucuſque Conſtantinopolitanorum artes & machinas, Sanctus Leo Pontifex norat, ideoque mandato rigidiſſimo voluit eis omnem portam occludere. Quamobrem quum Aetius Archidiaconus denuo per conſuetudinem tentaſſet irrepere. *Conſuetudo eſt in Synodis, poſtquam ea, quæ ſunt omnium præcipua, fuerint definita, & alia quædam neceſſaria exerceri, atque firmari*; interceſſit Lucentius Legatus, dicens ad glorioſiſſimos Judices: *Sedes Apoſtolica nobis præſentibus humiliari non debet: & ideo quæcumque in præjudicium Canonum vel Regularum heſterna die geſta ſunt nobis abſentibus, petimus ſublimitatem veſtram, ut circumduci habeatis; ſin alias, contradictio noſtra his geſtis inhæreat, ut noverimus, quid Apoſtolico viro Univerſalis Eccleſiæ Papæ referre debeamus, ut ipſe aut de ſuæ Sedis injuria, aut de Canonum everſione poſſit ferre ſententiam.*

Denique adverſus hunc Chalcedonenſem & alterum Conſtantinopolitanum Canonem, quibus Conſtantinopolitano Antiſtiti ſecunda ſaltem poſt Romanum Pontificem Sedes decernitur, ſunt longe plurima Romanorum Pontificum teſtimonia, & vetuſta & recentiora. Nam a Bulgaris S. Nicolaus primus Pontifex, & a Monachis Caſſinenſibus rogatus Patriarcharum Ordinem Sanctus Petrus Damiani, ſecundum Eccleſiæ thronum dicunt Alexandrino, tertium Antiocheno Patriarchæ per Canones adſcriptum. Quod vero in Octava Synodo Sanctus Ignatius, in Septima Taraſius, in Sexta Georgius, in Quinta Eutychius, in Quarta Anatolius Conſtantinopolitanus, locum Secundum poſt Romanæ Sedis Legatos habuerint, factum eſt, ut in Breviario Neſtorianæ & Eutychianæ hæreſis notat Libera-

poribus Concilii Chalcedonenſis, ſeu Sæculo V medio, eam hujuſce verbi fuiſſe proprietatem, ut non amplius Diœceſeos Exarchum, ut Nicæni, Antioche-

---

Liberatus Diaconus Carthaginenſis, ab violenta voluntate Græcorum Imperatorum, ex ambitu Præſulum Byzantinorum, ex adulatione Antiſtitum Orientalium, ex diſpenſatoria diſſimulatione Legatorum Apoſtolicorum. Aliter tandem in Synodo Lateranenſi cap. 5 ſtatuit Innocentius tertius, poſtquam Conſtantinopolitanam Sedem Latinus Præſul occupavit. *Antiqua Patriarchalium Sedium Privilegia renovantes, Sacra Univerſali Synodo approbante, ſancimus, ut poſt Romanam Eccleſiam, quæ diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineat, ſervata cuilibet propria dignitate*. Idipſum denique in Concilii Florentini decreto confirmatum fuit, in hæc verba. *Renovantes inſuper ordinem traditum in Canonibus, cæterorum venerabilium Patriarcharum, ut Patriarcha Conſtantinopolitanus ſecundus ſit poſt Sanctiſſimum Romanum Pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus & quintus Hieroſolymitanus; ſalvis videlicet Privilegiis omnibus & juribus eorum*.

Non ſine ratione, in utroque Œcumenico Concilio, Lateranenſi, & Florentino, poſt traditum quatuor Orientalium Patriarcharum ordinem additur, *Servata cuilibet propria dignitate, ſalvis Privilegiis omnibus & juribus eorum*. His quippe verbis tacite reprehenditur Conſtantinopolitani Patriarchæ ambitio, qui non contentus, primum ſibi ante tres alios Patriarchas uſurpaſſe locum, extraordinariam quoque per totius Orientis provincias poteſtatem a Chalcedonenſis Concilii Patribus (reclamante Romana Sede) extorſit. Sic enim habet Canon IX Concili Chalcedonenſis: *Si quis Clericus adverſus Clericum habet negotium, non deſerat proprium Epiſcopum, & ad ſæcularia percurrat judicia, ſed prius actio ventiletur apud Epiſcopum proprium, vel certe conſilio ejuſdem Epiſcopi apud quos utræque partes voluerint, judicium obtinebunt. Si quis autem præter hæc fecerit, Canonicis correptionibus ſubjacebit. Quod ſi Clericus habet cauſam adverſus Epiſcopum proprium, vel adverſus alterum, apud Synodum Provinciæ judicetur. Quod ſi adverſus ejuſdem Provinciæ Metropolitanum Epiſcopus vel Clericus habeat querelam, petat aut Primatem Diœceſeos, aut Sedem Regiæ urbis Conſtantinopolitanæ, & apud ipſum judicetur*. Vult itaque Canon Clericum in prima inſtantia conveniendum coram Epiſcopo, Epiſcopum coram Metropolita, in Provinciæ Synodo, Metropolitam coram Diœceſeos Primate, aut Patriarcha Conſtantinopolitano; eiuſdemque gradibus fieri Appellationes, nempe ab Epiſcopo ad Metropolitæ Synodum, ab illa ad Primatem, aut Patriarcham Conſtantinopolitanum. Ita & Canon 17. *Quod ſi quiſquam a ſuo Metropolitano læditur, apud Primatem Diœceſeos, aut apud Sanctam Conſtantinopolitanam Sedem judicetur, ſicut ſuperius dictum eſt*. Nicolaus Pontifex Epiſt. 8 ad Michaelem Auguſtum, per *Primatem Diœceſeos* ait intelligi *Romanum Pontificem*. *Quem*, inquit, *Primatem Diœceſeos dixerit Sancta Synodus, præter Apoſtoli primi Vicarium nullus intelligitur: ipſe eſt enim Primas, qui & primus habetur & ſummus*. Et addit: *In Canone hic tenor obſervandus eſt, ut ſi videlicet Clericus aut Epiſcopus adverſus Metropolitanum habet querelam, & tanta urgetur neceſſitate, vel ſi hoc grave non ferat, ubicumque ſit poſitus, Primatem Diœceſeos petat; quod ſi juxta Conſtantinopolitanam urbem quiſquam eorum conſtitutus ſit, & ſolius Præſulis ejus judicio velit eſſe contentus, petat eamdem Regiam urbem. Cum enim dixiſſet, PETAT PRIMATEM DIŒCESEOS, præceptum ponit eadem Sancta Synodus, regulamque conſtituit; cum vero disjunctiva oratione addidiſſet, AUT SEDEM REGIÆ URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ, liquet profecto, quia hoc ſecundum permiſſionem indulſit*.

Videtur Sanctus Pontifex Nicolaus expoſitionem hujuſmodi ex ſpuriis antiquorum Ponti-

cheni, & Conſtantinopolitani Concilii temporibus, ſed unius Provinciæ Præſidem ſignificaret. Nemo igitur non videt, eo tempore, quod interceſſit

---

uſicum decretalibus Epiſtolis, ab Iſidoro Mercatore editis, deſumſiſſe, vel ſaltem ad illas alluſiſſe. Sic enim ait Anicetus Pontifex in ſuppoſititio decreto, Epiſt. I, cap. 3. *Si quis Epiſcoporum proprium Metropolitam ſuſpectum habeat, apud Primatem Diœceſeos, aut apud hanc Sedem Apoſtolicam audiatur*. Et Victor Pontifex Epiſt. I, cap. 5. *Si quis putaverit ſe a proprio Metropolitano gravari, apud Patriacham, vel Primatem Diœceſeos, vel apud univerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ Sedem judicetur*. *NISI QUOD LAUDATÆ SUPPOSITITIÆ DECRETALES Primatem Diœceſeos a Patriarcha, & Patriarcham a Romano Pontifice diſtinguunt*: Nicolaus autem Papa, *Primatem* pro ipſo *Romano* Pontifice intelligit, contra genuinum tamen, ut verum fatear, Canonis Chalcedonenſis ſenſum. Nam Canon ille in primis non loquitur de *Epiſcopis*, *Metropolitanis* & *Primatibus* Occidentis, ita ut ſenſus eſſe poſſit, a Metropolitano Occidentali, ad Primatem, ſeu ad *Patriarcham Conſtantinopolis* appellationem eſſe concedendam; non enim ſuper Patriarcham Romanæ Eccleſiæ in toto Occidente & Septentrione poteſtatem aliquam conſtituit: firmis nempe manentibus Sardicenſibus Canonibus, qui ſtatuunt Romanas ex omni Eccleſia Appellationes: ſed loquitur de Orientis Epiſcopis, Metropolitanis, & Primatibus, a quibus Appellatio datur ad Patriarcham Conſtantinopolitanum. Quid vero per *Orientales Diœceſeos Primates* intelligendum ſit, optime declarat Petrus de Marca, Pariſienſis Archiepiſcopus in Diſſert. de *Primatu Lugdunenſi*, *& cæteris Primatibus*, a num. X, in hæc verba. *Nunc fere omnibus notum eſt, Diœceſim hoc loco ſumi pro tractu diverſarum Provinciarum in unum corpus compactarum, cujus generis erant quinque in Orientis Imperio: nempe Diœceſis Ægyptiaca, Orientalis ſpecialiter dicta, Aſiana, Pontica, & Thracica. Occidentis imperium in Diœceſes ſeptem vel octo diviſum erat, Urbicariam, Italicam, Gallicanam, Hiſpanicam, Brittanicam, Africanam, & Illyricianam, quæ in duas partes a Theodoſio ſecta eſt, ita ut Illyricum Orientale, quod Macedoniam, & Daciam continebat, ceſſerit Orientis Imperio. Sed in Adminiſtratione Eccleſiaſtica, diverſa erat ratio Occidentis & Orientis. Etenim in Occidente, ſi demas Africam, nullus Provinciarum Metropolitanis præfectus erat Epiſcopus, præter Pontificem Romanum. In Orientali autem Eccleſia, unaquæque Diœceſis regebatur a ſua Synodo; ita tamen ut Exarcho quæque ſuo pareret. Præfecti Diœceſibus Epiſcopi dicuntur a Græcis*, οἱ ὑπὲρ διοίκησιν ἐπίσκοποι, *ideſt, ut vertit Dionyſius Exiguus*, *QUI SUNT SUPER DIŒCESI EPISCOPI*, *Canone 2 Concilii Conſtantinopolitani; ubi quinque Diœceſes Orientales recenſentur, nempe Ægyptiaca, quæ ſuberat Alexandrino Epiſcopo, ut Orientalis Antiocheno, Aſiana Epheſino, Pontica, Cæſareenſi, Thracica antea quidem Heracleenſi, tunc vero ſubdita Epiſcopo Conſtantinopolitano. Præfectus Diœceſi Epiſcopus dictus eſt a Græcis* ἔξαρχος τῆς διοικήσεως, *in Concilio Chalcedonenſi; unde Antiochenus Patriarcha Domnus dicitur* ἔξαρχος διοικήσεως Ἀνατολικῆς *in Concilio Antiocheno relato* Act. 14 *Synodi Chalcedonenſis. Eo nomine comprehenduntur ſinguli Exarchi quinque Diœceſeon Orientalium, quia, ut dixi, earum Adminiſtratio per tractus & Diœceſes erat diſtributa, præter morem Occidentalis Eccleſiæ, in qua nullus erat Diœceſeos Exarchus, ut ſupra monui; ita ut ex hoc capite colligatur ad Occidentem trahi non poſſe nec verba, nec mentem Canonum Chalcedonenſium*. Hactenus Petrus de Marca de iſta *Primatis* ſignificatione, cujus vocis in Canonibus Concilii Chalcedonenſis IX, & XVII, mentio occurrit. Pergit porro idem clariſſimus Auctor num XI, eoſdem Canones exponens. *His poſitis, mens Canonum Chalcedonenſium ſe ſe patefecit: iis nempe cavetur, ut actio adverſus Metropolitanum intendatur coram Exarcho cujuſque Diœceſeos, cui Metropolitanus ſubditus eſt. Qui quidem, coacta totius Diœceſeos Synodo, controverſiam dirimet. Itaque Ægyptii coram Alexandrino Exarcho adverſus Metro-*

Jus Metropoliticum,

poli-

ceſſit inter Concilium Conſtantinopolitanum habitum anno 381, & Concilium Chalcedonenſe celebratum anno 451, *Metropolitani* agnomen a prima-

---

politanum diſceptabunt. Orientales coram Antiocheno, Aſiani coram Epheſino, & ſic de Ponticis & Thraciis. Attamen iiſdem Canonibus electio datur actori, ut agat, ſi malit, coram Epiſcopo Conſtantinopolitano, omiſſo Exarcho ſuæ Diœceſeos, apud quem ne Metropolitanus gratia valeat, fortaſſe veretur. Eximium ſane Privilegium, quo per univerſos Orientales tractus, Epiſcopi Conſtantinopolitani auctoritas diffunditur, ita ut judicium quoddam extraordinarium in Metropolitanorum cauſis omnibus, ideſt, civilibus & criminalibus, exerceat. Jus autem illud ex eo profectum eſt, quod illi (Conſtantinopolitano ſcilicet) *Primatus honoris poſt Romanum Pontificem, in quinque Orientalibus Diœceſibus communicatus eſt Canone 2 Concilii Conſtantinopolitani:* τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην: *ideſt, ex verſione Dionyſii: Veruntamen Conſtantinopolitanus Epiſcopus habeat honoris Primatum poſt Romanum Epiſcopum, propterea quod urbs ipſa ſit junior Roma. Unde patet Privilegium iſtud Conſtantinopolitano Epiſcopo collatum non porrigi ad Occidentales Eccleſiæ Provincias, quæ ſpeciali quodam jure a Romano Pontifice tamquam Patriarcha adminiſtrabantur. Neque enim fas erat, ut is, cui ſecundæ partes delatæ erant, juriſdictionem aliquam exerceret in finibus primi Epiſcopi, poſt quem ex diſerta Canonis Conſtantinopolitani ſententia conſtitutus erat.*

Dixi, *Jus illud Conſtantinopolitano Epiſcopo ex eo tributum, quod eidem Primatus honoris poſt Romanum Pontificem collatus eſſet*. Certe ex eo, quod Conſtantinopolitanus poſt Romanum Pontificem primus eſſet, nequaquam ſequi debuerat, ut extraordinaria juriſdictione in Metropolitanos reliquorum Patriarcharum potiretur: alioquin ex eo quod Alexandrinus ſit tertius, ſequeretur, ut in Metropolitanos Antiocheni Patriarchæ pari jure uti poſſet, & ſic Antiochenus in Metropolitanos Hieroſolymitanæ Sedis. Quod tamen nemo dixerit. Attamen ex aliis Orientalium Epiſcoporum malis principiis orta eſt mala concluſio: *Æqualia enim Conſtantinopolitano Præſuli cum Romano Pontifice Privilegia* attribuenda illi cenſuerunt. Noverant quippe, collatam Romanæ Sedi, aut potius declaratam fuiſſe poteſtatem a Concilio Sardicenſi, de Appellationibus Epiſcoporum quorumcumque depoſitorum cognoſcendi. Noverant etiam, primam Metropolitanorum cognitionem Romano Pontifici competere, aperte conſtitutum fuiſſe in Concilio Romano ex univerſa Italia coacto, cui Sanctus Ambroſius intererat, an. 378, & Reſcripto Gratiani Principis confirmatum, his verbis: *Si in longinquioribus partibus alicujus ferocitas talis emerſerit, omnino ejus cauſæ dictio ad Metropolitæ in eadem Provincia Epiſcopi deducatur examen. Vel, ſi ipſe Metropolitanus eſt, Romam neceſſario, vel ad eos, quos Romanus Epiſcopus judices dederit, ſine dilutione contendant*. Iſtius moris (ut verbis utar ipſius Petri de Marca num. XII.) meminit Leo I in Epiſt. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem, quæ relata eſt in Codicem Canonum Eccleſiæ Romanæ: *Siquid grave intolerandumque committeret Metropolitanus, noſtra* (inquit) *erat expectanda cenſura, ut nil prius ipſe decerneret, quam quid nobis placeret agnoſceret*. Gregorius I eundem morem indicat lib. 7 regiſtri, Epiſt. 8, ubi monet Vincentium & cæteros Epiſcopos inſulæ, ut, ſi ad tranſmarina ſe conferre voluerint, licentiam petant a Metropolitano ſuo ſecundum Regulas Patrum, *excepto*, inquit, *ſi, quod non optamus, contra eundem Metropolitanum veſtrum vos habere aliquid cauſæ contigerit, ut ob hoc Sedis Apoſtolicæ judicium requiratis*. Quare non dubitavit Epiſtolarum Pontificiarum auctor conſtituere ex antiquo more ſub nomine Aniceti, Xiſti & Julii, ut querela adverſus Metro[illegible] ad Primatem Diœceſeos, vel a[illegible] poſtolicam, referatur. Quini[illegible] ne in Epiſtola Victoris [illegible] quæ ſancita eſt in C[illegible]

marum ad ſecundarum Sedium Epiſcopos gradum feciſſe. Quod minime mirum videri debet iis, qui rerum humanarum naturam, & mores perſpe-

---

ſub Damaſo, ſcilicet ut de contumacia Metropolitani cognoſcat Romana Sedes; vel cauſam in provincia judicandam deleget. Hadrianus I in Capitulis ſuis mentem harum Epiſtolarum ſequutus, quæ in Canone Chalcedonenſi de Sede Conſtantinopolitana ſtatuuntur, ad Sedem Apoſtolicam tranſtulit: idque ſine ulla fraudis & impoſturæ ſuſpicione, quum jam evidenter probatum ſit, Metropolitanorum primam cognitionem Romanis Epiſcopis confirmatam decreto veteris Synodi Romanæ anno 378. Quare collata ſemel Epiſcopo Conſtantinopolitano Primatus prærogativa poſt Romanum Pontificem, ut factum eſt an. 381, per Canonem Secundæ Synodi, facile fuit Metropolitanorum cognitionem, anno 378 Romano Epiſcopo adjudicatam, transferre in Epiſcopum Conſtantinopolitanum per Orientales tractus; ea tamen lege, ut Patriarcharum & Exarchorum antiquam jurisdictionem non convelleret, quemadmodum canone illo ſtatuitur; ſed jure tantum præventionis uteretur, ut explicatum eſt in Concilio Chalcedonenſi.

Ejus Privilegii Conſtantinopolitano Patriarchæ per Canones Chalcedonenſes collati, & ab ipſo Conſtantinopolitano quaſi poſſeſſionis captæ, exempla nonnulla profert idem Petrus de Marca, *Nectarii* nempe, qui cauſam Agapii & Bagadii de Metropoli Boſtrorum, provinciæ Arabicæ, Diœceſeos Antiochenæ, contendentium, in Synodo Conſtantinopolitana anno 394 diremit: *Attici*, qui diſceptantes de Synadorum Epiſcopatu, ideſt Phrygiæ Pacatianæ Metropoli in Aſiana Diœceſi, Theodoſium & Agapetum, judicio ſuo compeſcuit, ſcribens Agapeto, ut Epiſcopatum retineret: *Johannis*, & *Procli*, qui litem motam inter Epiſcopum Nicænum & Nicomediæ Metropolitanum Provinciæ Bityniæ, Ponticæ Diœceſeos, de ordinatione Epiſcopi Baſilinopoleos, reſcriptis ſuis ſopiebant, done[illegible]mptorie deciſa eſt a Conci[illegible] Chalce[illegible] Act. 13: *Flaviani* deni[illegible]e, qui [illegible]eſcripto Theodoſii Impera[illegible]is, in [illegible] Metropolitæ Edeſſeni, [illegible]nition[illegible] tribus Metropolitis Orientalis Diœceſeos in Concilio Tyri, nempe Photio Tyri, Euſtatio Beryti, & Uranio Himerorum. Mox addit num XVII, duraſſe illud Privilegium quoad alterius Patriarchatus Metropolitanos, uſque ad Juſtiniani Imperatoris tempora. *Itaque privilegium illud juriſdictionis extraordinariæ, quod, Legatis Romanis conniventibus, confirmatum erat Epiſcopo Conſtantinopolitano in Metropolitanorum cauſis, per totius Orientis Provincias, paulatim extinctum eſt, atque adeo integram & illibatam in ſibi ſubditos Metropolitanos auctoritatem, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus Patriarcha, conſervarunt. Quod ne in dubium aliquando vocaretur, Juſtinianus conſtitutione ſua definivit, omiſſa electione agendi apud Sedem Conſtantinopolitanam* novella 123, cap. 22, εἰ δὲ κατὰ Μητροπολίτου τοιαύτη προσέλευσις γένηται, εἴτε παρὰ ἐπισκόπου, εἴτε παρὰ κληρικοῦ, ἢ ἄλλου προσώπου, ὁ τῆς διοικήσεως ἐκείνης μακαριώτατος οἱουδήποτε πατριάρχης τὸ πρᾶγμα κρινέτω, ideſt, juxta veterem interpretationem: *Si vero contra Metropolitam talis aditio fiat ab Epiſcopo aut Clerico, aut alia quacumque perſona; Diœceſeos illius Patriarcha cauſam judicet.* Photius quoque Titulo IX Nomocanonis, cap. 1, ex novella 137. εἰ δὲ μητροπολίτης κατηγορεῖται, ὁ πατριάρχης αὐτοῦ σκοπεῖ. *Si Metropolitanus accuſatur, ipſius Patriarcha cognoſcit.* Unde rectiſſime annotarunt Zonaras & Balſamon, & poſt eos Matthæus Blaſtares, Patriarchas ſingulos in ſuis Diœceſibus jus dicere Metropolitis, nec Epiſcopo Conſtantinopolitano liberum eſſe, ut juriſdictionem exerceat in aliorum Patriarcharum Diœceſibus: quod verum eſt ratione habita ejus juris quod Juſtinianus confirmavit, uſuſque ſequentium ſæculorum probavit; quamvis alia eſſet Canonum Chalcedonenſium 9, & 17, ſententia.

Non me latet (ſubjungit idem Petrus de *Marca*) *ab eruditis viris*, Juſtiniani [illegible] trigeſimam, *cap. de Epiſcopali* [illegible]

QU. III.

Cedo tempus, quo METROPOLITANI nomen a Diœceſeon Exarchis ad Provinciarum Præſides gradum fecit.

§. I. HActenus in quatuor priorum Sæculorum Conciliis ſpatiati ſumus. Pergamus porro, & ad Sæculi Quinti Canones rem deferamus. Ac mihi quidem in Chalcedonenſis Concilii ſpatiis deambulanti ſtatim occurrunt Canones IX, XII, XVII, XIX, XXV, XXVIII, qui de Metropolitanis agunt, quique in eam me perpellunt ſententiam; ut credam tunc temporis *Metropolitani* nomen ab Diœceſeon Exarchis ad Provinciarum Præſides jam deveniſſe.

Canon IX. *Si quis Clericus habet cum Clerico litem, aut negotium, proprium Epiſcopum ne relinquat, & ad Sæcularia Judicia ne excurrat, ſed cauſam prius apud proprium Epiſcopum agat, vel de Epiſcopi ſententia apud eos, quos utraque pars elegerit, judicium agitetur. Si quis autem præter hæc fecerit; Canonicis pœnis ſubjiciatur. Si Clericus autem cum proprio Epiſcopo, vel etiam alio Epiſcopo negotium, aut litem habeat, a PROVINCIÆ SYNODO judicetur. Sin autem cum ipſius PROVINCIÆ METROPOLITANO, Epiſcopus vel clericus controverſiam habeat, DIŒCESIS EXARCHUM adeat, & apud eum litiget.* In hoc Canone Epiſcopus Provinciæ Præſes a Diœceſeos Primate diſertis, ac perſpicuis verbis diſtinguitur, atque hic *Exarchi*, ille *Metropolitani* vocabulo deſignatur.

Canon XII. *Pervenit ad nos, quod quidam, cum præter ritus Eccleſiaſticos ad Potentatus acceſſiſſent, per Pragmaticas unam Provinciam in duas diviſerunt, ut ex eo eſſent duo METROPOLITANI in eadem Provincia. Statuit ergo Sancta Synodus, ne Epiſcopus deinceps tale quid audeat, quonam is, qui hoc aggreditur, a ſuo gradu excidit. Quæcumque autem Civitates per litteras imperatorias METROPOLIS nomine honoratæ ſunt, ſolo honore fruantur, & qui ejus Eccleſiam adminiſtrat Epiſcopus, ſervato ſcilicet veræ Metropoli ſuo jure.* Lis (*a*), cui componendæ conditus fuit hic Canon, orta erat inter Pho-

(a) Berard. in Gratian. Can. Part. I, cap. XXII, pag. 234, edit. Venet. 1777. Hujus rei definiendæ occaſio fuit acerrima controverſia, quæ interceſſit inter Photium Tyri, & Euſthatium Beryti Epiſcopos, in actione 4 Concilii Chalcedonenſis acri utriuſque partis ſtudio diſcuſſa. Erat olim Tyrus Phœniciæ Metropolis, cui inter cæteras Urbes ſubjecta erat Berytus, proinde tamquam ſuo Metropolitæ Photio ſubjectus erat Euſthatius, qui

Photium Tyrium, & Euſthatium Berytenſem de Metropolitico jure inter ſe dimicantes, qui licet ambo Antiocheno Patriarchæ parerent, ſingulique non pluribus, ſed ſingulis minoribus Provinciis præſſent, aut præeſſe vellent, tamen *Metropolitani* nomine dignantur. Canon XVII, ex eodem ac memorati Canones IX, XII, luto, ac cœno efficti eandem etiam verborum præ ſe ferunt ſignificationem.

Canon XIX. *Pervenit ad aures noſtras, quod in Provinciis Canonibus conſtitutæ Epiſcoporum Synodi non fiant, & ex eo multa Eccleſiaſtica negligantur, quæ correctione indigent. Statuit ergo Sancta Synodus ſecundum ſanctorum Patrum canones, ut bis in anno eumdem in locum conveniant uniuſcujuſque Provinciæ Epiſcopi, ut METROPOLITANUS melius eſſe perſpexerit, & ſingula emergentia corrigant. Epiſcopi autem, qui non conveniunt, ſi in eadem Metropoli verſentur, atque adeo ſani ſint, & ab omni inexcuſabili, & neceſſario negotio liberi, fraterne reprehendatur.* Hic canon recoquit ea, quæ a Canone V Nicæno incocta jam fuerant,

---

qui cum ægre ferret ſe ſub illo Metropolita conſiſtere, curavit ſe ſe ab eodem eximi hac ratione.

Idem *ibid.* Euſthatius precibus ab Imperatore Theodoſio impetraverat, ut Phœniciæ Provincia divideretur in duas, ut reſervata una parte Epiſcopo Tyri, pars altera ſibi adjudicaretur, ut & ipſe pari Metropolitæ jure, & honore frueretur. Annuerat Theodoſius, quod tamen non æquo animo Photius tulit, qui poſtea ad Marcianum Imperatorem ſcribens poſtulavit hanc diviſionem Provinciæ revocari, utpote quæ dolo & fraude Euſthatii facta fuiſſet. Marcianus prudentiſſimus æque, ac piiſſimus Princeps cauſam hanc ad Concilium potius dirimendam detulit, volens, ut ea non juxta pragmaticas, ſive Principales Provinciarum diviſiones, ſed potius juxta ſacros canones definiretur, uti refertur in actione 4 Concilii Chalcedonenſis. Recitatus fuit in Concilio canon quartus Nicænus, cujus vi adverſus Euſthatium pronunciatum eſt, reſtitutaque omnia jura Photii Tyrenſis, ita ut Euſthatius nihil amplius juris haberet, quam cæteris Phœniciæ ſuffraganeis competeret. En brevi perſtrictam dicti canonis Chalcedonenſis cauſam, & originem, ex qua nunc facile dignoſcitur ejuſdem ſententia. Obviam ibidem itum eſt quorundam Antiſtitum ambitioni, qui ſuo Metropolitæ morem gerere, aut obedire detrectantes per dolum a Principe obtinuerant diviſionem Provinciæ. Quamobrem prohibitum eſt, ne quis ulterius ſimile quidpiam moliretur; pœna depoſitionis indicta. Hucuſque itaque dictus canon duodecimus a mente Chalcedonenſium Patrum minime diſtat, ſed potius cum eadem conſonat. Quid vero dicendum eſt de poſtremis canonis verbis, in quibus ea clauſula legitur, ut quæ Metropoles antea eo modo conſtitutæ fuiſſent, adhuc tamen honorem Metropoleos haberent, ſalvis juribus veræ Metropoleos, ideſt ut diſpenſatione quadam earum Epiſcopi adhuc Metropolitarum nomine appellarentur? Ego arbitror clauſulam hanc fuiſſe de induſtria ab Anatolio adjectam, ut faveret Euſthatio (cui ſententia Concilii Chalcedonenſis nimis diſplicuerat) ad eum finem, ut eundem Euſthatium in defendendis Conſtantinopolitanæ Sedis privilegiis aſſertorem haberet, eo vel magis quod ipſe Anatolius, quemadmodum hiſtorici referunt, curaverat apud Imperatorem, ut Euſthatius Metropolitæ ſui poteſtatem evaderet; ideoque non eſt veroſimile Anatolium diſſoluto Chalcedonenſi Concilio in canones referre voluiſſe Chalcedonenſis Concilii ſententiam actione 4 pronunciatam, quin adjecta clauſula attemperaret, qua adhuc honorem quemdam Euſthatio concedi debere teſtaretur. Perſpicua eſt hæc Anatolii adjectio; nam in actione 4 Concilii Chalcedonenſis, in qua cauſa Euſthatii plene diſcuſſa eſt, atque abſoluta, nihil hujuſmodi legitur, nihil honoris ſingularis Euſthatio reſervatum, nihil peculiariter conſtitutum de retinendo Metropolitæ nomine, aut ſimilibus.

rant, nec quidquam novi nobis affert; præter vocabulum *METROPOLITANI*, quod ad indicandos Provincialium Synodorum Præſides ſuis temporibus nondum aptum Nicæni minime uſurparant.

Canon XXV. *Quoniam nonnulli METROPOLITANI, ut ſæpe a nobis auditum eſt & greges ſibi commiſſos negligunt, & Epiſcoporum ordinationes differunt, Sanctæ Synodo placuit, ut intra tres menſes Epiſcoporum ordinationes fiant, niſi inexorabilis utique neceſſitas effecerit, ut dilationis tempus prorogetur. Si autem hoc non fecerint, eos Eccleſiaſticæ Cenſuræ ſubjici. Viduæ vero Eccleſiæ redditum apud Eccleſiæ Œconomum ſalvum cuſtodiri.* Non de majorum, ſed de minorum gentium Metropolitanis ſermonem hic haberi ſuadent ea, quæ in hoc ſequenti canone decernuntur.

Canon XXVIII. *Ponticæ, Aſianæ, & Thraciæ Diœceſis METROPOLITANI ſoli, præterea Epiſcopi Diœceſium Barbaricarum a Throno Sanctiſſimæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ordinentur: unoquoque ſcilicet prædictarum Diœceſium METROPOLITANO cum Provinciæ Epiſcopis Provinciæ Epiſcopos ordinante, quemadmodum divinis Canonibus eſt Traditum.* Sciendum eſt, Epiſcoporum Ordinationes olim unorum Patriarcharum proprias ab Metropolitis temporum tractu ſenſim, pedetentimque arreptas fuiſſe, uti Sæculo V ineunte querebatur S. Innocentius I in Epiſtola ad Epiſcopum Antiochenum data, qui eas ſuis priſtinis dominis reſtituere nitens hæc illi ſcripſit. *Itaque arbitramur, Frater Cariſſime, ut ſicuti Metropolitanos auctoritate ordinas ſingulari, ſic & cæteros non ſine permiſſu, conſcientiaque tua ſinas Epiſcopos procreari.* Hæ primum a Meletianis ante Concilium Nicænum obſeſſæ, ſed a Nicænis Patribus defenſæ, rurſus ab Metropolitis occupatæ fuerunt, ac tamdiu poſtea retentæ, ac poſſeſſæ, ut in Concilio Chalcedonenſi de Epiſcoporum Ordinatione tamquam de re Metropolitarum propria actum jam fuerit, atque ipſi veteres Canones novæ diſciplinæ inſervire juſſi.

§. II. Quamquam hi, quos attulimus, Canones (*b*) non ſint veri, ac

(b) Anaſtaſius Bibliotecarius in præfat. ad Octavam Synodum. „ Siquidem in Quartæ Synodi quibuſdam Codicibus quoddam „ de Privilegiis Conſtantinopoleos oſtendum „ Capitulum, quod inter Canones ejuſdem „ Synodi ab univerſa Eccleſia veneratos, nec „ Latinitas, nec alia lingua ſub ſole recipere comprobatur. Quodque licet ab Anatolio & Imperatore, vel eorum fautoribus „ poſt omnia geſta Synodi, & prolatos Canones, in abſentia Romanorum Loci ſervatorum clam depromptum extiterit; mox „ tamen ibi ipſum ab eiſdem loci ſervatoribus eſt repulſum, & a Sede Apoſtolica, „ quæ, ut eadem Synodus fieret, ſola decrevit, ſolaque jus habuit eos recipiendi, quos „ Synodica decreta protulerant, non ſolum „ non admiſit, verum etiam continuo reſpuit, „ quodque Anatolius, vel Imperator, quia „ ut firmaretur a Sede Apoſtolica, cui tunc „ magnus Leo præſidebat, impetrare non potuit, in ejus poſitum poteſtate confeſſus „ eſt. „

Nemo neſcit, a S. Sede Apoſtolica Canones Conſtantinopolitanos & Chalcedonenſes in ea parte, uſque ad Innocentii III Papæ tempora, fuiſſe diſertim rejectos, qua Primatus Conſtantinopolitano Patriarchæ præ Alexandrino & Antiocheno deferebatur. Et de Canone quidem Conſtantinopolitano, qui in hæc verba a Græcis clam Romana Sede editus fuerat: *Conſtantinopolitanæ civitatis Epiſcopum habere oportet primatus honorem poſt Romanum Epiſcopum, propterea quod ſit nova Roma*; ad Synodum Chalcedonenſem Act. 16 ita pronunciavit Lucentius

ac legitimi Concilii Chalcedonenſis fœtus, nec a Patribus Chalcedonenſibus editi, ſed furtivi Anatolii partus, atque ex dolo, fraude, mendaciiſque

tius Eſculanus Epiſcopus, & Sedis Apoſtolicæ Legatus. *In Synodicis Canonibus non habetur*: & Sanctus Leo Pontifex Epiſt. 53 ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum: *Perſuaſioni tuæ in nullo penitus ſuffragatur quorumdam Epiſcoporum ante ſexaginta, ut jactas, annos facta ſubſcriptio, numquamque a Prædeceſſoribus tuis ad Apoſtolicæ Sedis transmiſſa notitiam, cui ab initio ſuæ caducæ dudumque collapſæ, ſera nunc & inutilia ſubjicere fomenta voluit.* Et Epiſt. LV ad Pulcheriam Auguſtam: *Superbum nimis eſt & immoderatum, ut venerabilium Patrum Nicænorum decreta ſolvantur, quorumdam Epiſcoporum proferre conſenſum, cui tot annorum ſeries negavit effectum. Nam ſexageſimus fere annus hujus jactantiæ eſſe jactatur.* Ex quibus liquet, Conſtantinopolitanum Canonem, de quo agitur, a Damaſo Pontifice non ſolum non fuiſſe confirmatum, ſed & nunquam ipſi, aut ejus ſucceſſoribus relatum. Canon vero Chalcedonenſis ulterius progreditur, & longe abſurdior eſt, quam Conſtantinopolitanus: ſic enim habet: *Sanctorum Patrum decreta ubique ſequentes, & Canonem qui nuper lectus eſt, centum & quinquaginta Dei amantiſſimorum Epiſcoporum agnoſcentes, eadem quoque & nos decernimus ac ſtatuimus de privilegiis Sanctiſſimæ Eccleſiæ Conſtantinopolis novæ Romæ. Etenim antiquæ Romæ throno, quod urbs illa imperaret jure Patres Privilegia tribuerunt. Et eadem conſideratione moti centum quinquaginta Dei amantiſſimi Epiſcopi ſanctiſſimo novæ Romæ Throno, æqualia Privilegia tribuerunt, recte judicantes, urbem, quæ & imperio & Senatu honorata ſit, & æqualibus cum antiquiſſima Regina Roma Privilegiis fruatur, etiam in rebus Eccleſiaſticis non ſecus ac illam extolli, & magnifieri, ſecundum poſt illam exiſtentem: ut & Ponticæ, & Aſianæ, & Thraciæ Diœceſis Metropolitani ſoli, præterea Epiſcopi prædictarum Diœceſeon, quæ ſunt inter Barbaros, a prædicto Throno Sanctiſſimæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ordinentur: unoquoque ſcilicet prædictarum Diœceſeon Metropolitano cum Provinciæ Epiſcopis Provinciæ Epiſcopos ordinante, quemadmodum Divinis Canonibus eſt traditum; ordinari autem, ſicut dictum eſt, prædictarum Diœceſeon Metropolitanos a Conſtantinopolitano Archiepiſcopo, convenientibus de more factis electionibus, & ad ipſum relatis.*

Hunc Canonem jure merito ſemper damnavit Romana Eccleſia, & adverſum eum in litteris ad Anatolium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, ejus auctorem ambitioſum atque impetratorem, ad Marcianum Auguſtum Auguſtamque Pulcheriam, ejus confirmationem poſtulantes, nec non ad Maximum Antiochenum Patriarcham qui in ipſum videtur conſenſiſſe, potentiſſime ſcribit S. Leo magnus Epiſt. 53, 54, 55, 62. Eſſe dicit Canonem ambitioſum, Nicænis Canonibus, qui in Spiritu Dei conditi & totius mundi reverentia conſecrati, ſolvi non poſſunt, adverſum, Alexandrino & Antiocheno Patriarchis, ac tribus Autocephalis Primatibus injurioſum; totius Eccleſiaſticæ per Apoſtolos conſtitutæ Hierarchiæ everſivum: per eum calcari antiquitatem, Eccleſiarum Privilegia, ordinationum Epiſcopalium jura, quietem omnium provinciarum. *Beatus Papa Leo* (ſcribit ad Dardaniæ Epiſcopos Sanctus Pontifex Gelaſius Epiſt. 19.) *cujus Synodus Chalcedonenſis auctoritate firmata eſt, quidquid ultra quam ab eodem pro fide & communione Catholica atque Apoſtolica illic agendum conſtaret eſſe delegatum, per occaſionem congregationis illius præter Nicænos Canones, nova videretur eſſe Actione tentatum, competenti refutatione vacuavit.*

Chriſtianus Lupus, vir eximius, in Scholiis & notis ad Canones Chalcedonenſes, plura vitia in eo Canone notat, utpote fœdo undequaque & maculoſo variis erroribus. Primo enim (inquit) perperam ſe fundat in Canone Synodi Conſtantinopolitanæ. Quid vero de illo Canone Sanctus Damaſus, quid Sanctus Leo, quid alii Romani Pontifices, quid Latina Eccleſia, quid Ægyptiaca Diœceſis, quid Dioſcorus Alexandrinus Epiſcopus,

ciiſque toti confićti, tamen ſi non ad rerum veritatem, ad verborum ſaltem proprietatem eruendam maximo nobis uſui eſſe poſſunt. Quare cum omnibus

pus, quid de illo ſenſerit quandoque ipſe Anatolius, idem Lupus ſupra oſtendit in not. ad can. 3 Conſtantinopolitanum.

Secundo, falſum eſt, quod Throno antiquæ Romæ, Patres ſive Canones tribuerint Primatus Privilegia. Etenim adverſum hæc ſomnia in litteris ad Orientales Epiſcopos Sanćtus Gelaſius Papa diſerte dicit Epiſt. 42. *Romanæ Cathedræ Privilegia eſſe Chriſti conſtituta*. Et Nicolaus I Pontifex: *Privilegia ſua* (inquit) *per Petrum a Chriſto conſecuta eſt Romana Eccleſia. Eccleſiæ, inquam, Romanæ adeo ſunt antiqua & veterata Privilegia, ut Nicæna Synodus, ſicut Bonifacius Præſul Apoſtolicus Epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens ait, non aliquid ſupra eam auſa ſit conſtituere, quum videret, nihil ſupra meritum ſuum poſſe conferri; omnia denique huic noverat Domini ſermone conceſſa*. Et Sanćti Gelaſii Pontificis prima Romana Synodus: *Sanćta Romana, Catholica & Apoſtolica Eccleſia, nullis Synodicis conſtitutis prælata eſt ceteris Eccleſiis, ſed Evangelica voce Domini & Salvatoris noſtri, Primatum obtinuit*.

Tertius Canonis error eſt in hiſce verbis: *Sanćtiſſimo novæ Romæ Throno æqualia Privilegia tribuerunt*. Etenim tertius Canon Conſtantinopolitanus, Conſtantinopolitanam Cathedram Romanæ nequaquam æquavit, ſed Alexandrinæ & Antiochenæ ſolummodo prætulit, faciens totius Eccleſiæ ſecundam hiſce lucidiſſimis verbis: *Conſtantinopolitanæ civitatis Epiſcopus habeat privilegia honoris poſt Romanum Pontificem*: & Marcianus Auguſtus in litteris, quibus a S. Leone Papa poſtulavit præſentis Chalcedonenſis Canonis confirmationem: *Et hoc ſtatutum eſt* (inquit) *ut poſt Sedem Apoſtolicam, Conſtantinopolitanæ Urbis Antiſtes ſecundum obtineat locum*. Quod ipſum dicit hæc ipſa Synodus in Relatione ad laudatum Leonem Pontificem: & Juſtinianus Auguſtus in Novella 131 ad Petrum Præfećtum Prætoriorum: ipſe denique præſens Canon ſibi ipſi adverſatur, dum in fine Canonis de Conſtantinopolitana Eccleſia dicit: *Secundam poſt illum exiſtentem*.

Quartus Canonis error eſt in hiſce verbis de Roma antiqua: *Quod urbs illa imperaret*: & de Roma nova: *Rećte judicantes urbem quæ imperio honorata & æqualibus Privilegiis fruitur, etiam in rebus Eccleſiaſticis non ſecus ac illam extolli*. Ajunt Privilegia Epiſcopopalia Imperialibus tamquam radici & fundamento cohærere indivulſa. Reſpondet vero Epiſt. 54 ad Marcianum Auguſtum S. Leo Papa: *Alia ratio eſt rerum ſæcularium, alia divinarum*. Et S. Gelaſius Epiſt. 13 ad Epiſcopos Dardaniæ: *Riſimus, quod Prærogativam volunt Acacio comparari, quia Epiſcopus fuerit Regiæ civitatis. Numquid apud Ravennam, Mediolanum, Sirmium, Treviros, multis temporibus non conſtitit Imperator? Alia poteſtas eſt Regni Sæcularis, alia Eccleſiaſticarum diſtributio dignatum. Sicut enim quamvis parva civitas prærogativam præſentis Regni non minuit, ſic Imperialis præſentia menſuram diſpenſationis Religioſæ non mutat*. Et Nicolaus I. Epiſt. 70 ad Epiſcopos Gallicanos de Photio Sedis Conſtantinopolitanæ invaſore ac univerſæ Eccleſiæ turbatore: *Gloriatur, & perhibet, quando de Romana urbe Imperatores Conſtantinopolim ſunt tranſlati, tunc & Primatum Romanæ Sedis ad Conſtantinopolitanam Eccleſiam tranſmigraſſe, & cum dignitatibus Regiis etiam Romanæ Eccleſiæ privilegia tranſlata fuiſſe, ita ut ejusdem Eccleſiæ invaſor Photius ſe in ſcriptis ſuis Archiepiſcopum atque Patriarcham univerſalem appellet*.

Quintus Canonis exceſſus eſt in hiſce verbis: *Ponticæ & Aſianæ & Thraciæ Diœceſeos Metropolitani ſoli a Throno Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ordinentur, convenientibus de more fačtis Elećtionibus, & ad ipſam relatis*. Ea reſpicit S. Leo Epiſt. 53 ad Anatolium: *Omnes* (trium iſtarum Diœceſeon) *Metropolitani Epiſcopi honore privantur*. Et Epiſt. 55 ad Pulcheriam Auguſtam: *Superbum nimis eſt, & immoderatum, ultra fines proprios tendere, & antiquitate calcata*,

bus hiſce Canonibus vocabulum METROPOLITANI non aliam, quam *minoris Provinciæ* Antiſtitis interpretationem pati poſſit, dicendum eſt, tempori-

tata, alienum jus velle præripere, atque ut unius creſcat dignitas, tot Metropolitanorum impugnare Primatus, quietiſque Provinciis & olim Sanctæ Synodi moderatione diſpoſitis, bellum novæ perturbationis inferre. Et Epiſt. 54 ad Marcianum Auguſtum: *Non convellantur Provincialium jura Primatum, nec privilegiis antiquitus inſtitutis, Metropolitani fraudentur Antiſtites*. Etenim ſecundum Apoſtolicos, Nicænos, & Conſtantinopolitanos Canones, trium Diœceſeon Primates, tamquam Autocephali a propria Synodo, ab ipſis autem ordinari debent ſubjecti omnes Antiſtites: atque ita ambos Canon affecit inſigni injuria.

Sextus Canonis error eſt in hiſce verbis: *Soli Metropolitani*: & in his: *Unoquoque prædictarum Diœceſeon Metropolitanorum Provinciæ Epiſcopis, Provinciæ Epiſcopos ordinante, quemadmodum divinis Canonibus eſt traditum*. Etenim Sextus Canon Nicænus ait, non ſolos Metropolitas, ſed & Provinciales Epiſcopos, a Patriarcha, aut Primate ordinandos: vicinos a propria ejus manu, remotos ad ejus litteras ſeu præviam confirmationem.

Accedit ad declaranda hujuſce Chalcedonenſis Canonis vitia, quod Sanctus Leo Papa in litteris ad Marcianum Auguſtum dicit, ſuos in Fidei tamquam negotio Legatos fuiſſe convocatos, nullum de hoc Canone habuiſſe mandatum, adeoque nullam poteſtatem. Hinc de iisdem Legatis in ipſa Synodo Act. 16 ad glorioſiſſimos Judices, dixit Aetius Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Archidiaconus: *Rogavimus Dominos Epiſcopos de Roma, ut communicarent iis geſtis: refutaverunt, dicentes, talia ſe non ſuſcepiſſe mandata*. Quumque de eodem ipſo Canone ad laudatos Legatos dixiſſet idem Aetius: *Si de hoc Capitulo aliquod mandatum acceperint, proferant*. Reſpondit Bonifacius Romanæ Eccleſiæ Presbyter ac Legatus: *Beatiſſimus & Apoſtolicus Papa inter cætera hoc nobis mandavit*: recitavitque mandatum ex chartula: *Sanctorum quoque Patrum conſtitutionem prolatam nulla patiamini temeritate violari vel imminui, ſervantes omnimodis perſona noſtra in vobis, quos vice noſtra tranſmiſimus, dignitatem.... Ac ſi qui forte civitatum ſplendore confiſi, aliquid ſibi tentaverint uſurpare, hoc qua dignum eſt conſtantia retundatis*. Ea Patrum conſtitutio erat Sextus Canon Nicænus, mox a Paſchaſino Lilybetano Epiſcopo & Romano Legato recitatus. Hunc Græcorum Epiſcoporum morem peſſimum (inquit Lupus) ac intolerabilem ambitum, variaſque Epiſcoporum hucuſque Conſtantinopolitanorum artes & machinas, Sanctus Leo Pontifex norat, ideoque mandato rigidiſſimo voluit eis omnem portam occludere. Quamobrem quum Aetius Archidiaconus denuo per conſuetudinem tentaſſet irrepere. *Conſuetudo eſt in Synodis, poſtquam ea, quæ ſunt omnium præcipua, fuerint definita, & alia quædam neceſſaria exerceri, atque firmari*: interceſſit Lucentius Legatus, dicens ad glorioſiſſimos Judices: *Sedes Apoſtolica nobis præſentibus humiliari non debet: & ideo quæcumque in præjudicium Canonum vel Regularum heſterna die geſta ſunt nobis abſentibus, petimus ſublimitatem veſtram, ut circumduci habeatis; ſin alias, contradictio noſtra his geſtis inhæreat, ut noverimus, quid Apoſtolico viro Univerſalis Eccleſiæ Papæ referre debeamus, ut ipſe aut de ſuæ Sedis injuria, aut de Canonum everſione poſſit ferre ſententiam*.

Denique adverſus hunc Chalcedonenſem & alterum Conſtantinopolitanum Canonem, quibus Conſtantinopolitano Antiſtiti ſecunda ſaltem poſt Romanum Pontificem Sedes decernitur, ſunt longe plurima Romanorum Pontificum teſtimonia, & vetuſta & recentiora. Nam a Bulgaris S. Nicolaus primus Pontifex, & a Monachis Caſſinenſibus rogatus Patriarcharum Ordinem Sanctus Petrus Damiani, ſecundum Eccleſiæ thronum dicunt Alexandrino, tertium Antiocheno Patriarchæ per Canones adſcriptum. Quod vero in Octava Synodo Sanctus Ignatius, in Septima Taraſius, in Sexta Georgius, in Quinta Eutychius, in Quarta Anatolius Conſtantinopolitanus, locum Secundum poſt Romanæ Sedis Legatos habuerint, factum eſt, ut in Breviario Neſtorianæ & Eutychianæ hæreſis notat Libera-

poribus Concilii Chalcedonenſis, ſeu Sæculo V medio, eam hujuſce verbi fuiſſe proprietatem, ut non amplius Diœceſeos Exarchum, ut Nicæni, Antioche-

---

Liberatus Diaconus Carthaginenſis, ab violenta voluntate Græcorum Imperatorum, ex ambitu Præſulum Byzantinorum, ex adulatione Antiſtitum Orientalium, ex diſpenſatoria diſſimulatione Legatorum Apoſtolicorum. Aliter tandem in Synodo Lateranenſi cap. 5 ſtatuit Innocentius tertius, poſtquam Conſtantinopolitanam Sedem Latinus Præſul occupavit. *Antiqua Patriarchalium Sedium Privilegia renovantes, Sacra Univerſali Synodo approbante, ſancimus, ut poſt Romanam Eccleſiam, quæ diſponente Domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineat, ſervata cuilibet propria dignitate*. Idipſum denique in Concilii Florentini decreto confirmatum fuit, in hæc verba. *Renovantes inſuper ordinem traditum in Canonibus, cæterorum venerabilium Patriarcharum, ut Patriarcha Conſtantinopolitanus ſecundus ſit poſt Sanctiſſimum Romanum Pontificem, tertius vero Alexandrinus, quartus autem Antiochenus & quintus Hieroſolymitanus; ſalvis videlicet Privilegiis omnibus & juribus eorum.*

Non ſine ratione, in utroque Œcumenico Concilio, Lateranenſi, & Florentino, poſt traditum quatuor Orientalium Patriarcharum ordinem additur, *Servata cuilibet propria dignitate, ſalvis Privilegiis omnibus & juribus eorum*. His quippe verbis tacite reprehenditur Conſtantinopolitani Patriarchæ ambitio, qui non contentus, primum ſibi ante tres alios Patriarchas uſurpaſſe locum, extraordinariam quoque per totius Orientis provincias poteſtatem a Chalcedonenſis Concilii Patribus (reclamante Romana Sede) extorſit. Sic enim habet Canon IX Concili Chalcedonenſis: *Si quis Clericus adverſus Clericum habet negotium, non deſerat proprium Epiſcopum, & ad ſæcularia percurrat judicia, ſed prius actio ventiletur apud Epiſcopum proprium, vel certe conſilio ejuſdem Epiſcopi apud quos utræque partes voluerint, judicium obtinebunt. Si quis autem præter hæc fecerit, Canonicis correptionibus ſubjacebit. Quod ſi Clericus habet cauſam adverſus Epiſcopum proprium, vel adverſus alterum, apud Synodum Provinciæ judicetur. Quod ſi adverſus ejuſdem Provinciæ Metropolitanum Epiſcopus vel Clericus habeat querelam, petat aut Primatem Diœceſeos, aut Sedem Regiæ urbis Conſtantinopolitanæ, & apud ipſum judicetur.* Vult itaque Canon Clericum in prima inſtantia conveniendum coram Epiſcopo, Epiſcopum coram Metropolita, in Provinciæ Synodo, Metropolitam coram Diœceſeos Primate, aut Patriarcha Conſtantinopolitano; eiuſdemque gradibus fieri Appellationes, nempe ab Epiſcopo ad Metropolitæ Synodum, ab illa ad Primatem, aut Patriarcham Conſtantinopolitanum. Ita & Canon 17. *Quod ſi quiſquam a ſuo Metropolitano læditur, apud Primatem Diœceſeos, aut apud Sanctam Conſtantinopolitanam Sedem judicetur, ſicut ſuperius dictum eſt.* Nicolaus Pontifex Epiſt. 8 ad Michaelem Auguſtum, per *Primatem Diœceſeos* ait intelligi *Romanum Pontificem. Quem*, inquit, *Primatem Diœceſeos dixerit Sancta Synodus, præter Apoſtoli primi Vicarium nullus intelligitur: ipſe eſt enim Primas, qui & primus habetur & ſummus.* Et addit: *In Canone hic tenor obſervandus eſt, ut ſi videlicet Clericus aut Epiſcopus adverſus Metropolitanum habet querelam, & tanta urgetur neceſſitate, vel ſi hoc grave non ferat, ubicumque ſit poſitus, Primatem Diœceſeos petat; quod ſi juxta Conſtantinopolitanam urbem quiſquam eorum conſtitutus ſit, & ſolius Præſulis ejus judicio velit eſſe contentus, petat eamdem Regiam urbem. Cum enim dixiſſet, PETAT PRIMATEM DIŒCESEOS, præceptum ponit eadem Sancta Synodus, regulamque conſtituit; cum vero disjunctiva oratione addidiſſet, AUT SEDEM REGIÆ URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ, liquet profecto, quia hoc ſecundum permiſſionem indulſit.*

Videtur Sanctus Pontifex Nicolaus expoſitionem hujuſmodi ex ſpuriis antiquorum Ponti-

cheni, & Conſtantinopolitani Concilii temporibus, ſed unius Provinciæ Præſidem ſignificaret. Nemo igitur non videt, eo tempore, quod interceſſit

---

ificum decretalibus Epiſtolis, ab Iſidoro Mercatore editis, deſumſiſſe, vel ſaltem ad illas alluſiſſe. Sic enim ait Anicetus Pontifex in ſuppoſititio decreto, Epiſt. I, cap. 3. *Si quis Epiſcoporum proprium Metropolitanum ſuſpectum habeat, apud Primatem Diœceſeos, aut apud hanc Sedem Apoſtolicam audiatur*. Et Victor Pontifex Epiſt. I, cap. 5. *Si quis putaverit ſe a proprio Metropolitano gravari, apud Patriacham, vel Primatem Diœceſeos, vel apud univerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ Sedem judicetur*. *NISI QUOD LAUDATÆ SUPPOSITITIÆ DECRETALES Primatem Diœceſeos a Patriarcha, & Patriarcham a Romano Pontifice diſtinguunt*: Nicolaus autem Papa, *Primatem* pro ipſo *Romano* Pontifice intelligit, contra genuinum tamen, ut verum fatear, Canonis Chalcedonenſis ſenſum. Nam Canon ille in primis non loquitur de *Epiſcopis*, *Metropolitanis* & *Primatibus* Occidentis, ita ut ſenſus eſſe poſſit, a Metropolitano Occidentali, ad Primatem, ſeu ad *Patriarcham Conſtantinopolis* appellationem eſſe concedendam; non enim ſuper Patriarcham Romanæ Eccleſiæ in toto Occidente & Septentrione poteſtatem aliquam conſtituit: firmis nempe manentibus Sardicenſibus Canonibus, qui ſtatuunt Romanas ex omni Eccleſia Appellationes: ſed loquitur de Orientis Epiſcopis, Metropolitanis, & Primatibus, a quibus Appellatio datur ad Patriarcham Conſtantinopolitanum. Quid vero per *Orientales Diœceſeos Primates* intelligendum ſit, optime declarat Petrus de Marca, Pariſienſis Archiepiſcopus in Diſſert. de *Primatu Lugdunenſi*, & *cæteris Primatibus*, a num. X, in hæc verba. *Nunc fere omnibus notum eſt, Diœceſim hoc loco ſumi pro tractu diverſarum Provinciarum in unum corpus compactarum, cujus generis erant quinque in Orientis Imperio: nempe Diœceſis Ægyptiaca, Orientalis ſpecialiter dicta, Aſiana, Pontica, & Thracica. Occidentis imperium in Diœceſes ſeptem vel octo diviſum erat, Urbicariam, Italicam, Gallicanam, Hiſpanicam, Brittanicam, Africanam, & Illyricianam, quæ in duas partes a Theodoſio ſecta eſt, ita ut Illyricum Orientale, quod Macedoniam, & Daciam continebat, ceſſerit Orientis Imperio. Sed in Adminiſtratione Eccleſiaſtica, diverſa erat ratio Occidentis & Orientis. Etenim in Occidente, ſi demas Africam, nullus Provinciarum Metropolitanis præfectus erat Epiſcopus, præter Pontificem Romanum. In Orientali autem Eccleſia, unaquæque Diœceſis regebatur a ſua Synodo; ita tamen ut Exarcho quæque ſuo pareret. Præfecti Diœceſibus Epiſcopi dicuntur a Græcis, οἱ ὑπὲρ διοικήσεως ἐπίσκοποι, ideſt, ut vertit Dionyſius Exiguus, QUI SUNT SUPER DIŒCESI EPISCOPI, Canone 2 Concilii Conſtantinopolitani; ubi quinque Diœceſes Orientales recenſentur, nempe Ægyptiaca, quæ ſuberat Alexandrino Epiſcopo, ut Orientalis Antiocheno, Aſiana Epheſino, Pontica, Cæſareenſi, Thracica antea quidem Heracleenſi, tunc vero ſubdita Epiſcopo Conſtantinopolitano. Præfectus Diœceſi Epiſcopus dictus eſt a Græcis ἔξαρχος τῆς διοικήσεως. in Concilio Chalcedonenſi; unde Antiochenus Patriarcha Domnus dicitur ἔξαρχος διοικήσεως Ἀνατολικῆς in Concilio Antiocheno relato Act. 14 Synodi Chalcedonenſis. Eo nomine comprehenduntur ſinguli Exarchi quinque Diœceſeon Orientalium, quia, ut dixi, earum Adminiſtratio per tractus & Diœceſes erat diſtributa, præter morem Occidentalis Eccleſiæ, in qua nullus erat Diœceſeos Exarchus, ut ſupra monui; ita ut ex hoc capite colligatur ad Occidentem trahi non poſſe nec verba, nec mentem Canonum Chalcedonenſium*. Hactenus Petrus de Marca de iſta *Primatis* ſignificatione, cujus vocis in Canonibus Concilii Chalcedonenſis IX, & XVII, mentio occurrit. Pergit porro idem clariſſimus Auctor num XI, eoſdem Canones exponens. *His poſitis, mens Canonum Chalcedonenſium ſe ſe patefecit: iis nempe cavetur, ut actio adverſus Metropolitanum intendatur coram Exarcho cujuſque Diœceſeos, cui Metropolitanus ſubditus eſt. Qui quidem, coacta totius Diœceſeos Synodo, controverſiam dirimet. Itaque Ægyptii coram Alexandrino Exarcho adverſus Metropoli-*

Jus Metropoliticum, F poli-

ceſſit inter Concilium Conſtantinopolitanum habitum anno 381, & Concilium Chalcedonenſe celebratum anno 451, *Metropolitani* agnomen a prima-

ma-

---

politanum diſceptabunt . Orientales coram Antiocheno , Aſiani coram Epheſino , & ſic de Ponticis & Thraciceis . Attamen iiſdem Canonibus electio datur actori , ut agat , ſi malit , coram Epiſcopo Conſtantinopolitano , omiſſo Exarcho ſuæ Diœceſeos , apud quem ne Metropolitanus gratia valeat , fortaſſe veretur. Eximium ſane Privilegium , quo per univerſos Orientales tractus , Epiſcopi Conſtantinopolitani auctoritas diffunditur , ita ut judicium quoddam extraordinarium in Metropolitanorum cauſis omnibus , ideſt , civilibus & criminalibus , exerceat . Jus autem illud ex eo profectum eſt , quod illi (Conſtantinopolitano ſcilicet) *Primatus honoris poſt Romanum Pontificem , in quinque Orientalibus Diœceſibus communicatus eſt Canone 2 Concilii Conſtantinopolitani :* τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην : *ideſt , ex verſione Dionyſii : Veruntamen Conſtantinopolitanus Epiſcopus habeat honoris Primatum poſt Romanum Epiſcopum , propterea quod urbs ipſa ſit junior Roma . Unde patet Privilegium iſtud Conſtantinopolitano Epiſcopo collatum non porrigi ad Occidentales Eccleſiæ Provincias , quæ ſpeciali quodam jure a Romano Pontifice tamquam Patriarcha adminiſtrabantur . Neque enim fas erat , ut is , cui ſecundæ partes delatæ erant , juriſdictionem aliquam exerceret in finibus primi Epiſcopi , poſt quem ex diſerta Canonis Conſtantinopolitani ſententia conſtitutus erat .*

Dixi , *Jus illud Conſtantinopolitano Epiſcopo ex eo tributum , quod eidem Primatus honoris poſt Romanum Pontificem collatus eſſet* . Certe ex eo , quod Conſtantinopolitanus poſt Romanum Pontificem primus eſſet , nequaquam ſequi debuerat , ut extraordinaria juriſdictione in Metropolitanos reliquorum Patriarcharum potiretur : alioquin ex eo quod Alexandrinus ſit tertius , ſequeretur , ut in Metropolitanos Antiocheni Patriarchæ pari jure uti poſſet , & ſic Antiochenus in Metropolitanos Hieroſolymitanæ Sedis . Quod tamen nemo dixerit . Attamen ex aliis Orientalium Epiſcoporum malis principiis orta eſt mala concluſio : *Æqualia enim Conſtantinopolitano Præſuli cum Romano Pontifice Privilegia* attribuenda illi cenſuerunt . Noverant quippe , collatam Romanæ Sedi , aut potius declaratam fuiſſe poteſtatem a Concilio Sardicenſi , de Appellationibus Epiſcoporum quorumcumque depoſitorum cognoſcendi . Noverant etiam , primam Metropolitanorum cognitionem Romano Pontifici competere , aperte conſtitutum fuiſſe in Concilio Romano ex univerſa Italia coacto , cui Sanctus Ambroſius intererat , an. 378, & Reſcripto Gratiani Principis confirmatum , his verbis : *Si in longinquioribus partibus alicujus ferocitas talis emerſerit , omnino ejus cauſæ dictio ad Metropolitæ in eadem Provincia Epiſcopi deducatur examen . Vel , ſi ipſe Metropolitanus eſt , Romam neceſſario , vel ad eos , quos Romanus Epiſcopus judices dederit , ſine dilatione contendant* . Iſtius moris (ut verbis utar ipſius Petri de Marca num. XII.) meminit Leo I in Epiſt. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem , quæ relata eſt in Codicem Canonum Eccleſiæ Romanæ : *Siquid grave intolerandumque committeret Metropolitanus , noſtra* (inquit) *erat expectanda cenſura , ut nil prius ipſe decerneret , quam quid nobis placeret agnoſceret* . Gregorius I eundem morem indicat lib. 7 regiſtri , Epiſt. 8, ubi monet Vincentium & cæteros Epiſcopos inſulæ , ut , ſi ad tranſmarina ſe conferre voluerint , licentiam petant a Metropolitano ſuo ſecundum Regulas Patrum , *excepto* , inquit , *ſi , quod non optamus , contra eundem Metropolitanum veſtrum vos habere aliquid cauſæ contigerit , ut ob hoc Sedis Apoſtolicæ judicium requiratis* . Quare non dubitavit Epiſtolarum Pontificiarum auctor conſtituere ex antiquo more ſub nomine Aniceti , Xiſti , & Julii , ut querela adverſus Metropolitanum ad Primatem Diœceſeos , vel ad Sedem Apoſtolicam , referatur . Quinimo eandem plane in Epiſtola Victoris diviſionem ſequitur , quæ ſancita eſt in Concilio Romano habito ſub

ſub

marum ad ſecundarum Sedium Epiſcopos gradum feciſſe. Quod minime mirum videri debet iis, qui rerum humanarum naturam, & mores perſpe-

---

ſub Damaſo, ſcilicet ut de contumacia Metropolitani cognoſcat Romana Sedes; vel cauſam in provincia judicandam deleget. Hadrianus I in Capitulis ſuis mentem harum Epiſtolarum ſequutus, quæ in Canone Chalcedonenſi de Sede Conſtantinopolitana ſtatuuntur, ad Sedem Apoſtolicam tranſtulit: idque ſine ulla fraudis & impoſturæ ſuſpicione, quum jam evidenter probatum ſit, Metropolitanorum primam cognitionem Romanis Epiſcopis confirmatam decreto veteris Synodi Romanæ anno 378. Quare collata ſemel Epiſcopo Conſtantinopolitano Primatus prærogativa poſt Romanum Pontificem, ut factum eſt an. 381, per Canonem Secundæ Synodi, facile fuit Metropolitanorum cognitionem, anno 378 Romano Epiſcopo adjudicatam, transferre in Epiſcopum Conſtantinopolitanum per Orientales tractus; ea tamen lege, ut Patriarcharum & Exarchorum antiquam jurisdictionem non convelleret, quemadmodum canone illo ſtatuitur; ſed jure tantum præventionis uteretur, ut explicatum eſt in Concilio Chalcedonenſi.

Ejus Privilegii Conſtantinopolitano Patriarchæ per Canones Chalcedonenſes collati, & ab ipſo Conſtantinopolitano quaſi poſſeſſionis captæ, exempla nonnulla profert idem Petrus de Marca, *Nectarii* nempe, qui cauſam Agapii & Bagadii de Metropoli Boſtrorum, provinciæ Arabicæ, Diœceſeos Antiochenæ, contendentium, in Synodo Conſtantinopolitana anno 394 diremit: *Attici*, qui diſceptantes de Synadorum Epiſcopatu, ideſt Phrygiæ Pacatianæ Metropoli in Aſiana Diœceſi, Theodoſium & Agapetum, judicio ſuo compeſcuit, ſcribens Agapeto, ut Epiſcopatum retineret: *Johannis*, & *Procli*, qui litem motam inter Epiſcopum Nicænum & Nicomediæ Metropolitanum Provinciæ Bityniæ, Ponticæ Diœceſeos, de ordinatione Epiſcopi Baſilinopoleos, reſcriptis ſuis ſopierunt, donec peremptorie deciſa eſt a Concilio Chalcedonenſi Act. 13: *Flaviani* denique, qui una cum Reſcripto Theodoſii Imperatoris, in cauſſa Ibæ Metropolitæ Edeſſeni, cognitionem detulit tribus Metropolitis Orientalis Diœceſeos in Concilio Tyri, nempe Photio Tyri, Euſtatio Beryti, & Uranio Himerorum. Mox addit num XVII, duraſſe illud Privilegium quoad alterius Patriarchatus Metropolitanos, uſque ad Juſtiniani Imperatoris tempora. *Itaque privilegium illud juriſdictionis extraordinariæ, quod, Legatis Romanis conniventibus, confirmatum erat Epiſcopo Conſtantinopolitano in Metropolitanorum cauſis, per totius Orientis Provincias, paulatim extinctum eſt, atque adeo integram & illibatam in ſibi ſubditos Metropolitanos auctoritatem, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus Patriarcha, conſervarunt. Quod ne in dubium aliquando vocaretur, Juſtinianus conſtitutione ſua definivit, omiſſa electione agendi apud Sedem Conſtantinopolitanam* novella 123, cap. 22, εἰ δὲ κατὰ Μητροπολίτου τοιαύτη προσέλευσις γένηται, εἴτε παρὰ ἐπισκόπου, εἴτε παρὰ κληρικοῦ, ἢ ἄλλου τα προσώπου, ὁ τῆς διοικήσεως ἐκείνης μακαριώτατος οἱαδήποτε πατριάρχης τὸ πρᾶγμα κρινέτω, ideſt, juxta veterem interpretationem: *Si vero contra Metropolitam talis aditio fiat ab Epiſcopo aut Clerico, aut alia quacumque perſona; Diœceſeos illius Patriarcha cauſam judicet.* Photius quoque Titulo IX Nomocanonis, cap. 1, ex novella 137. εἰ δὲ μητροπολίτης κατηγορεῖται, ὁ πατριάρχης αὐτοῦ σκοπεῖ. *Si Metropolitanus accuſatur, ipſius Patriarcha cognoſcit.* Unde rectiſſime annotarunt Zonaras & Balſamon, & poſt eos Matthæus Blaſtares, Patriarchas ſingulos in ſuis Diœceſibus jus dicere Metropolitis, nec Epiſcopo Conſtantinopolitano liberum eſſe, ut juriſdictionem exerceat in aliorum Patriarcharum Diœceſibus: quod verum eſt ratione habita ejus juris quod Juſtinianus confirmavit, uſuſque ſequentium ſæculorum probavit; quamvis alia eſſet Canonum Chalcedonenſium 9, & 17, ſententia.

Non me latet (ſubjungit idem Petrus de Marca) ab eruditis viris, Juſtiniani legem trigeſimam, cap. *de Epiſcopali audientia*, oppo-

ſpectos habent, quique probe norunt, ut tituli ampliſſimi ſummorum tantum virorum primum proprii ad infimos poſtea homines defluxerint. Neque

---

opponi, qua conſtituitur ex interpretatione latina, ut Conſtantinopolitanus Epiſcopus appelletur a judicio reddito per Patriarcham, vel Metropolitanum aut Epiſcopum, cui cauſæ cognitio delegata fuerit. Sed, ſi, ut par eſt, ex textu Græco emendetur interpretatio Latina, de ſincera legis ſententia conſtabit. Vetatur dicta Lege, ne ſtatim, & primo judicio Epiſcopus conveniatur civiliter vel criminaliter coram Patriarcha ſuæ Diœceſeos, ſed coram Metropolita & Synodo Provinciæ: ita tamen, ut a ſententia Synodi ad Patriarcham appellare liceat; iſtius vero judicium ſit ultimum, & nulli appellationi obnoxium. Adjicitur vero Regulæ, de non conveniendo ſtatim Epiſcopo coram Patriarcha iſta exceptio, niſi Patriarcha cognitionem delegaret in provincia alicui Metropolitano, vel judices delegati a Patriarcha, (ita enim legendum in latina interpretatione) tunc ἐγχειρητικὸς θρόνος, ideſt Patriarchica Sedes appellationem dirimat: nempe Sedes, a qua judex datus eſt, non autem Conſtantinopolitana, ut Latina interpretatio perperam facta viris eruditis impoſuit.

Hactenus Petrus de Marca: qui per *Diœceſeos Primatem*, intelligi vult in laudatis 9, & 17 Canonibus Chalcedonenſis Concilii, non ſolum tres illos *Primates* ſeu *Exarchos*, Epheſinum, inquam, Cæſareenſem, & Heracleenſem, ſed etiam reliquos Orientis Patriarchas Alexandrinum, Antiochenum, & Hieroſolymitanum: ac proinde uſque ad tempora Juſtiniani Auguſti liberum fuiſſe Epiſcopo vel Clerico habenti querelam adverſus ſuum Metropolitanum, petere aut Primatem, ſeu Patriarcham ſuum, aut Regiæ urbis Conſtantinopolitanæ Sedem, & apud ipſum judicari. Id fortaſſe in animo habebat Anatolius Canonum illorum conditor, cujus anteceſſores quidem tres famoſas autocephalas, Thracicam, Aſianam, & Ponticam ſtrenue invaſerant, ac ſibi ſubjugarant; ipſe autem ſupremam ſibi dignitatem, etiam ſupra alios Patriarchas in Oriente aſſerere ſtuduit, ſicuti cernebat in Occidente Romano Pontifici univerſos Epiſcopos ſubeſſe. Quod iis verbis Canone 28 manifeſtum fit: *Etenim Antiquæ Romæ throno, quod Urbs illa imperaret, jure Patres Privilegia tribuerunt: & eadem conſideratione moti centum quinquaginta Dei amantiſſimi Epiſcopi, Sanctiſſimo novæ Romæ throno Æqualia Privilegia tribuerunt, recte judicantes, urbem, quæ & imperio, & Senatu honorata ſit, & æqualibus cum antiquiſſima Regina Roma Privilegiis fruatur, etiam in rebus Eccleſiaſticis non ſecus ac illam, extolli ac magnificari, ſecundam poſt illam exiſtentem*. Hoc, inquam, fortaſſe in animo verſabat Anatolius, *Primatis Diœceſeos* voce uſus, quæ æque ad tres illos Primates, ac ad Patriarchas referri poterat.

Verum Canones illos nequaquam ita intelligendos eſſe, Canonum eorumdem, & Patriarchatus Conſtantinopolitani acerrimus Vindex Juſtinianus Auguſtus apertis verbis, ut ſupra vidimus, declaravit, diſerte ſtatuens, adverſus Metropolitas privative agendum coram proprio Patriarcha. Græci quoque Canonum Interpretes conſtanter aſſeverant, ex uno Patriarchatu non poſſe apud alium agi, aut appellari. Zonaras Schol. in Can. 17 Chalcedonenſem, „ Si tamen litem Metropolitano ſuo Epiſcopus intendat, Diœceſano „ Exarcho, aut Conſtantinopolitano Epiſcopo in ea re arbitro ac diſceptatore utentur. Exarchi porro Diœceſani nomine, „ nonnulli Patriarchas intelligunt, ſuamque „ ſententiam quadrageſimo ſecundo Carthaginenſis Synodi canone confirmare nituntur, qui Epiſcopum primæ Cathedræ, vel „ Exarchi Sacerdotum, vel Summi Sacerdotis, vel alio prorſus, quam hoc uno Epiſcopi primæ Cathedræ titulo, appellari „ vetat. Alii Metropolitanos provinciarum, „ Exarchi appellatione deſignari, idque Sexto Sardicenſis Synodi canone ſatis probari „ arbitrantur. Litteris, inquit Canon, provincialis Exarchi, Metropolitani videlicet „ Epiſcopi, admoneri oportet. Quæ nobis „ quoque opinio magis probatur, ut Exarchi ſcilicet nomine Metropolitanum intelligam, quomodo illum laudatus Canon „ Sardicenſis Synodi nominavit: ex quo hujuſmodi Canonis ſententia exiſtet, fora inter ſe ac judicia diſcriminans, ut, ſi quidem, inquit, adverſus Epiſcopum Epiſcopus

que vero *Metropolitani* titulum e Patriarchali ſella derepente exturbatum, inque Provincialia ſubſellia detruſum, atque compactum exiſtimarim, ſed mul-

„ pus alius aut Clericus judicio contendat, „ apud Metropolitanum, quem alio nomine „ Exarchum Diœceſeos vocat, cauſa tranſi- „ gatur; ſi vero cum Metropolitano ipſo „ Epiſcopus litiget, tunc ad Conſtantinopo- „ litanum, ſi tamen in ejus ditione qui „ altercantur, controverſia deferatur. Neque „ enim Syriæ, Palæſtinæ, Phœniciæ, aut „ Ægypti Metropolitas invitos ad ſua ſub- „ ſellia Conſtantinopolitanus trahet, ſed Sy- „ riæ Metropolitani cauſam Antiochenus „ cognoſcet, de Palæſtinis Hieroſolymitanus, „ de Ægyptiis Alexandrinus Patriarcha pro- „ nunciabit: ab illis namque & creantur, „ & eorumdem imperio poteſtatique ſubji- „ ciuntur. Exarcho porro, alios quoque „ Præſules, Cæſareæ nimirum, quæ in Cap- „ padocia, Epheſi, Theſſalonicæ, Corinthique „ Epiſcopos nuncupavere: quibus etiam pro- „ pterea, prærogativæ nomine, Polyſtauria „ in ſuis Eccleſiis geſtare permiſſum. “

Confundit Zonaras Exarchum, ſeu Primatem Diœceſeos, cum Metropolitano, & unum eundemque ex duobus perperam facit, dum ait: *Si quis Epiſcopus cum Metropolitano ipſo litigat, tunc ad Conſtantinopolitanum controverſia deferatur*. Canones Concilii non ita habent, ſed diſtinguunt Epiſcopum a Metropolitano, Metropolitanum ab Exarcho ſeu Primate Diœceſeos, & hunc demum a Conſtantinopolitano Patriarcha; & ab Epiſcopi quidem ſententia appellationem concedunt ad Metropolitanum, a Metropolitano autem disjunctive; aut nempe ad Primatem Diœceſeos, aut ad Sedem Conſtantinopolitanam. Zonaras Metropolitanum pro Primate oſcitanter ſumit, recte tamen limitat mentem Canonis ad Metropolitanos Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjectos; addens, reliquorum Patriarcharum Orientis, Alexandrini ſcilicet, Antiocheni, & Hieroſolymitani, Metropolitanos, non apud Conſtantinopolitanum, ſed unumquemque apud ſuum Patriarcham, conveniri debere. Photius in Nomocanone Tit. IX, cap. VI, in retractatione ſententiarum Epiſcopalium, in ſuo Patriarchatu ſupremum uniuſcujuſque Patriarchæ tribunal eſſe agnoſcit, ad quod a Metropolitanorum judicio appellari, & a quo non dari appellationem, tametſi ipſe Conſtantinopolitanus eſſet Patriarcha, decernit. Hæc ſunt ejus verba: *Conſtitutio* VIII, Tituli IV, Libri I, *ait quod ſententiæ Epiſcoporum ſimiles ſunt ſententiis Præfectorum, a quibus provocare non licet: & Conſtitutio* XXIX, *ejuſdem Tituli, ſive ſolus Metropolitanus, ſive cum Synodo ſua, Epiſcopi aut Clerici cauſam judicet, & ſententiæ non acquieſcatur, ejus Diœceſis Patriarcha cognoſcit: ipſiuſque judicatis, perinde atque ſi ab initio judicaſſet, inſiſtitur. A Patriarcharum namque ſententiis non provocatur*.

In eandem ſententiam loquitur Balſamon, Antiochenus Patriarcha, ipſum hunc Photii Textum illuſtrans. *Legas*, inquit, *etiam* 45 *c. tit.* I, *lib.* 3 *Baſilic. quod pars eſt* CXXIII *Juſtinianeæ Novellæ, atque hæc dicit: Præterea ſi qui ejuſdem Synodi religioſiſſimi Epiſcopi aliquam inter ſe controverſiam habeant, ſive de jure Eccleſiaſtico, ſive de quibuſdam aliis rebus, prius Metropolitanus ipſorum cum aliis duobus ejuſdem Synodi Epiſcopis rem dijudicato. Et niſi utraque pars judicatis inſiſtat, tunc Beatiſſimus Patriarcha illius Diœceſeos audientiam ipſis accommodato, & illa ſtatuito quæ Eccleſiaſticis Canonibus & Legibus concinunt, neutra parte ſententiæ ejus contradicere queunte*. Non igitur ad univerſos Orientis Patriarchas ampliandum eſt, ſed ad Conſtantinopolitanam Sedem reſtringendum, id quod idem Balſamon in can. 9 Chalced. ait de Metropolitano, Primate, & Patriarcha Conſtantinopolitano: *Provinciæ autem Exarchus eſt, ut mihi quidem videtur, non uniuſcujuſque provinciæ Metropolitanus, ſed Metropolitanus totius Diœceſis. Diœceſis autem eſt, quæ multas ſub ſe habet provincias. Hoc autem Exarchorum privilegium non eſt amplius in uſu. Et ſi enim dicuntur Exarchi quidam ex Metropolitanis, ſed tamen alios Metropolitanos, qui ſunt in Diœceſibus, non habent omnino ſibi ſubjectos. Eſt ergo veriſimile alios fuiſſe, qui tunc erant, Exarchos Diœceſum, vel eſſe quidem adhuc ipſos, ſed quæ eis data ſunt a Canonibus privilegia*

multo tempore in utroque ſcamno conſediſſe, atque utriuſque menſæ participem fuiſſe ex Divo Hieronymo conjicere mihi poſſe videor, qui in Epiſtola 61 ad Pammachium, Sæculi V initio exarata, de Antiocheno, & Cæſareenſi Epiſcopis verba faciens, ambos, hunc Provinciæ Judææ, illum Diœceſeos Orientis, Metropolitanos appellavit. Unde factum fuiſſe reor, ut Diœceſeon Exarchi nomen *Metropolitani*, aliis etiam Epiſcopis jam commune, dedignati, aliud præclarius, ac ſplendidius quæſiverint, ac *Patriarchæ* nomen ſibi induerint. Hinc Socrates (an. 441.) (*c*) L. V, cap. VIII Hiſt. pag. 227, edit. Taur. de Concilio I Conſtantinopolitano agens, Diœceſeon Exarchos vocat *Patriarchas*; & Patres Chalcedonenſes PATRIARCHÆ vocem non jam primi in Eccleſiam invexerunt, ſed invectam jam, communique loquendi uſu receptam uſurparunt.

§. III. Hæc igitur de tota hac re ſtatuenda ſunt. I METROPOLITANI nomen ſub initium Sæculi quarti ortum eſſe. II Primis illis temporibus Exar-

---

legia exoleviſſe. Procul dubio ſignificat his verbis Balſamon tres illas Autocephalas Eccleſias, *Aſianam*, Cæſareenſem, & Thracicam, quæ olim jure *Exarchorum Diœceſeos* gaudebant; de his enim intelligendi Canones Chalcedonenſes, dum ſtatuunt: *Si autem Epiſcopus habet actionem adverſus Metropolitanum, de cauſa cognoſcat vel Diœceſis Exarchus, vel Patriarcha Conſtantinopolitanus*. Sed quia per Epiſcoporum Conſtantinopolitanorum, & Principum continuatam violentiam Sedes illæ fuere tandem ad nudum EXARCHORUM nomen, & in ordinem ſimplicium Metropolitanorum redactæ; ideo Balſamon ait, ſuo ævo fuiſſe nomine tenus *EXARCHOS*, *& privilegia, quæ eis data fuerant a Canonibus, exoleviſſe*.

Idem ibid. pag. 407. An vero, quemadmodum Sedes Apoſtolica vigeſimum octavum illum Canonem reſpuit, ſic etiam alios viginti ſeptem non admiſit, merito quæri poteſt. Et illos quidem, excepto vigeſimo octavo, a Leone Papa fuiſſe confirmatos, palam fieri videtur, tum quia Anaſtaſius Bibliothecarius diſerte dicit, eos ab univerſa Eccleſia venerari; tum quia eoſdem Codici ſuo per Romanam Eccleſiam comprobato Dionyſius Exiguus inſeruit: & litteris ad Michaelem Auguſtum in Synodo Octava Act. 4 lectis ac probatis Nicolaus primus Pontifex profitetur ſe ſequi Synodicas Concilii Chalcedonenſis Conſtitutiones. Verum hoſce Canones a S. Leone non fuiſſe confirmatos, certo certius eſt, quia nimium frequenter ille ſcribit, nullum a ſe probatum Synodale Decretum, niſi de quo ſpeciale mandatum habuere ejus Legati: habuere autem ſolummodo mandatum de ſtabilienda contra Neſtorianos & Eutychianos Orthodoxa fide, Epheſina præſertim Synodo ac Apoſtolica ad Flavianum Conſtantinopolitanum Epiſtola, ac de Epiſcopis in Epheſino Latrocinio lapſis aut juſte puniendis aut gratioſe recipiendis. Aliud eſt tamen (inquit Lupus Schol. in eoſdem Canones) a S. Leone illos eſſe damnatos, aliud, eſſe non probatos. Damnavit ille ſolum vigeſimum octavum, nonum, ac decimum ſeptimum, (quibus Patriarchæ Conſtantinopolitani jura plus æquo ampliata ſunt) reliquos indiſcuſſos reliquit. Eos eſſe utiles advertit ſucceſſu temporis Latina Eccleſia; Romani Pontifices ac variæ Synodi cœperunt in uſum adſumere: Codici ſuo inſeruit Dionyſius Exiguus; atque ita tandem, ut bonas Regulas, omnis Latina Eccleſia admiſit.

(c) Binghamus O. E. L. II, cap. XVII, §. 6. Ex iis, quæ Socrates memoriæ prodidit patet, quod eo temporis intervallo, quod inter Concilium Conſtantinopolitanum generale an. 381 habitum, & Concilium Chalcedonenſe anni 451 interceſſit, nomen Patriachæ quibuſdam eminentibus in Eccleſia Epiſcopis tribui cœperit.

Exarchorum proprium fuiſſe. III Illis unis hæſiſſe uſque ad exitum Sæculi quarti. IV Sæculo quarto vertente hujuſce nominis gloriam etiam cum minorum Provinciarum Antiſtitibus communicatam fuiſſe. V Uſque ad Sæculum quintum fere medium utriſque communem extitiſſe. VI Poſt illud temporis, majores Diœceſeos deſeruiſſe, & intra minorum provinciarum ſepta ſe ſe continuiſſe.

§. IV. Juvit hæc omnia nos obſervaſſe; ne in eorum Interpretum vitium prolabamur, qui verborum ortum, progreſſum, viciſſitudineſque minime notantes, nec temporum intervallis diſtinguentes, Hierarcharum jura iſta confuderunt, turbarunt, miſcuerunt, ut vix amplius ſecerni poſſe videantur. (Vid. ſupra Lib. II, Quæſt. XXIII, § VII.)

Q. U. IV.

Quid habes de ortu & progreſſu Juris Metropolitici? Jus Metropoliticum una ne cum METROPOLITANI nomine ortum ſuum habuit?

§. I. NEminem ignorare arbitror, non res ex nominibus, ſed ex rebus nomina orta fuiſſe, proindeque res nominibus eſſe antiquiores. Accedit, quod una eademque res nomen ſæpe mutavit, idemque nomen nec omnibus temporibus, nec in omnibus regionibus eamdem retinuit ſignificationem. Quam procul igitur errant illi, qui rerum ortus ad tempus parti cognominis referunt, tam longe mea ſententia falluntur ii, qui Metropolitici Juris initia ab Metropolitici nominis origine repetunt. Næ riſum moveret ille, qui Publii Africani, aut Publii Numantini natalem diem eum eſſe diceret, quo ille Carthaginem delevit, hic Numantiam excidit; quaſi vero, antequam Carthago deleta, & Numantia exciſa cognomen illis indidiſſet, Publius Cornelius, & Publius Æmilianus Scipiones non extitiſſent.

§. II. Cui igitur nauſeam, & bilem non concient illæ Eſpenii voces, (J. E. U. P. I, tit. XIX, C. I, §. 3.) Epiſcopos ab Urbium, queis præerant, dignitate, Metropolitarum nomen primo eſſe mutuatos, deinde hujuſce nominis vi fretos viam ſibi muniiſſe ad Epiſcopos minorum Civitatum creandos, creatoſque in officio continendos, tum iter ſibi ſtraviſſe ad Provincialia Concilia indicenda, & ad leges toti Provinciæ deſcribendas, tandem ſibi aditum pateſeciſſe ad imperium omne Metropoliticum capeſſendum; quæ omnia huc redeunt, rem Metropoliticam non aliunde, quam ex *Metropolitano* nomine prodiiſſe. Sed eſſet aliquo modo ferendum, ſi aliquod monumentum, aliquem teſtem, ineptum ſaltem, falſum, iniquum, uti ſuus eſt mos, proferret, quibus id nobis ſuadere conaretur. At hæc tam incredibilia, tam abſona, tam repugnantia ſine ullo teſte, ſine ullo auctore tamquam oracula ex tripode fundentem quis non ſtomachetur, quis non omni irriſione dignum deputet? Sed mittamus Eſpenium in verborum origine rerum Eccleſiaſticarum origines de more petentem, atque ad veros rei Metropoliticæ natales exquirendos accedamus.

§. III. Equidem quotieſcumque rei Chriſtianæ exordia veteri memoria repeto, & Lucæ, Marci, Titi, Timothei, Epaphroditi, Tychici, Eraſti, aliorumque Apoſtolicorum virorum facta, reſque geſtas revolvo, toties in hiſce expreſſam, adumbratamque Metropoliticæ poteſtatis imaginem, atque effigiem mihi videor intueri, in eamque ſententiam manibus, pedibuſque deſcendo, noſtros Metropolitanos, Archiepiſcopoſque Titi, Timothei, cæterorumque hujuſce-

ſcemodi veros eſſe ſucceſſores. Enimvero quæ ratio poſterioribus ſæculis Epiſcopos impulit, ut Corepiſcopos, ac Vicarios ſibi adjungerent, qui in Parœciarum regimine ſociam ac vicariam ſibi operam præberent, eadem etiam Apoſtolos primis temporibus perpulit, ut Adminiſtros atque adjutores ſibi adſciſcerent, qui in Provinciarum Præfectura ſubſidio ſibi eſſent, atque adjumento. Hinc D. Petrus Paulinum (*a*) Apollinarem, (*b*) Trophimum, (*c*) Manſuetum, (*d*) in Italis, Gallis, Britannis divino cultu imbuendis ſuorum laborum, curarum, periculorumque participes eſſe voluit, ac commilitones; S. Paulus Titum, (*e*) Apol-

(a) Florentini Hetruſcæ fidei, ac pietatis origines ab apoſtolicis temporibus repetunt; & quidem a Paulino Petri Apoſtolorum diſcipulo an. 46 in Hetruriam ad Evangelium adnuntiandum ab eodem Apoſtolorum Principe miſſo. Conſule Franciſcum M. Florentinum *de Hetruſcæ pietatis origine*.

Tum Lucenſes Evangelii lumen feruntur aſpexiſſe opera ejuſdem S. Paulini, qui licet a S. Petro ad annuntiandum Hetruſcis Evangelium miſſus fuerit, tamen Lucenſem etiam Epiſcopatum conſtituit; & ſub Nerone ad radices Montis Piſani cum pluribus ſociis Martyr occubuit. Hujus acta Manuſcripta ab Eccleſia Lucenſi accepiſſe ſe teſtatur Baronius ad Martyrologium die 12 Julii.

(b) Ravennates S. Apollinaris, S. Petri diſcipuli, opera ſe ſe ad chriſtianam religionem recepiſſe contendunt. Id quod indicare etiam videtur S. Petrus Chryſologus *Serm.* CXXVIII. Eodem Apollinare doctore nonnullas antiquiores Æmiliæ Eccleſias, uti Ariminenſis, Forocornelienſis, Faventina &c. Chriſti fidem agnoviſſe, & antiquiſſimæ earundem traditiones indicant, & vetuſta Martyrologia tradunt.

Parmenſes, Placentini, Regienſes, aliæque per illam Italiæ oram conſtitutæ gentes S. Apollinari S. Petri diſcipulo, aliove illuc a S. Petro Evangeliſta miſſo ſui Chriſtianiſmi auctore gloriantur. Confer Mombritium Tom. I, Petrum in Catalogo Lib. VI, pag. 128, alioſque.

(c) Quidquid ſit de Gallicano Lucæ, Creſcentis, Pauli, & Philippi Apoſtolatu, profecto firmioribus nititur monumentis traditio, qua docemur Trophimum a S. Petro in Gallias ad Evangelium adnuntiandum miſſum fuiſſe. Id teſtantur Epiſcopi provinciæ Viennenſis in libello oblato Leoni Papæ an. 445. (15). Quod jam primum tradiderat Zoſimus Papa in Epiſt. edita a Sirmondo, & laudata olim tam in Concilio Francofordienſi, quam ab Uſuardo, & Adone: id & antiquiſſima præferunt Martyrologia. Merito igitur vehementer errare eos putamus, qui nobiſcum amice non conjurant, dum Chriſtianæ Religionis initia in Galliis ab apoſtolica ætate repetenda cenſemus. Atque ideo ipſo Apoſtolico ævo licet haud magno numero eſſent Gallicani fideles, ut indicant Acta S. Saturnini, attamen non in una Galliarum civitate Eccleſiæ inſtitutæ videntur. Trophimum enim Arelatenſem Eccleſiam fundaſſe ex alias productis monumentis evincitur. (Vid. ſupra T. II, Q. XXXVIII, §. 1.)

(d) Ex Thullenſium Annalibus, aliiſque non recentibus monumentis colligunt Franciſcus Irenicus German. Lib. III, cap. 49, Uſſerius ibid. aliique, S. Manſuetum Hibernum, S. Petri diſcipulum, ſocium S. Clementis, ab eodem Apoſtolorum Principe primum Thullenſem fuiſſe ordinatum Epiſcopum. Heic autem quis ſibi perſuadeat Manſuetum veluti Apoſtolum factum ſuorum concivium, vicinarumque gentium ſalutem ſuſque deque prorſus tuliſſe?

(e) Vid. Quienum l. II, colum. 256. Martyrologium Romanum hæc habet die 4 Januarii: *In Creta natalis S. Titi, qui ab Apoſtolo Paulo Cretenſium Epiſcopus ordinatus, poſt prædicationis officium optime conſummatum, beatum finem adeptus eſt. Sepultus eſt in Eccleſia ubi a beato Apoſtolo dignus miniſter fuerat ordinatus.* Menologium Græcorum Sirletanum ad diem 25 Auguſti plura de eo narrat. *Item S. Titi Epiſcopi urbis Gortynæ, diſcipuli S. Pauli Apoſtoli. Hic beatus Titus viginti an-*

lo, (*f*) Epaphroditum, (*Vid. pag.* 51. (*g*)) Eraſtum (*h*) in Illyricis Cœle-

---

nos natus venit Hieroſolymam, & uſque ad Domini noſtri Jeſu Chriſti aſcenſionem expleto uno anno, decem alios annos illic permanens, ordinatus eſt Apoſtolus. Prædicavit Evangelium annos decem & octo apud Cretam, & in reliquis inſulis annos ſex. In patria vero (annos triginta novem exegit) Ex his nonaginta quatuor annorum numerus colligitur. Non ſatis capio, Titum, qui Judæus non eſſet, Chriſto ejuſque diſcipulis primis illorum temporum adhæſiſſe, quando ante Cornelium nemo ex Gentilibus inter Chriſtianos cooptatus fuerit. Hoc vero certo novimus ex Epiſtola ad Galatas cap. 2, v. 1, Paulum decimo quarto a ſua converſione anno Hieroſolymam cum Tito & Barnaba veniſſe, Titum, qui Græcus eſſet, non Judæus Ἕλλην ὢν a Chriſtianis de Judæa coactum non fuiſſe ut circumcideretur. Joannes Chryſoſtomus homil. 1 in Epiſtolam ad Titum, hunc patria Corinthium fuiſſe aſſerit.

Sand. H. A. pag. 368. Titus Ethnicus fuit: unde oriundus ignoratur. Chryſoſtomus putat *fortaſſe Corinthium* fuiſſe, & eumdem, ac Titum *Juſtum*, in cujus domum hoſpes receptus eſt Paulus, cum eſſet Corinthi. Sed hæc ſententia aliis ſacrarum litterarum interpretibus non probatur. Titus enim Pauli diſcipulus ſe Paulo mancipavit ante Concilium Hieroſolymitanum anno Chriſti 51 celebratum, ac proinde ante adventum Pauli Corinthum, quo pervenit anno tantum inſequente. Idem a D. Paulo Chriſti fidem videtur hauſiſſe, quoniam ab eo filius appellatur. Cum cælebs adhuc & incorruptus eſſet, *Evangelio credentem accepiſſe baptiſma, & virginem permanſiſſe, exiſtimat* Hieronymus in Epiſt. ad Titum cap. 2. Epiſtola vero 150, quæſt. II, Pauli interpretem facit, quod Paulus *divinorum ſenſuum majeſtatem digno non poterat Græci eloquii explicare ſermone*. Quæ cauſa perperam aliquibus non probatur; quandoquidem Paulus ipſe ſe *imperitum ſermone, etſi non ſcientia* appellat Epiſt. 2 ad Corinthios cap. XI, 6. Anno memorato Chriſti 51 Hieroſolymam cum Paulo ad Concilium proficiſcente venit, ubi falſis fratribus, qui eum ad circumciſionem adigere tentaverant, neque ipſe, neque Paulus conſenſit. Diſſidio inter Fideles Corinthi ſuborto, illuc ad res componendas ab Apoſtolo miſſus, honorifice exceptus eſt, magnaque lætitia affectus, quod Corinthii ſibi dicto audientes fuiſſent. Corintho in Macedoniam ad Paulum ſe contulit, unde paullo poſt Corinthum remigrare juſſus obſequentiſſime paruit: qua occaſione delatam ab eo alteram ejuſdem Apoſtoli ad Corinthios Epiſtolam, haud ego equidem ambigam. Anno Chriſti 57, ut placet Baronio, ut aliis 63, Cretenſis Epiſcopus a D. Paulo factus eſt, atque in Creta relictus, ut incolæ, qui *nuper crediderant*, quemadmodum loquitur Hieronymus, *haberent Apoſtolicum virum, qui ea, quæ videbantur deeſſe, corrigeret, & conſtitueret per Civitates Presbyteros*, ſeu, ut vult Chryſoſtomus, *Epiſcopos*. Anno inſequente a Paulo per litteras monitus eſt, ut cum Artemas, vel Tychicus in Cretam veniſſet impleturus locum ejus, ipſe ſtatim Nicopolim Macedoniæ contenderet, qua in Urbe Paulus hyemare decreverat. Ex Creta igitur ad Paulum Nicopoli agentem acceſſit. Poſtea ejuſdem Apoſtoli mandato in Dalmatiam profectus eſt, qua in Regione adhuc morabatur, cum alteram Epiſtolam ad Timotheum Paulus daret. Inde reverſus in Cretam, Inſularum, quæ Cretæ circumjacerent, incolas Chriſtianæ religionis præceptis dicitur imbuiſſe. Natus annos quatuor & nonaginta in Inſula Creta mortuus, tumulatuſque eſt. Ejus diem feſtum Græci VIII Kal. Septembris, Latini pridie Nonas Januarii celebrant.

(f) Vid. Quien. ib. colum. 155. Quantum intelligere licet ex priore Apoſtoli Pauli ad Corinthios Epiſtola, Apollo is fuit, cui Paulus ab urbe diſcedens inſtitutam a ſe Corinthiorum Eccleſiam colendam tradidit. Quo factum, ut orto inter fideles diſſidio, alii ſe ab Apolline, alii a Cepha, alii a Paulo baptizatos jactarent, quos Apoſtolus ut melius ſaperent, his verbis erudivit: *Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit*. De *Apolline*, ejuſque in Achajam pro-

Cœleſti lumine colluſtrandis ſocios habuit, atque adminiſtros ; S. Joannes in Aſiæ Eccleſiis fundandis, inſtituendiſque Timothei , (*i*) Tychici , (*k*)

---

profectione hæc Lucas habet Act. 18, v. 24. *Judæus autem quidam, Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, venit in Epheſum, potens in ſcripturis. Hic erat edoctus viam Domini, & fervens ſpiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quę ſunt Jeſu; ſciens tantum baptiſma Joannis. Hic ergo cępit fiducialiter agere in ſynagoga. Quem quum audiſſent Priſcilla, & Aquila, aſſumpſerunt eum, & diligentius expoſuerunt viam Domini. Quum autem vellet ire in Achajam, exhortati fratres ſcripſerunt diſcipulis ut ſuſciperent eum. Qui quum veniſſet, contulit multum his qui crediderant. Vehementer enim Judæos revincebat publice, oſtendens per ſcripturam eſſe Chriſtum Jeſum*. Cæterum quamvis ipſo Pauli teſtimonio conſtet Apollinem illi ſucceſſiſſe in Corinthiorum Eccleſiæ moderamine; quum ea in urbe ante ejus adventum Eccleſia Chriſti exſtaret, illi hunc præfuiſſe Criſpum Archiſynagogum veriſimile eſt. *Apollo* autem Corintho digreſſus in Cretam inſulam tranſiit, unde a Paulo Nicopolim vocatus eſt, ubi hyemare Apoſtolus conſtituerat.

(g) Vid. Quien. ib. col. 67. Theodoretus poſt Chryſoſtomum in præfatione ad epiſtolam ad Philippenſes ait, Epaphroditum in Philipporum cura, atque regimine Pauli adjutorem fuiſſe, quippe quem illorum Apoſtolum dicit, & neceſſitatis ſuæ adjutorem.... *Ad maximam enim Romam beatum Epaphroditum miſit, cui animarum ipſorum curam demandarat*. Addit Theodoretus in cap. 1, v. 2, Apoſtoli nuncupatione illa compertum fieri Epiſcopalem diſpenſationem Philippenſium creditam eſſe Epaphrodito.

(h) Quien. *ibid.* Eraſtus ille quem Paulo Apoſtolo cum Timotheo miniſtraſſe, & in Macedoniam miſſum Lucas Act. 19, v. 22, ſcribit, quemque Paulus Corintho Romanis ſcribens, illius civitatis arcanum fuiſſe prodit: & 2 ad Timoth. 4, v. 20, Corinthi remanſiſſe ait: hic Philipporum Epiſcopus dicitur in Martyrologiis Bedæ, Adonis, Uſuardi, & Romano hodierno, ad diem 26 Julii. *Philippis in Macedonia natalis S. Eraſti, qui illic a Paulo relictus Epiſcopus, ibidem martyrio coronatus eſt*. At certe Philippis Epiſcopus relictus non eſt, quando Apoſtolus ea urbe exire coactus eſt. Nihil faciendum, quod pſeudo-Dorotheus hunc Paneadis ad Libani montis radices poſitæ Epiſcopum fecerit.

(i) Timotheus, Derbenſiſne, an Lyſtrenſis fuerit, ambigitur. Lyſtrenſem ut potius credam, Chryſoſtomi facit auctoritas, cui favere videtur Lucas, dum ſcribit: Fratres, qui Lyſtræ, non qui Derbæ agebant, de vera Timothei fide, ac pietate teſtes fuiſſe. Ex quo apparet, Timotheum Chriſto jam antea adhæſiſſe. Nam licet Ethnico patre natus, matrem habuit Judæam Eunicem nomine, & aviam Loidem, ambas Fideles, & ſpectatę virtutis fœminas, quæ puerum Chriſtianæ religionis præceptis ad veram pietatem informaverant. Hunc igitur, *qui ab infantia ſacras litteras noverat*, ſocium laboris adſcivit Paulus, atque *circumcidit*, *ut circumciſionem tolleret*, ut ſcilicet Judæi circumciſum libenter audirent, quem circumciſionis expertem contemſiſſent. Quantum vero hujus curæ omnes, vigiliæ, cogitationeſque ad cœleſtem Chriſti doctrinam evulgandam laboraverint, ipſius Pauli teſtimonio docuiſſe ſuffecerit. *Paulus itaque ipſum vocat filium, & filium dilectum, & fidelem, quæ verba omnem ipſius virtutem demonſtrare ſufficiunt. Sanctorum enim judicia nec ad gratiam, nec ad inimicitiam fiunt, ſed ab omni ſunt præſumpta opinione libera*. Eumdem ait ſibi, tamquam *Patri filium, in Evangelio* adfuiſſe, & ſibi in Domini opere faciundo prorſus ſimilem, & adeo carum, ut de eo, cum preces ad Deum funderet, ſemper meminerit.

Divus Paulus duas epiſtolas ad Timotheum ſcripſit. In prima modum illi præſcribit recipiendæ accuſationis adverſus Presbyterum eumque monet, ne ulli cito manus imponat, & ne aquam adhuc ad potum adhibeat, ſed modico vino utatur propter languentem ſtomachum, & frequentes infirmitates. Aliam poſtea epiſtolam accepit Timotheus haud multo ante mortem Roma a D. Paulo ſcriptam, quam ſibi teſtamenti cujuſdam vice ſervaret. In ea Timotheo mandabat Paulus ut feſtina-

(k) Soſthenis, Artemæ opera uſus eſt; Sancto Simoni in Ægyptiorum agris ſacro imbre fœcundandis Marcus Evangeliſta (l) comes affuit, ac miniſtrator; S. Matthæus, ut de aliis Apoſtolis ſileam, ad Babyloniorum, Suſianorumque mores ſancte formandos Addæum, Marim atque Achimum (m) adhibuit auxiliarios.

§. IV. Apoſtolorum ſucceſſores Patriar-

ſtinaret ante hyemem Romam ad ſe venire, tum quod *cuperet, antequam excederet vita plurima fortaſſis illi commendare*, tum quod *neminem* præter Lucam *haberet adjutorem in Evangelio*. Ut autem libentius iter ingrederetur, ſcribit, ſe Epheſum miſiſſe Tychicum, ut abſentis munia obiret. Quo res evaſerit incertum eſt. Epheſi quidem certe Timotheus *cum Dianæ immolantes argueret lapidibus obrutus* deceſſit.

(k) In Synaxariis, ſeu Menologiis Græcorum traditur, Tychicum Aſianum, Artemam, Soſthenem in Colophonis, & Lyſtrorum Eccleſiis multum laboraſſe.

(l) Vid. Quien. II, colum. 385. S. Marcum Evangeliſtam prius in Pentapolim Cyrenaicam iviſſe Euſebius, Epiphanius, Hieronymus, Chronici Alexandrini Auctor, & Scriptores Jacobitæ tradunt, ibique Eccleſias fundaſſe, tum deinde Alexandriam, ubi ad ſutorem Anianum calceos reficiendi cauſa divertens, manum ejus quam ſubula perforaverat, vocato Chriſti nomine ſanavit. Quocirca Anianus ad Chriſtum converſus cum omni familia baptizatus fuit; quem aucto deinceps fidelium numero, in Pentapolim denuo profecturus, Alexandriæ Epiſcopum ordinavit. E Pentapoli poſt biennium Alexandriam regreſſus, ipſa Dominica Paſchæ, menſis Pharmuti Ægyptiaci 29, ſive 8 Kal. Maii, quo Gentiles Serapidis feſtum agebant, ab Idololatris tentus, poſtridie veſpere martyrium obiit, adeoque 7 Kal. Maii, ſeu 25 Aprilis, ipſo prorſus quo ejus memoria ab Eccleſia Latina & Græca, ut & ab Alexandrina quotannis recolitur. Hunc Hieronymus poſt Euſebium octavo Neronis anno mortuum tradit, quod aliis tamen ratum non eſt, ut rem certo definire operoſum videatur.

Idem *ibid.* Quem Euſebius, aliique Græci & Latini *Anianum* vulgo nominant, is Cophtis Arabiciſque ſcriptoribus *Hananias* dicitur, unumque omnes biennio & amplius Epiſcopatu pius functum concedunt, quam B. Marcus Alexandriæ mortem oppeteret. In Actis Latinis S. Marci, quæ Wolfgangus Lazius Viennenſis ex vetuſtiſſimo codice edidit, *Anzianus* ſcribitur, librarii utique errore. Quum annus emortualis B. Evangeliſtæ incertus omnino ſit, nihilo certior eſt annorum numerus quibus Anianus ſedit. Euſebius hunc Imperatoris Domitiani anno quarto fato functum ſcribit . . . . . *Anno Domitiani quarto, primus Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus Anianus, duobus & viginti annis exactis, exit e vita. Cui ſecundus ſucceſſit Abilius*; quia nempe Marcus, qui urbis hujus Epiſcopatum geſſerat, non tam Epiſcopus, quam Apoſtolus cenſeretur, cujus muneris eſſet Eccleſias per varias diſparataſque regiones inſtituere, Epiſcopos creare, nulli propriæ certæ Sedi addictus.

(m) Vid. Quien. II, colum. 1101. De S. Addæi Edeſſam adventu, & prædicatione per Orientis Regiones varias, hæc Neſtorianus Scriptor Maris filius Salomonis tradidit: Addæus (a S. Matthæo) *miſſus eſt in Orientem*: Pergit ille auctor: *Maris ejus diſcipulus. Addæum Thomas in Orientem miſit, quem ſequtuus eſt Maris ejus diſcipulus. Quum Addæus Roham* (Edeſſæ urbis nomen aliud eſt) *veniſſet, manſit apud virum quemdam timentem Deum: ejuſque fama ad Abgarum perlata, intellexit Princeps, pollicitationem ſibi a Chriſto factam impleri. Quamobrem Addæum accerſitum humi ſe proſternendo veneratus eſt, admirans hominis formam humanam auguſtiorem, quæ pariter admiratio cæteros perculit. Tum Addæus, propter fidem, inquit, tuam miſit me Dominus, ut te ab infirmitate qua laboras ſanarem, & a peccatorum pelago liberarem. Tum Abgarus habere ſe in animo ait, ut Judæos omnes in ſua provincia deleret, in ultionem illatæ Chriſto, infantibuſque ipſius cauſa mortis: Addæus vero docuit, omnia hæc, cœleſti providentia adminiſtrante, geſta eſſe: tum impoſitis manibus a lepra illum curavit, varia deinde præcepta dedit, infirmoſque omnes*

triarchæ quemadmodum in Apoſtolorum hæreditatem, ita etiam in eorum veſtigia ingreſſi ſunt, atque in ſuæ Diœceſeos Provinciis regendis, adminiſtrandiſque Coepiſcopos Digniores ſuorum munerum Vicarios ſibi addendos eſſe ſemper putarunt; quos ſi nunc requiris, eos in Metropolitanarum Urbium Præſidibus invenies. Hi igitur, qui nunc a nobis Metropolitani, atque Archiepiſcopi vocantur principio meri erant Apoſtolorum Vicarii, atque adjutores, nulli certæ Eccleſiæ adſtricti, uti de Tito, Timotheo, Marco ſupra dictum eſt, (Vid. L. I, Qu. XLII.) ſed inſtar Apoſtolorum, quibus inſerviebant, per omnia Provinciarum loca diſcurrebant, omnibus Eccleſiis conſulebant, videbantque, ne quid uſpiam res Chriſtiana de-

---

mnes civitatis crucis ſigno curavit. Obtulit Addæo pecunias Abgarus, quas ille recuſavit, dicens: Gratis accepimus, gratis damus. Eccleſiis illic ædificatis, Niſibim profectus eſt cum Abi & Mari, incolaſque baptizavit. Marim miſit in Orientem verſus Haram. Abim vero in Cordei & Bezabdæi. Addæus porro prædicavit Hazæ & in regionibus Bajormi & Moſul. Deinde Edeſſam reverſus, ibidem obiit poſt annos 22, ſuperſtite adhuc Abgaro. Qua narratione non conſtat Thaddæum Addæumve Seleuciæ prædicaſſe, nedum ibi ſediſſe Epiſcopum, ut primus urbis hujus Antiſtes haberi debeat.

Abi vel Ahos, Achæuſve Addæi diſcipulus, regreſſo Edeſſam magiſtro ſuo, profectus eſt in montanam regionem Ahwaz vel Suſianam, & alias Sindiæ vicinas, ubi Chriſtum enuntiavit. In his porro Eccleſiis quum vetus Teſtamentum Hebraice, trito Judæis more, legeretur, ſacrum illum contextum Syriace tranſtulit. Accepta S. Addæi nece Edeſſam, Chriſtianos hujus urbi incolas ſolaturus repetiit, ſed a Maano Abgari filio, qui Gentilium ſuperſtitionibus ſtudebat, necatus quoque eſt.

Idem *ibid.* Maris vel Mares fidem in regione primum Beth-Garme vel Begarme, deinde in Babylonia, tum Ahwaz, ſive Suſiana, cis & trans Tigrim, in Caſcar vel Caſgar propagavit. Evangelium ab ipſo Perſas accepiſſe negavit aliquando Perſidis Metropolita Simeon, eique obnoxii Præſules, religionem ab ipſo Thoma Apoſtolo ſuam in provinciam invectam cauſantes, ſeque Seleucienſi Catholico vel Primati obſtrictos negantes, adverſus Timotheum I, Catholicum XLV, de qua lite ſuis locis iterum ſermo erit. In illis porro regionibus Eleona vir quidam præpotens Chriſti fidem amplexus, trecentas & ſexaginta Eccleſias ædificavit, ampliſque redditibus locupletavit, monaſteria quoque aut cellas. Venit Mares Seleuciam, ubi Magorum ingens auctoritas erat, artiumque magicarum ſtudium vigebat, habitaque cum Dionyſio Sacerdote quodam congreſſu, canonem ſcripſit, quo ab ejuſmodi flagitiis abſtineretur. Illic publici epuli conſuetudo erat, juvenum atque ſenum ſeorſum, quo Maris accedens convivii principem repentino morbo correptum ſigno crucis ſanavit; illis eum uti Deum venerantibus, ipſe ſe Apoſtolum dumtaxat profeſſus eſt, omnipotentis Dei cœli terræque creatoris, Chriſtique adeo fidem inſinuavit. Quibus illi auditis Marim convivii parentem renunciarunt. Alia ibidem miracula edidit, quibus illorum complures ad veram religionem adducti ſunt, Eccleſiæque exſtructæ fuerunt, præſertimque celebris illa Cuchenſis reliquarum ampliſſimi illius Orientalis tractus mater, in qua deinceps reliqui ejus ſucceſſores Catholici inaugurari juſſi ſunt. Badraiam in vicum Seleuciæ & Cteſiphonti vicinum, qui & *Durkani* ſubinde dictus eſt, profectus, mulierem quandam opulentam, cui *Kani* nomen erat, ſacro baptiſmo tinxit, quum ea ab ipſo lepra exempta eſſet: cellas monaſterii inſtar condidit pro Pyræo quod ibidem prius exſtiterat, ubi ſepeliri voluit. Seleucia Caſgarim perrexit, incoliſque ad fidem ab idolorum cultu converſis Epiſcopum ordinavit. Hinc natam eſſe conſuetudinem aliam ferunt, ut Catholicus ab Epiſcopo Caſcarenſi conſecraretur. Seleuciæ Maris obiit anno Alexandri 393, Chriſti 82, die 19 menſis Tamuz, qui Julio noſtro reſpondet, quum ſediſſet annos 33. Hæc de Mari I Catholico Maris Salomonis filius, quem Amrus Matthæi filius Neſtorianorum alter ſcriptor in texenda Catholicorum hiſtoria ſequutus eſt.

detrimenti caperet. At cum poſtea ii ſingulorum Apoſtolorum ſucceſſores extiterint, qui Eccleſiarum Matrum proprii erant Epiſcopi, atque Patriarchæ, ita hi eos adjutores ſibi deligere, ſuaſque partes iis imponere cœperunt, qui nobiliorum Civitatum Epiſcopatum tenebant, eiſque in ſubditorum locorum Epiſcopos ſuum mandarunt imperium. Quamquam nec ſubinde ſtatim, nec in omnibus Diœceſibus id factum fuit. Nam in Diœceſi Alexandrina, tribus exactis, quartum jam acceſſerat Sæculum, & Vicaria Patriarcharum poteſtas, quam nos Metropoliticam modo dicimus, nulli adhuc certæ Eccleſiæ illigata erat, ſed deſultoria huc illucque vagabatur, nec ſtabilem, fixamque ſedem habebat, ubi conſiſteret. Magnus enim Athanaſius cum in Ptolemaide Chriſtianas opes tenues admodum, & exiguas augere vellet, Siderium Hydracis ac Palebiſcæ Epiſcopum illuc legavit, eique vices ſuas commiſit, uti habemus ex epiſtola 67 Syneſii ad Theophilum Alexandrinum, cujus hæc ſunt verba: *Magnus ille Athanaſius cum exiguam adhuc Ortodoxæ fidei ſcintillam, quæ in Ptolemaide erat, fovere, magiſque ac magis optaret accendere* (Siderium) *eo commigrare juſſit, UT REM ECCLESIASTICAM CUM METROPOLITICA POTESTATE GUBERNARET*. Ita reddenda ſunt ea Syneſii verba: τὴν μητροπολίτην ἐκκλησίαν ἐπιτροπεύσοντα. Qui vertunt ut *METROPOLITICAM ECCLESIAM GUBERNARET*, non cogitarunt, Eccleſiam Ptolemaidis nunquam fuiſſe Metropolitanam, nec Siderium uti Ptolemaidis Epiſcopum, ſed uti Athanaſii legatum illic cum imperio fuiſſe, ac ſua legatione functum ad ſuam Palebiſcæ Eccleſiam rediiſſe: *Sed illum*, inquit Syneſius ibidem, *ſenectus* ad paganas Eccleſias (Hydracem & Palebiſcam) *reduxit; ubi e vita diſcedens ſucceſſorem non habuit, qui nec ipſe quidem in locum alterius ſucceſſerat, Palebiſca & Hydrace in antiquam formam redactis, & Erytro contribulis tui, ut ajunt, Venerandi capitis decreto*. Quid? Ipſe enimvero Syneſius Vicaria Theophili Alexandrini perſona indutus fuit, Lybicaque Præfectura cumulatus, (Vid. Evagrium l. 7, Hiſt. c. 15, Joannem Moſchum Prat. Spirit. c. 195) nec ejus proinde Eccleſia Metropolitico honore adaucta. Quid dicam de Meletio? de quo Epiphanius hær. 68 hæc habet: *Ille quidem* (Meletius) *cæteris Ægypti Epiſcopis antecellens ſecundum a Petro* (Alexandrino Patriarcha) *dignitatis locum obtinebat, utpote illius adjutor, ſed eidem tamen ſubjectus, & ad ipſum de cauſis Eccleſiaſticis referens*. Quiennius Or. Chriſt. T. II, col. 597, §. IV, hunc Epiphanii locum expendens ait, ſe aſſequi minime poſſe, cur Lycopolitanus Epiſcopus in Metropolitarum cenſum hic deferatur, cum certum ſit, Lycopolitanam Eccleſiam inter Metropolitanas nunquam fuiſſe. Sed non vidit vir perſpicaciſſimus, in Alexandrina Diœceſi Patriarchalem poteſtatem Alexandrinæ quidem Eccleſiæ adnexam ſemper fuiſſe, Metropoliticam vero non Eccleſiis implicitam, nec Civitatum ſplendoris, ſed meritorum præſtantiæ ſtudioſam fuiſſe, nec locorum nobilitatem, ſed Perſonarum pietatem, doctrinam, rerumque gerendarum prudentiam priſcis illis temporibus fuiſſe ſequutam. Quod & in Aſiana Diœceſi Sæculo ſecundo ſervatum eſſe intelligo. Nam licet Smirnenſis Eccleſia tunc temporis nulla Metropolitica luce fulgeret, tamen Polycarpus Smirnenſis Epiſcopus poſt Epheſinum Primatem primas in Aſiæ provinciis geſſit. (Hieronym. in Script. Eccl.)

§. V.

§. V. Verum enim cum nobiliores urbes digniores plerumque Epiſcopos nactæ ſint, factum eſt, ut dum Vicaria Patriarcharum poteſtas digniores Epiſcopos affectabatur, in nobilioribus etiam Urbibus reſideret. Cum autem quod plerumque & perſæpe fit, conſuetudinis naturam ſenſim induat, in eum demum locum ventum eſt, ut quos olim meritorum præſtantia in Patriarchalis poteſtatis ac operis partem vocabat, nunc Eccleſiarum nobilitas ad illam evehat dignitatem, tantoque operi, ac poteſtati pares faciat. Ita qui quondam Patriarcharum Vicarii, nunc Metropolitanarum Urbium Archiepiſcopi, qui olim a Patriarchis creabantur, nunc Eccleſiis ipſis conglutinati naſcuntur.

QU. IV.

QU. V.

Metropolitarum Inſtitutio divina ne an humana?

§. I. QUemadmodum Metropolitis non ſemper idem nomen, titulus, atque inſignia, (Vid. ſupra Qu. I.) ita non idem ſemper ſtatus, ſeſſio, atque inceſſus. Triplex itaque illorum ſtatus fuit. Primo tempore, Epiſcopali ii quidem Sacerdotio præditi, ſed nullius certæ Eccleſiæ Epiſcopi proprii extiterunt. Secundo autem certarum Eccleſiarum Epiſcopi quidem proprii extitere, ſed Metropolitica eorum dignitas certis illis Eccleſiis minime erat alligata. Tertio denique certam, ſtabilem, fixamque ſedem, in qua cum ſua dignitate ſemper conſiſterent, adepti ſunt.

§. II. Primi illius ſtatus ſpecimen habes in viris Apoſtolicis Tito, Timotheo, Epaphrodito, Tychico, Eraſto, aliiſque hujuſmodi, de quibus Euſebius L. III, c. 37, ita loquitur: *Munus obibant Evangeliſtarum..... Hi, poſtquam in remotis, ac barbaris regionibus fidei fundamenta jecerant, alioſque Paſtores conſtituerant, ad alias gentes properabant*. Et quoniam ſingula ſæcula alicubi (*a*) ſuam primævam habuere Eccleſiam, en tibi ſæculo ſecundo Cajum Romanum, (*b*) ſæculo IV Frumentium, Moſen Anachoretam, & Vuillam, (*c*) ſæculo VI Auguſti-

(a) Fleury Troiſeme Diſcours à l' Hiſtoire Eccleſiaſtique §. 24. *Chaque temps a éu ſa primitive Egliſe*.

(b) Benedict. XIV de Syn. Diœces. l. 2, c. 7, n. 1. Eodem fere modo in fine ſecundi ſæculi, Cajum ex Romano Presbytero Epiſcopum ordinatum, nullius Eccleſiæ cura illi commiſſa, aſſerit Franciſcus Blanchinus tom. 2 Anaſtaſii in not. ad Vitam S. Eleutherii pag. 142, ubi contra Pagium defendit, ſæpius a Romani Pontificibus ordinari conſueviſſe ejuſmodi Epiſcopos, quos vocat *Epiſcopos Gentium*; eo quod, data opportunitate ad gentes mitterentur, quæ in Chriſtiana religione inſtitui expoſcerent.

(c) Thomaſſin. Vet. & Nov. Eccl. Diſcipl. Part. I, Lib. I, cap. 54, n. 2. Cum ab Apoſtolis ad Apoſtolicas Sedes quaſi hæreditate veniſſet poteſtas amplior: ab his idcirco frequentiſſime poſtulatum eſt, ut novæ Coloniæ conderentur. Narrant Ruffinus, & Socrates, ab Athanaſio ordinatum eſſe Frumentium Epiſcopum, miſſumque in indiam, ut quæ jam ibi feliciter pro fide auſpicatus erat, ea auſpicatius etiam perficeret. Appellabantur autem jamdudum, communi Indiarum nomine, remotiores ab Imperii finibus Provinciæ, eæ maxime, quæ verſus Orientem erant & Meridiem porrectæ. *Frumentius Alexandriam adventans, Athanaſio rem omnem narrat, &c. Indos Religionem Chriſtianam recepturos oſtendit, &c. Athanaſius ipſum Frumentium Epiſcopum deſignat, &c.* Cum vero Valente imperante negavit Sarracenorum Regina, ſe pacem ante Romanis daturam, quam accepiſſet Epiſcopum, qui ſuos ad Chriſtianam fidem neceſſariis elementis inſtrueret: electus ei rei Moyſes Anachoreta Alexandriam perductus eſt,

guſtinum Monachum, (*d*) atque, ut poſteriora ſæcula miſſa faciam, ſæculo denique VIII Bonifacium, (*e*) qui non ſingulis ſinguli Civitatibus, ſed ſinguli ſingulis nationibus dati fuerunt.

§. III. Alterius ſtatus effigiem tibi exhibent Policarpus, Siderius, Syneſius, Meletius, qui licet certarum Eccleſiarum proprii eſſent Epiſcopi, tamen Metropolitica eorum poteſtas cum iis Eccleſiis, quarum erant Epiſcopi, minime erat conjuncta. (Vid. ſupra Qu. IV.) Quod ſi alia hujuſce ſecundi ſtatus exempla deſideras, rurſus in ſcenam prodeant Auguſtinus Monachus, & Bonifacius, (*f*) qui Anglis,

eſt, ut ibi ordinaretur. *Alexandriam, ut illic Sacerdotii dignitatem capeſſeret, deductus*. Verum cum Alexandriæ Epiſcopum offendiſſet Arianæ veſaniæ ſigniferum, ad Epiſcopos Orthodoxos pro fide exulantes profectus eſt, ut Epiſcopus conſecraretur.

Ordinabantur non Civitati uni ejuſmodi Epiſcopi, ſed univerſæ Nationi, propterea quod perſæpe ne nota quidem erant Civitatum nomina. Adde quod viris Apoſtolicis, proinde ut Apoſtolis rapiebantur, nec remorandus Evangelicæ victoriæ curſus velociſſimus.

(d) Thomaſſin. ibid. cap. 31, n. 6.

(e) Hincmarus Rhemenſis Epiſt. 6, c. 19. Gregorius Secundus, & Tertius Bonifacium Legatum Sedis Apoſtolicæ ad reformandam Chriſtianitatis Religionem primo Presbyterum, deinde Epiſcopum ordinatum direxerunt. Cui per annos viginti quinque in eadem prædicatione *ſine Sede Cardinali* laboranti præfatorum ſucceſſor formavit ad locum.

(f) Thomaſſin. ibid. n. 2. Apoſtolici ergo legati munia, & poteſtatem omnem Vicarii Apoſtolici explicuit Bonifacius per omnes Galliæ, Germaniæque Eccleſias Sedi ipſe Eccleſiæque adfixus nulli, donec aliquanto poſt tempore Zaccarias Papa Eccleſiæ Moguntinæ fecit Epiſcopum.

Idem ib. n. 5. Bonifacius ſuffecto in Sede Moguntina ante obitum ſuum Lullo Presbytero, ut ad Friſones pergeret, ubi ipſum deſponſa manebat Martyrii palma, ſuſceptoque deinde Sedis Ultrajectinæ vacantis regimine, non potuit quam habebat perſonæ ſuæ adglutinatam Sedis Apoſtolicæ Legationem, in Eccleſiam transmittere Moguntinam. Harum rerum teſtes locupletiſſimi ſunt, qui vitam Bonifacii litteris mandavere, Villibaldus & Othlenus.

Ad Anglos nunc veniendum nobis eſt, ad quos miſſus a Gregorio Magno Auguſtinus Monachus cum aliis ejuſdem propoſiti conſortibus venerat, dux ipſe operis, ut fidei Chriſtianæ lumen inferret, tum Anglis, tum complurimis gentibus, quarum colluvies in Magnam Britanniam exundaverat, proſtraveratque quidquid ibi Imperii Romani gloria, aut fidei Chriſtianæ ſanctitate hactenus floruerat. Auguſtinum Pallio donavit Gregorius, juſſum Sedem ſuam Londini collocare, & duodecim creare Epiſcopatus, Londinenſi Metropoli parituros, cujus Præſules Pallio a Romana Sede ſemper donandi eſſent. Juſſerat & Eboracum ab eo mitti Antiſtitem, & felices exitus ſi res haberet, lapſu temporis alteram ibi condi Metropolim, a qua duodecim quoque penderent Epiſcopatus; facta ſpe mittendi & ad Eboracenſem Metropolitanum Pallii, ita ut tamen Auguſtino, quandiu in vivis ageret, obnoxius eſſet Eboracenſis; eo autem extincto, abſolutus eſſet omnino a jure Londinenſium Metropolitanorum. Adſcribenda nunc ſunt Gregorii verba: *Uſum tibi Pallii concedimus, ita ut per loca ſingula duodecim Epiſcopos ordines, qui tuæ ditioni ſubjaceant; quatenus Londinenſis Epiſcopus civitatis ſemper in poſterum a Synodo propria debeat conſecrari, atque honoris Pallium ab hac Apoſtolica Sede percipiat. Ad Eboracum vero civitatem te volumus Epiſcopum mittere, ut ipſe quoque duodecim Epiſcopos ordinet, ut Metropolitani honore perfruatur, quia ei quoque Pallium tribuere proponimus, quem tamen tuæ fraternitatis volumus diſpoſitioni ſubjacere. Poſt obitum vero tuum, ita Epiſcopis, quos ordinaverit, præſit, ut Londinenſis Epiſcopi nullo modo ditioni ſubjaceat. Sit vero inter Londoniæ, & Eboracæ civitatis Epiſcopos in poſterum honoris iſta diſtinctio, ut ipſe prior habeatur, qui prius fuerit ordinatus.*

glis, & Germanis ad Chriſtianam fidem perductis, licet Cardinalem ſibi poſtea nacti fuiſſent Eccleſiam, eorum tamen Metropoliticæ dignitatis amplitudo quaſi deſultoria ad alias Eccleſias commeavit.

§. IV. Tertii ſtatus ſpeciem effictam, atque expreſſam videmus in Concilio Taurinenſi ſæculo IV, in quo de re Metropolitica Arelatenſes inter & Viennenſes litigatum fuit, eaque non perſonarum excellentiæ, ſed Civitatum præſtantiæ fuit adjudicata. (g) Hilarus Papa anno 464 de Metropolitana dignitate tanquam de Eccleſiarum privilegiis loqui non dubitavit. *Nolumus*, inquit, *Eccleſiarum privilegia, quæ ſemper ſunt ſervanda, confundi*. Adeo tunc temporis exoleverat is mos, ut Metropolitica res perſonas ſequeretur, adeoque inoleverat conſuetudo, ut Eccleſiis adhæreſceret. Jure igitur clamabat ſæculo VII Montanus Epiſcopus Toletanus in Epiſtola ad Palentinos, Jus Metropoliticum Eccleſiæ ſuæ inſitum eſſe, atque vetuſtum: *Præſertim cum Toletanæ Urbi Metropolitani privilegium vetus conſuetudo tradiderit*. Sed non opus eſt pluribus in ea re, quæ plurimorum Sæculorum ſtadium emenſa, noſtris hiſce temporibus in omnium oculis verſatur. Atque illa demum conſuetudinis noſtræ formula jam eſt, ut, in Metropolitis conſtituendis, non perſonarum, ſed Civitatum atque Eccleſiarum ratio habeatur. Ne longius excurramus, in hac ipſa Civitate, in qua hæc ſcribo, hujuſce rei recentiſſimum extat veſtigium. *In Civitate Utinenſi unam Archiepiſcopalem Cathedram, & Sedem, Archiepiſcopatum Utinenſem nuncupandum, cum omnibus, & ſingulis juribus, etiam Metropolitico, cæteriſque præeminentiis, & prærogativis, aliis Archiepiſcopalibus Eccleſiis de jure, uſu, ac conſuetudine competentibus, perpetuo erigimus, & conſtituimus*. Benedict. XIV Tom. I Conſt. *Injuncta*, §. X, ann. 1752.

§. V. Hiſce præpoſitis, ſingulorum horum ſtatuum Inſtitutionem cognoſcamus. Servator, ac Dominus noſter Jeſus Chriſtus haud multo poſt Evangelicæ prædicationis initium duodecim viros ſibi adjunxit, mandans, ut pro ſe legatione fungentes in univerſum orbem irent, & omni creaturæ Evangelium prædicarent, credentibuſque æternum in Cœlis Regnum pollicerentur. Sed cum meſſis multa eſſet, operarii autem pauci, duodecim Apoſtolis ſeptuaginta duos addidit Diſcipulos, eiſque præcepit, ut & ipſi in vi-

(g) Natal. Alex. in Sæcul. IV, Cap. IV, Art. VII. Canone ſecundo, contentio inter Arelatenſem, & Viennenſem Epiſcopos de primatu exorta, fiduciario decreto ſedata eſt; ut ſcilicet qui ſuam civitatem probaret eſſe Metropolim, is Primatus honorem obtineret, aut certe ut bono pacis, Provinciam, ſi vellent, inter ſe dividerent, & proximas ſibi uterque civitates Metropolitani jure vindicaret. Gradus is fuit ad augendam Arelatenſis Eccleſiæ dignitatem. Cum enim olim Arelate Viennæ ceu Metropoli ſubjaceret, ut conſtat ex Concilio Arelatenſi, in quo *Marinus Epiſcopus de civitate Arelatenſium Provincia Viennenſi*, ſubcripſit; & ex Imperii notitia, variis a Principibus ornata privilegiis: unde & CONSTANTINA a Conſtantino, & GALLULA ROMA ab Auſonio vocata eſt, & a Valentiniano II, atque Honorio Principibus MATER OMNIUM GALLIARUM ob Sedem Præfectorianam, quæ illuc ex civitate Treverorum translata fuerat: ſenſim caput extulerunt Arelatenſes Epiſcopi, & jugum Viennenſium excuſſerunt, Primatus honorem ſibi arrogantes.

vineam ſuam irent, duodecim Apoſtolorum ſocii, atque operarii. Diſcipulorum nomina, & facta obliviofo pulvere temporum contexit longinquitas. Euſebius diligentiſſimus antiquitatis inveſtigator l. 1 Hiſt. Eccl. c. 12, fatetur, *eorum ſeriem nullibi præſcriptam reperiri*; recenſet tamen aliquos hominum fortaſſe ſermone etiam tum celebratos, Barnabam videlicet, Soſthenem, Matthiam, Joſephum Barſabam, Thaddæum, & Jacobum. Papias Joannis Auditor, & ſodalis Polycarpi, ſcriptor antiquus apud eundem Euſebium lib. III, cap. 39, Chriſti Diſcipulos appellat Ariſtionem, & Joannem alium ab Evangeliſta, eoſque Presbyteros cognominat. Origenes, ſeu alius auctor Dialogorum contra Marcionitas, Dial. I, addit Marcum, & Lucam, quod facit etiam Epiphanius hær. 20, §. IV, & hær. 51, §. VI. His annumerantur etiam Andronicus, & Junias, quos *cognatos, & concaptivos* vocat Divus Paulus (*h*), Ananias, qui Divum Paulum baptizavit, Simon, ſeu Simeon cognomento Niger, Lucius Cyrenenſis, & Manahen, qui manus eidem Paulo impoſuerunt, præterea Judas cognomine Barſabas, & Silas principem in Fratribus locum obtinentes, & Mnaſon antiquus Chriſti Diſcipulus appellatus. (Act. IX, 10, Act. XIII, 1, Act. XX, 32, Act. XXI, 16.) (*i*).

§. VI. Hoſce Chriſti Diſcipulos in Chriſti doctrina diſſeminanda, cœtibuſque Chriſtianorum colligendis Apoſtolorum comites, ſocios, adjutores, adminiſtros extitiſſe perſpicuum eſt ex paucis illis, quæ ex temporum injuria, atque ſilentio erepta ad nos uſque pervenerunt. Ac Marcus quidem ab Origene, & Epiphanio in Chriſti Diſcipulorum numerum relatus, a D. Petro Romam cogitante itineris ſocius aſcitus fuit, qua in Urbe ejus opera, ac manu in Evangelio conſcribendo Petrus uſus eſt. Ab illo præterea adjutus fuit Petrus in Venetis ad Chriſti fidem perducendis, & in Aquilejenſi Eccleſia conſtituenda. Sed Pa-

(h) In Epiſtola ad Romanos cap. XVI, 7, ubi ſtatim ſubjicit hæc: *Qui ſunt nobiles in Apoſtolis, ideſt nobiles inter prædicatores*; ut explicat D. Thomas in hunc locum, *qui & ante me fuerunt in Chriſto*, ſcilicet *prius fuerunt converſi, quam ipſe Apoſtolus*, ut ait idem S. Thomas. Novi interpretes qui *Juniam* æque, atque Andronicum viri nomen eſſe exiſtimant; S. Chryſoſtomus homil. 31 in citatam Pauli epiſtolam pag. 317, ac Theophylactus in eamdem Epiſtolam p. 155, nomen fœminæ. His conſentit Menologium Græcorum editum per Cardinalem Sirletum die 17 Maji apud Caniſium tom. 3 Lectionum Antiquarum part. 1, pag. 431, & Menologium Baſilii Imperatoris apud Bollandum ad memoratum diem pag. 4, tom. 4. *Juliam* pro *Junia* habet textus apud Origenem in hunc locum pag. 629, citati tom. 2.

(i) Bollandus die IV Januarii pag. 162. *Sanctorum* LXXII *Chriſti Diſcipulorum agunt Græci hoc die commemorationem*.
Gelaſinius in Martyrologio Romano 4 Jan. *In Græcia commemoratio Sanctorum ſeptuaginta duorum Diſcipulorum Domini*.
Sauſſajus in Martyrologio Gallicano ad eumdem diem, pag. 9, tom. 1. *Commemoratio Sanctorum ſeptuaginta duorum Diſcipulorum Domini, quorum plerique Gallias cæleſti Evangelicæ veritatis lumine irradiantes, Eccleſiarum multarum inſignium illic fundamenta adhuc ſolida poſuerunt.* Utrum Sauſſajo ſit adjungenda fides, dubitant Bollandiani Idibus Julii pag. 17, tom. 4. *Hec de Eccleſiarum Gallicanarum fundamentis ſatis confidenter, & magnifice aſſeruntur: utinam tam vere ac ſolide probarentur*.

Patriæ charitas ab Italia ad Cyrenem eum revocavit, ubi S. Simoni Apoſtolo in Ægyptiis agris irrorandis, irrigandiſque multa & magna attulit adjumenta, atque ſubſidia. Namque & plurimos per Baptiſmum Chriſto initiavit, & Alexandrinæ Eccleſiæ fundamenta poſuit, tamque multos ad divinam Chriſti legem amplectendam impulit, ut eorum numero permota Civitas in ipſum tanquam Numinum everſorem conjuraverit. Idem Lucas, qui ab Epiphanio hær. 51, §. VI, Chriſti diſcipulus dicitur, ab Hieronymo in Catal. Script. Eccl. cap. 7, *omnis peregrinationis D. Pauli comes*, & ab Irenæo l. 3 adv. hæres cap. 11, *Sectator Apoſtolorum* appellatur, & a S. Joanne Chryſoſtomo laudatur, *quod Pauli Apoſtoli latus ſemper texerit, quodque per omne tempus illum fuerit aſſectatus*. Quantopere vero Lucas Paulum adjuverit & in Evangelii ſcriptione, & in Eccleſiarum procuratione, ipſe Apoſtolus indicat in Epiſtola ſecunda ad Corinthios VIII, 18, in qua de Luca loquens, *Cujus*, inquit, *laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias*. Soſthenem Principem olim Synagogæ, ſubinde Chriſti Diſcipulum, nec non Silam ſeu Silvanum & primas inter Chriſti Diſcipulos tenuiſſe, & in Corinthiorum, ac Colophoniacis Eccleſiis excolendis Joannis & Pauli Apoſtolorum votis, optatiſque reſpondiſſe, Scriptores produnt antiquiſſimi. (Martyrol. Roman. ad diem 25 Novem. & Dorothæus Tyrius.) Ariſtionem vero illum, quem Papias Hierapolitanus apud Euſebium l. 3 H. E. cap. ult. e ſeptuaginta Domini Diſcipulis unum fuiſſe tradit, in erudiendis Cypriis ſe ſe ad Barnabam junxiſſe, & Lucium Cyrenenſem in Cencrearum, Laodiceæ & Philadelphiæ Eccleſiis exædificandis Pauli, Jacobi, & Joannis Apoſtolorum vices ſuppleſſe, Beda, Uſuardus, Ado, Scriptor Conſtitutionum Apoſtolicarum l. 7, cap. 46, Menologia Græcorum, illudque imprimis vetus, quod Tom. II Antiq. Lect. Caniſii latine editum eſt ad diem 22 Aprilis, fidem interponunt ſuam. Thaddæum unum ex ſeptuaginta duobus Diſcipulis Thomæ unius ex duodecim Apoſtolis imperata feciſſe, ac barbaras gentes ad Chriſtum pertraxiſſe, Simonem itidem Chriſti diſcipulum Jacobo Chriſti Apoſtolo in Judæorum moribus expoliendis præſto fuiſſe l. 1. cap. 13, & l. 3, c. 31, teſtatum reliquit Euſebius.

§. VII. Quos mihi propoſui brevitatis fines, ac monumentorum inopia prohibent me plura de Chriſti diſcipulis dicendo perſequi, ſed ex illis paucis, quæ attigimus, cæteros diſce omnes, illudque habe, Chriſti diſcipulos nihil aliud fuiſſe, quam Apoſtolorum Vicarios, adjutores, atque adminiſtros.

§. VIII. Chriſti Diſcipulis vel additi, vel ſubrogati fuerunt ii, qui Apoſtolorum Diſcipuli dicti ſunt, eodem honore, eadem legatione, eadem poteſtate cumulati. Utrique enim in ſacris Litteris *Apoſtolorum* nomine inſigniuntur, utrique in *fratrum* numero habentur, utrique eodem miniſterio decorantur. Nam ſi in epiſtola ad Romanos XVI, 1, & in II ad Corinthios VIII, 2, 3, Andronicus, Junias, Silas, & Judas Chriſti Diſcipuli nominantur *Apoſtoli*, etiam in Epiſtola ad Philippenſes Epaphroditus Pauli Diſcipulus *Apoſtoli* nomine indigitatur. *Neceſſarium autem exiſtimavi, Epaphroditum Fratrem, Cooperatorem, Commilitonem meum, veſtrum autem APOSTOLUM, miniſtrum neceſſitatis meæ mittere ad vos*. Item ſi S.

Pau-

Paulus in Epiſtola prima ad Corinthios Soſthenem Chriſti Diſcipulum vocat *FRATREM*: *Paulus vocatus Apoſtolus Jeſu Chriſti, & Soſthenes Frater*, in ſecunda ad Corinthios I, 1, Timotheum quoque ſuum Diſcipulum *FRATREM* nuncupat: *Paulus Apoſtolus Jeſu Chiſti per voluntatem Dei, & Timotheus Frater*. Denique in Epiſtola ad Theſſalonicenſes, Silvanus Chriſti Diſcipulus, & Timotheus Apoſtolorum Diſcipulus nullo diſcrimine aguntur. *Paulus & Silvanus, & Timotheus Eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo Patre, & Domino noſtro Jeſu Chriſto*.

§. IX. Quod ſi igitur ſeptuaginta Diſcipuli a Chriſto Domino inſtituti fuerunt, ſi hisce Chriſti Diſcipulis Apoſtolorum diſcipuli ſuffecti ſunt, ſi ex Apoſtolorum Diſcipulis Metropolitæ originem ſuam ducunt, (Vid. ſupra Qu. IV, §. IV.) quid prohibet, quominus ſi primum Metropolitarum ſtatum ſpectemus, eos divino ſatos ſemine, ac divinitus inſtitutos eſſe dicamus?

§. X. Quid vero dicendum, ſi illos in altero ſtatu poſitos inſpiciamus? Eorum Metropolitarum, qui ſecundo loco deſcripti a nobis ſunt, ordinem ducit, ac claſſem regit S. Policarpus. *Hunc ab ipſiſmet Apoſtolis in Aſia, in ea, quæ eſt Smyrnæ, Eccleſia, conſtitutum fuiſſe Epiſcopum* uncialibus verbis aſſerit S. Iræneus l. 3 contra hæres. cap. 3. Metropoliticam autem poteſtatem in Aſia geſſiſſe, Hieronymus in Scriptor. Eccles. fidem nobis facere videtur. *Polycarpus*, inquit, *Joannis Auditor, ab eo Smyrnæ Epiſcopus ordinatus, TOTIUS ASIÆ PRINCEPS FUIT*. Officium præterea ac munus, quod obiit apud Anicetum Papam pro cunctis Aſiæ Eccleſiis, illum nobis primarium Aſiæ Epiſcopum, atque coriphæum certe oſtendit, nec Smyrnenſem interea Eccleſiam ulla illorum temporum monumenta Metropolitanam nobis demonſtrant. Quid amplius quærimus, ut pronunciemus, in Polycarpo Apoſtolico viro alterum Metropolitarum ſtatum depictum haberi, atque illius lineamenta ab ipſis Apoſtolis ducta fuiſſe?

§. XI. Quid denique de tertio Metropolitarum ſtatu ſentiendum? Equidem nec ad divinam, nec ad Apoſtolicam inſtitutionem referri eum poſſe, ſed longe poſt Apoſtolorum tempora, quin & poſt redditam Eccleſiæ pacem in conſpectum veniſſe aſſirmare non dubito. Tunc enim ſolum Civitates & Eccleſiæ mutuis ſe ſe complexibus fovere, ſua ſibi invicem bona, ſuoſque ſibi viciſſim honores communicare cœperunt; eaque demum inoluit norma, ac regula, ut in Metropolitana Civitate Metropolitana etiam eſſet Eccleſia. Qui ante Sæculum IV Metropolitanas Eccleſias ſtatuunt, ii nec Patriarchales a Metropolitanis ſecernunt, nec diverſos Metropolitarum ſtatus diſtinguunt. Nam Epiphanius hær. *66*, num. 1, & Athanaſius *de ſentent. Dionyſii Tom. I, pag.* 552, quos in rem hanc teſtes citat Binghamus *O. E. lib. II, cap. XVI*, §. *III*, de Patriarchali Alexandrina Eccleſia loquuntur, & Concilium Illiberitanum *Can.* 58, Cyprianus *Epiſtola* 42, Euſebius *Hiſt. Eccl. L. V, c.* 23, *ex Lib. VI, c.* 23, de ſecundo Metropolitarum ſtatu verba faciunt.

§. XII. Ut igitur rem totam complectar paucis, Metropolitæ primævam ſuam originem divinam eſ-

ſe

ſe clamitent, per me licet, varietates autem, fortunas, viciſſitudineſque, quibus obnoxii fuere, partim ab Apoſtolico, partim ab humano profectas fuiſſe conſilio nobiſcum recogitent.

QU. VI.

QU. VI.

Habeo de Metropolitarum Inſtitutione;

Nunc de Metropolitanorum Jurium Inſtitutione quæro.
Hæc divina ne, an humana?

§. I. JUvat hic ea recolere, quæ ſæpe ſæpius a nobis ſupra dicta fuit, & ad ravim uſque repetita, (Vid. Lib. I, Qu. V, & seqq. Lib. II, Qu. XI, & ſeqq.) nimirum Sacri Imperii ſummam uni Eccleſiæ a Chriſto Domino traditam eſſe, ab eaque una omnem Sacrarum rerum Juriſdictionem exire, atque in ſingulos Eccleſiarum Præſides, & Paſtores emanare. Quid opus eſt pluribus, ut fidenter pronuntiemus, Metropolitarum poteſtatem Eccleſiaſtici juris eſſe, divino quidem ſemine, humano tamen partu generatam?

§. II. Verum cum Eccleſiaſticorum Hierarcharum alii proximiorem, alii remotiorem ab Eccleſiæ Conditore ſuam repetant originem, videndum eſt, quoto gradu Metropolitæ ab ſuo diſtent protoplaſto, quotque, quibuſque intermediis atque interjectis fluviis harum aquarum vim in ſuos rivulos derivarint.

§. III. Rem tribus expedio verbis; ajoque, unam Apoſtolorum Univerſitatem, ejuſque Præſidem S. Petrum Sacrarum rerum poteſtatem ab ipſis Chriſti manibus accepiſſe, (Vid. ſupra Lib. I, l. cit.) ab Apoſtolorum Univerſitate ſuam ſibi ſingulos Apoſtolos hauſiſſe, (Vid. ſupra Lib. II, Qu. XI, §. 2, & Qu. XII, §. 3.) ab ſingulis Apoſtolis ſuam Apoſtolicos viros eſſe mutuatos. (Vid. ſupra Lib. III, Qu. IV, §. 3.) Apoſtolorum Univerſitatis locum tenet Œcumenica Eccleſia, ſingulorum Apoſtolorum Patriarchæ, Apoſtolicorum virorum Metropolitæ. Vides hinc Metropolitas tribus ab ſuo ſtipite gradibus abeſſe, eamque, qua circumfluunt, undarum copiam primum a Chriſto Dei Filio in Eccleſiam exundaſſe, dein ab Eccleſia in Patriarcharum ſinum ſe ſe effudiſſe, tum ab Patriarchis in Metropolitarum alveum defluxiſſe.

QU. VII.

Quænam ſunt Metropolitarum jura?

§. I. CUM Metropolitæ, ſi primam eorum ſpectamus inſtitutionem, nihil aliud ſint, quam Patriarcharum adjutores, adminiſtri, atque Vicarii, non ſecus ac Epiſcoporum Archipresbyteri rurales, ſeu Chriſtianitatis Decani, (Vid. Qu. IV.) Metropolitarum jura ea eſſe videntur quæ Delegatorum, queis nulla Juriſdictio propria, ſed precaria, quibuſque id ſolum licitum eſt, quod eſt a Delegante permiſſum. Titus (*a*) & Timotheus (*b*), quorum locum nunc tegunt Metropolitæ, Paulo Apoſtolo man-

(a) Vid. Sand. Hiſt. Ap. pag. 369. Titus diſſidio inter Fideles Corinthi ſuborto, illuc ad res componendas ab Apoſtolo miſſus, honorifice exceptus eſt, magnaque lætitia affectus, quod Corinthii ſibi dicto audientes fuiſſent. Corintho in Macedoniam ad Paulum ſe contulit, unde paullo poſt Corinthum remigrare juſſus obſequentiſſime paruit: qua occaſione delatam ab eo alteram ejuſdem Apoſtoli ad Corinthios epiſtolam, haud ego equidem ambigam. Anno Chriſti 57 ut placet Baronio, ut aliis 63, Cretenſis Epiſcopus a D. Paulo factus eſt, atque in Creta relictus, ut incolæ, qui *nuper crediderant*, quemadmodum loquitur Hieronymus, *haberent Apoſtolicum virum, qui ea, quæ videbantur deeſſe corrigeret, & conſtitueret per Civitates Presbyteros*, ſeu, ut vult Chryſoſtomus, Epiſcopos. Anno inſequente a Paulo per litteras monitus eſt, ut, cum Artemas, vel Tychicus in Cretam veniſſet impleturus locum ejus, ipſe ſtatim Nicopolim Macedoniæ contenderet, qua in Urbe Paulus hyemare decreverat. Ex Creta igitur ad Paulum Nicopoli agentem acceſſit. Poſtea ejuſdem Apoſtoli mandato in Dalmatiam profectus eſt, qua in regione adhuc morabatur, cum alteram epiſtolam ad Timotheum Paulus daret. Inde reverſus in Cretam, inſularum, quæ Cretæ circumjacerent, incolas Chriſtianæ religionis præceptis dicitur imbuiſſe.

(b) Vid. Sand. ib. pag. 371. Timotheum qui ab *infantia ſacras litteras noverat*, locium laboris adſcivit Paulus, atque *circumcidit*, ut *circumciſionem tolleret*, ut ſcilicet Judæi circumciſum libenter audirent, quem circumciſionis expertem contemſiſſent. Quantum vero hujus curæ omnes, vigiliæ, cogitationeſque ad cœleſtem Chriſti doctrinam evulgandam laboraverint, ipſius Pauli teſtimonio docuiſſe ſufſecerit. *Paulus itaque ipſum vocat filium, & filium dilectum, & fidelem, quæ verba omnem ipſius virtutem demonſtrare ſufficiunt. Sanctorum enim judicia nec ad gratiam, nec ad inimicitiam fiunt, ſed ab omni ſunt præſumta opinione libera.* Eumdem ait ſibi, tamquam *Patri filium*, in Evangelio adſuiſſe, & ſibi in Domini opere faciundo prorſus ſimilem, & adeo carum, ut de eo, cum preces ad Deum funderet, ſemper meminerit. Eumdemque omnium primum Eccleſiam Epheſinam adminiſtraſſe, auctor eſt Euſebius lib. 3 Hiſt. Eccl. cap. 4, quicum facit Chalcedonenſis Synodus, quæ Epiſcopos ſeptem & viginti a Timotheo uſque ad Stephanum Epiſcopatu ab illa dejectum, numerat. Quo autem tempore Epheſinæ Eccleſiæ a Paulo præpoſitus fuerit, latet. Illud eſt certum, Epiſcopatu initiatum eſſe a D. Paulo, & jam tum Epiſcopum fuiſſe, cum primam ad eum epiſtolam Paulus ſcriberet. Siquidem in ea modum illi præſcribit recipiendæ accuſationis adver-

mancipati, illius mandatis obſequentiſſime parentes, ab ejus juſſis, ac velitis ne latum quidem unguem diſcedentes, nec quidquam præter ſibi imperata, licere ſibi unquam exiſtimantes, quænam ſuorum ſucceſſorum poteſtas, ac munia eſſe deberent; ſuis factis ac moribus declararunt. *Meletius in Ægypto Archiepiſcopus* (utor verbis S. Epiphanii) *& Alexandro Patriarchæ ſubjectus, utpote illius adjutor & ad eum de Cauſis Eccleſiaſticis omnia referens;* (c) Metropolitas non ſua ſed aliena poteſtatis vi valere, exemplo ſuo comprobavit. Rufus, & Anaſtaſius Theſſalonicenſes, Patroclus, & Vigilius Arelatenſes, Zenon & Saluſtius Hiſpalenſes non ſolum Metropolitæ, ſed & Metropolitarum Metropolitæ, ſuam omnem Juriſdictionem ex Ss. Innocentii I, Bonifacii I, Leonis Magni, Zoſimi, Gregorii, Simplicii, Hormiſdæ Romanorum Patriarcharum delegatione mutuantes, ex eorumque litterarum formulis metientes, intraque ſepta ab iiſdem ſibi circumdata ſe ſe continentes, (Vid. ſupra. Lib. II, Qu. XXXV, XXXVII, XXXVIII.) Metropolitanas Sedes non propria, ſed Patriarchali luce lucere, ac coruſcare multis ipſi rebus oſtenderunt.

§. II. Cum autem eæ Delegationes, quæ ſemper, quæque eadem verborum formula fieri ſolent, extraordinariæ poteſtatis indolem exuant; ordinariæque Juriſdictionis mores, ac naturam ſibi induant, cumque a Patriarchis eadem fere ſemper Metropolitis mandari ſolita fuerint, nec opus amplius eſſet mandatorum formulis, hinc factum eſt, ut Metropolitæ ſtatim ac creabantur, ſola creationis vi ea omnia ſibi licere putarent, quæ nominatim antea mandari conſueverant. Quinimmo cum multi Canones eorum meminerint, quæ Metropolitarum fidei ab Patriarchis comuni quodam uſu committebantur, evenit præterea, ut Metropolitica jura non amplius Patriarcharum nutu, ſed Canonum præſcripto regerentur.

§. III. Quoniam vero præter ea, quæ uſitato quodam more permittebantur, nonnulla tamen erant, quæ raro, atque extra ordinem delegabantur; quæque in ipſa Metropolitarum crea-

verſus Presbyterum, eumque monet, ne ulli cito manus imponat, & ne aquam adhuc ad potum adhibeat, ſed modico vino utatur propter languentem *ſtomachum*, & *frequentes infirmitates*. Alteram poſtea epiſtolam accepit Timotheus haud multo ante mortem Roma a D. Paulo ſcriptam, *quam ſibi teſtamenti cujuſdam vice ſervaret*. In ea Timotheo mandabat Paulus, ut feſtinaret ante hyemem ad ſe venire, tum quod *cuperet, antequam excederet vita, plurima fortaſſis illi comendare*, tum quod *neminem* præter Lucam *haberet adjutorem in Evangelio*. Ut autem libentius iter ingrederetur, ſcribit ſe Epheſum miſiſſe Tychicum, ut abſentis munia obiret.

(c) Epiph. hær. LXIX, n. III. Ἀνήνεγκεν εἰς τὰ ὦτα τοῦ ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξάνδρου ὁ ἀρχιεπίσκοπος Μελίτιος ὁ κατὰ τὴν Αἴγυπτον, ὑπὸ δὲ χεῖρα Ἀλεξάνδρου ἐδόκει εἶναι.

Epiphan. hær. XXXVIII, n. I. Ἐδόκει δὲ καὶ ὁ Μελίτιος τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον προήκων καὶ δευτερεύων τῷ Πέτρῳ κατὰ ἀρχιεπισκοπὴν, ὡς δι' ἀντιλήψεως αὐτοῦ χάριν, ὑπ' αὐτὸν δὲ ὢν καὶ ὑπ' αὐτὸν τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἀναφέρων τοῦτο γὰρ ἔθος ἐστὶ τὸν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἀρχιεπίσκοπον πάσης Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος, Μαρεώτου τε καὶ Λιβύης, Ἀμμωνιακῆς, Μαρεώτιδός τε καὶ Πενταπόλεως, ἔχειν τὴν ἐκκλησιαστικὴν διοίκησιν.

creatione nequaquam tacite includi, ac contineri, ſed novo & ſpeciali mandato indigere videbantur, duplex inde emerſit Metropolitarum poteſtas, Ordinaria, & Extraordinaria. Ordinaria, quæ ipſi Metropoliticæ dignitati inſita, & innata habetur, atque ab Canonum legumque habenis ducitur; extraordinaria, quæ adventitiis juvatur viribus, atque Patriarcharum arbitrio ſecures aut ponit, aut ſumit. Ad ordinariam Metropolitarum Juriſdictionem hæc pertinent. I Epiſcopis præeſſe, de iiſque cognoſcere, ſtatuere, judicare. II Synodos Provinciales cogere, iiſque præſidere. III Eccleſiaſticarum legum cultum, ac Canonum obſervantiam in cunctis ſuæ Provinciæ Eccleſiis promovere. IV Vacantium Eccleſiarum adminiſtrationem capere, earumque res omnes in tuto collocare. V Univerſam provinciam viſitare, in provincialium fidem, moreſque inquirere, Eccleſiarumque ritus explorare. VI Ab Epiſcopis provocantes effugienteſque excipere, eorumque innocentiam ab Judiciorum pœna liberare. Ad extraordinariam hæc ſpectant. I Eccleſiarum fundationes. II Epiſcoporum Confirmationes. III Translationes. IV Abdicationes. V Coadjutoriæ cum certa ſucceſſionis ſpe. VI Perpetuæ Eccleſiarum fiduciæ. De ſingulis dicendum eſt.

QU. IX.

QU. VIII.

Metropolitæ ſunt ne Ordinarii Epiſcoporum Judices? (a)

§. I. Epiſcopos fractorum Canonum reos ad Metropolitarum tribunal rapiendos eſſe, auctoritas nos edocet, atque vetuſtas. Paulus Apoſtolus Timotheo, in cujus locum ſubiere Metropolitæ, (Vid. ſupr.

(a) Barboſa J. E. U. Lib. I, c. VII, n. 44. Auctoritas, & poteſtas Archiepiſcopi circa ſuffraganeos ſuos hodie conſiſtit, in cognoſcendo eorum cauſas; cum videlicet ab aliquo civiliter, vel criminaliter conveniuntur: Archiepiſcopus enim eſt Judex ordinarius Suffraganeorum, c. quia cognovimus, 10, Qu. 3, c. *Paſtoralis*, in princ. ubi Abb. n. 2, de offic. ord. c. *ſolicitudinem*, de appellat. Sbroz de Vicario Epiſcopi, lib. 2, q. 58, in princ. Botte de Synodo, p. 3, art. 2, ſub num. 27, Gonzal. ad reg. 8 Cancell. gloſſ. 42, num. 16, Soar. de Paz in pract. tom. 2, prælud. 1, n. 17, Marc. Anton. Genuenſ. d. c. 70, Gamb. de officio & poteſt. Legati a Latere lib. 2, tit. de variis Ordin. nominibus n. 31, Ego ipſe in collect. ad d. c. *Paſtoralis* n. 4, Quarant. d. verb. Archiepiſcopi auctoritas n. 10, vers. decimoſexto, ubi tamen in fine ejusdem n. 10, per gloſſ. verb. menſæ ſuæ, in Clem. ſi una de rebus Eccl. non alien. & Hoſt. in c. 2, per text. ibi, de transl. Epiſcopi, obſervat Archiepiſcopum in ipſos Suffraganeos nullam habere poteſtatem, niſi quatenus expreſſum in Jure reperitur, & ideo illi procedere volenti responderi poſſe, quia ſufficit quod caſus iſte non inveniatur expreſſe conceſſus. Unde pro declaratione materiæ adverto primo, Archiepiſcopum de civilibus cauſis tantum Suffraganeorum cognoſcere poſſe, ut per Abb. in d. c. *Paſtoralis*, n. 2, Sbroz d. qu. 58, n. 6, Quarant. d. n. 10, Læl. Jordan. in tract. de Romanæ Sedis orig. c. 13, & ult. num. 7, tom. 13, tract. Doctor. p. 1, fol. 18. Verum Scacc. de appell. qu. 8, n. 98, vers. in hac contrarietate, citans Abb. in c. *Paſtoralis*, 11, ſub n. 2, de offic. ordin. concludit, quod Archiepiſcopus indifferenter cognoſcit de cauſa civili, etiamſi ſubditus Epiſcopi conveniat Epiſcopum; nam debet eum convenire coram Archiepiſcopo a quo appellabitur ad Patriarcham; ſecus tamen dicit ſi Epiſcopus ageret contra ſuum ſubditum, quia non decet, ut Epiſcopus conveniat eum coram Archiepiſcopo, cum Archiepiſcopus non ſit Judex ſubditorum Epiſcopi, neque Epiſcopus debeat eſſe Judex in cauſa propria; & ideo eligi debent Arbitri auctoritate Juris, & a ſententia Arbitrorum appellatur ad Papam, omiſſo medio. Gemin. in c. *Romana* 3, §. *ab Archidiaconis*, ſub n. 4, de Appellat. lib. 6, ubi Franc. ſub num. 4, limit. 4, Brederod. de appellat. p. 1, tit. 18, in verb. *ab arbitris*, col. 202, Scac. d. tract. q. 7, n. 107. Quidquid autem ſit, inveni ſacram Congreg Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum reſcripſiſſe Epiſcopo Regien. ſub die 31 Maij 1588, Archiepiſcopum non poſſe eſſe Judicem in cauſis civilibus; quæ agitantur contra Epiſcopos Suffraganeos: in cauſis vero criminalibus non poſſunt hodie Epiſcopi conveniri, citari, aut moneri ſive ex officio procedatur, ſive per denunciationem, vel accuſationem niſi ob cauſam, ex qua venirent deponendi, aut privandi; & tunc etiam a ſolo Summo Pontif. terminandam, ex diſpoſitione Concil. Trid.

 ſeſſ.

ſupr. Qu. IV, §. 3.) modum præſcribens recipiendæ accuſationis (I Tim. V, 19) adverſus Presbyteros, qui eamdem tunc temporis ſuſtinebant perſonam, quam noſtri nunc gerunt Epiſcopi, (Vid. Lib. I, Qu. XLII, §. 3.) ſatis nos admonet, Metropolitas illos eſſe Quæſitores, ac Judices, ad quos ſontes Epiſcopi ſunt deducendi.

§. II. Quod ab Apoſtolis primis illis temporibus inſtitutum fuit, ab Eccleſia poſtea perpetuo cuſtoditum eſt. Nam in Concilio Carthaginenſi anni 393 Aurelius Epiſcopus hunc tulit canonem: *Quiſquis Epiſcoporum accuſatur, ad Primates Provinciæ ipſius cauſam deferat accuſator*. Can. 7, Concil. Tom. 7, pag. 961. Id ipſum repetitum fuit in Concilio Toletano III, an. 586, can. 20: *Clerici tam locales, quam Diœceſani, querelas ſuas, quas habent adverſus Epiſcopum, ad Metropolitanum deferre non differant, & Metropolitanus non moretur ejuſmodi præſumptiones coercere*. Concil. Tom. III, pag. 483. Eamdem incudem tutudere Matiſconenſis Concilii Patres anno 624: *Si aliquid contentionis adverſus Epiſcopum potentior perſona habuerit, pergat ad Metropolitanum Epiſcopum, & ei cauſas alleget, & ipſius ſit poteſtatis, honorabiliter Epiſcopum, de quo agitur, evocare, & in ejus præſentia accuſatori reſpondeat, & oppoſitas ſibi actiones extricet. Quod ſi talis fuerat immanitas cauſæ, ut eam ſolus Metropolitanus definire non valeat, advocet ſecum unum, vel duos Coepiſcopos. Quod ſi & ipſis dubietas fuerit, Concilium definito die, vel tempore inſtituant, in quo Univerſa rite Fraternitas collecta Coepiſcopi ſui cauſas diſcutiat, & pro merito aut juſtificet, aut culpet*.

§. III. Ne longum faciamus, neve per omnium Sæculorum Concilia eamus, Tridentini Patres ſuperiorum Conciliorum veſtigiis inſiſtentes, crimina Epiſcoporum, quæ Capitalia non ſunt, ad puteal Metropolitanum, adque adeo ad Provinciale Concilium pertrahenda eſſe decreverunt. Quod ſi vero Capitalia Epiſcoporum crimina, hoc eſt quæ Fidei bellum indicunt, eaque, quibus exauctorationis pœna propoſita eſt, Summi Pontificis Judicio reſervata eſſe voluerunt, nullum proinde vulnus antiquis Canonibus inflictum, uti contendunt Zypæus, & Eſpenius J. U. E. part. I, tit. XIX, c. III, n. 5, quinimmo primæva Eccleſiæ diſciplina ſuo nitori reſtituta. Nam

---

ſeſſ. 24, de reformat. c. 6, & 7, & ſeſſ. 24, etiam de reform. c. 5, notant Sbroz d. q. 58, num. 7, Quarant. loco proxime citato, Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neap. deciſ. 142, part. 4, Gonzal. ad reg. 8 Cancell. gloſſ. 41, num. 5, Eraſm. a Cochier. de Juriſd. ord. in exemptos, part. 1, q. 41, Scac. d. tract. de appellat. q. 8, n. 98, verſ. *ſecus*. Secundo adverto, Archiepiſcopos poſſe diſpenſare in votis, & juramentis Epiſcoporum Suffraganeorum, ut cum Palud. S. Antonin. Henriq. Avil. Sayr. & aliis reſolvit Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1, lib. 4, c. 38, n. 16, ſequitur Molfeſ. in Sum. Theologiæ Moral. tract. 11, c. 15, n. 111, licet Suar. de Relig. lib. 6, de voto; c. 11, n. 3, dicat in hoc caſu conſulendam eſſe conſuetudinem. Tertio adverto, quod quando eſt diſcordia inter Epiſcopos Suffraganeos ſuper perceptione jurium Epiſcopalium in Eccleſia, quæ eſt ſita in finibus duarum Diœceſum, poteſt Metropolitanus eos cogere, ut concordent, Bellencin. in tract de *charitativo ſubſidio*, q. 52, Proſper de Auguſt. in addit. ad Quarant. in Sum. Bullarii, verb. *Archiepiſcopi auctoritate*, verſ. 40.

Nam cum Fidei cauſæ ad univerſam Eccleſiam ſpectent, cumque ea, quæ univerſam attingunt Eccleſiam, in illius tutelam divinitus tradita fuerint, qui ad univerſæ Eccleſiæ excubias poſitus eſt, (Vid. ſupra Lib. I, q. VII, q. XX.) unuſquiſque intelligit, Epiſcopos Fidei proditores, deſertoreſque ante Summum Pontificem eſſe ſiſtendos. Hinc præclara illa S. Aviti Viennenſis vox: *Scitis Synodalium legum eſſe, ut in rebus, quæ ad Eccleſiæ ſtatum pertinent ad Romanæ Eccleſiæ Maximum Sacerdotem quaſi ad Caput noſtrum membra ſequentia recurramus*. Epiſtola 36, an. 496. Hinc ſapientiſſimum illud S. Petri Chryſologi effatum: (an. 449) *Nos enim pro ſtuſtio pacis, & Fidei extra conſenſum Romanæ Civitatis Epiſcopi cauſas Fidei audire non poſſumus*.

§. IV. Quod attinet ad alia crimina Abdicationis pœna digna, Occidentalis Eccleſiæ Epiſcopos eorum flagitiorum reos in Romani Antiſtitis Judicium adducendos eſſe, adductoſque retro fuiſſe & Canoniſtæ propugnant, & verenda adſtipulatur antiquitas. Audi ſis Gelaſium I ad Dardaniæ Epiſcopos Epiſtola XIII, anno 494. *Apoſtolica Sedes frequenter more Majorum etiam ſine ulla Synodo præcedente Epiſcopos abſolvendi & damnandi quos oportuit habuit facultatem*. Quid Leo Magnus, anno 444, qui Anaſtaſium Theſſalonicenſem, eo quod inconſulto Romano Pontifice Atticum Nicopolitanum Epiſcopum contumaciæ reum egerit, locoque moverit, hiſce verbis coarguit? *Sed etiamſi quid grave, intolerandumque committeret, noſtra erat expectanda cenſura, ut nihil prius ipſe decerneres, quam quid nobis placuerit agnoſceres*. Epiſtola 14, Tom. I, col. 686, edit. Baller. Jure ſane ac merito. Nam cum illius ſit exauctorare Epiſcopos, cujus eſt auctorare, cumque Occidentalium Epiſcoporum auctoratio ab Romani Antiſtitis tanquam Occidentalium Eccleſiarum Patriarchæ auctoritate penderet, (Vid. ſupra Lib. II, qu. IX, & qu. XXIII.) etiam exauctoratio ab ejuſdem ſententia pendere debuerat. Quod ſi Metropolitæ tam in creandis, quam in abdicandis Epiſcopis nonnunquam aliqui eſſe viſi ſunt, extraordinario jure, precarioque uſos tum eſſe dicendum eſt. (Vid. infra qu. XXXIX.)

§. V. Hæc omnia ſi ſecum ipſi reputaſſent Zypæus, & Eſpenius, ab Concilio Tridentino Metropolitarum poteſtatem non imminutam, ſed ſuo loco redditam fuiſſe judicaſſent. Lubet ipſum Tridentini Concilii textum exſcribere. *Cauſæ criminales graviores contra Epiſcopos, etiam hæreſis, quod abſit, quæ depoſitione aut privatione dignæ ſunt, AB IPSO TANTUM SUMMO ROMANO PONTIFICE cognoſcantur, & terminentur ...... Minores vero Criminales cauſæ* (hoc eſt quæ depoſitione & privatione dignæ non ſunt) *in Concilio tantum Provinciali cognoſcantur, ac terminentur, vel a deputandis per Concilium Provinciale*. Seſſ. 24, cap. 5, de Reform. Duo hic notanda ſunt. I Priſcis Eccleſiæ moribus cautum fuiſſe, ne Metropolitanus ſine reliquorum Epiſcoporum ſententia quidquam adgrederetur. (Concil. Antioch. an. 341, can. 9) II Tridentinam Synodum in diſciplina inſtauranda, reformandaque unas Occidentales Eccleſias præ oculis habuiſſe, nec de morbis, quibus Orientales Eccleſiæ intabeſcebant, levandis, in tanta malorum colluvie, qua Septentrionales vexabantur, turbulentis illis temporibus potuiſſe cogitare. Quamobrem nec a ſcopo ſuo, nec a Majorum, ac Patrum regulis aberraverunt Tridentini Patres, ſi Roma-

manum Epiſcopum tamquam Univerſæ Eccleſiæ Primatem hæreſeon vindicem, tamquam vero Occidentis Patriarcham, aliorum etiam criminum; quæ abdicationis enſe recidenda ſunt, ultorem eſſe voluerunt;

QU. IX.

Quænam ob Crimina Epiſcopi ad Eccleſiaſticum tribunal rapiebantur?

§. I. REm altius repetamus, atque ab ipſa Eccleſiaſtici Fori origine eam ducamus. Non loquor de Foro interiore, qui ab ipſo Chriſto Dei Filio inſtitutus fuit, quique iis omnibus qui divino alicui præcepto illidunt, piacularem ſatisfactionem indicit; de Foro exteriore loquor, qui ab Eccleſia conſtitutus eſt tum, cum Chriſtianorum ſanxit diſciplinam, ſtatuitque, quinam Chriſtianæ militiæ adſcribendi, quinam dimittendi. Id factum fuit anno quinquageſimo primo in Concilio Hieroſolymitano, cui præfuit ipſe Apoſtolorum Princeps Divus Petrus. Tunc igitur cautum fuit, ne quis in Chriſtianorum album cooptaretur, niſi qui Idololatriam, ejuſque pediſequas nefarias, cædes, flagitioſaſque libidines publico, ſolemnique ritu ejurarent. Quod ſi qui promiſſis non ſteterint, pactamque fidem non ſervaverint, atque hiſce criminibus conſtricti manifeſte tenerentur, ii e Chriſtianorum tabulis eraderentur. En verba Canonis: *Viſum eſt Spiritui Sancto, & Nobis, nil ultra imponere vobis oneris, quam hæc NECESSARIA, ut abſtineatis ab IDOLOTYTIS, ac FORNICATIONE, SUFFOCATIS AC SANGUINE.* Act. XV, 20, 28. (*a*) Horum verborum eam eſſe vim, ut Idololatriæ, Mœchiæ, atque homicidii reis omnis Eccleſiæ aditus obſtruatur; atque hinc Eccleſiaſticum Forum, Eccleſiaſticaſque cenſuras ortum ſuum habuiſſe, pervicimus lib. I, Qu. XII, §. IV.

§. II. Hujuſce Apoſtolici Canonis tantus fuit ubique temporum, ubique terrarum cultus, atque honos, ut nemo unquam Chriſto initiatus fuerit, niſi antea nuntium remiſerit *Satanæ*, hoc eſt *IDOLOLATRIÆ*, uti Tertullianus monet de Spectac. Cap. IV,

(a) Tertullianus in lib. de pudicitia cap. 12. *Cum primum innotuit Evangelium, & vetera concuſſit; primam hanc regulam de auctoritate Spiritus Sancti Apoſtoli emittunt ad eos, qui jam ex nationibus adlegi cœperant. Viſum eſt, inquiunt, Spiritui Sancto, & nobis nullum amplius vobis adjicere pondus, quam eorum, a quibus neceſſe eſt abſtineri, a ſacrificiis, & a fornicationibus, & ſanguine. Sufficit & hic ſervatum eſſe mœchiæ & fornicationi locum honoris ſui, inter idololatriam & homicidium. Interdictum enim ſanguinis, multo magis humani intelligemus. Porro qualia videri volunt Apoſtoli crimina, quæ ſola in obſervatione de lege priſtina excerpunt: quæ ſola neceſſario abſtinenda præſcribunt.*

IV, *& operibus ejus, hoc eſt Luxuriæ*, quemadmodum docet Ambroſius De Initiat. cap. II, *& Pompis ejus, hoc eſt crudelitati, atque hominum cædibus*, ſicuti Cyrillus Hieroſolymitanus. Cathec. Miſtag. I, num. 4, interpretatur; & niſi ſponſionem hanc ſuam ſolemni ſtipulatione alligarit, ſanctiſſimoque vinculo firmarit. (*b*) Hæc ſtipulatio erat publicum quoddam fœdus,

(b) Bingam. Orig. Eccl. Lib. XI, cap. VII, §. 3, Tom IV, pag. 265. ABRENUNTIATIONIS hujus antiquitas ex omnibus ſcriptoribus, qui de baptiſmo quidpiam dixerunt, conſtat. Et a nonnullis quidem ex ipſa Apoſtolica inſtitutione, & praxi derivatur. Ita enim locum illum *Pauli I ad Timotheum VI, 12, Apprehende vitam æternam, ad quam & vocatus es, & profeſſus præclaram illam profeſſionem in conſpectu multorum teſtium*, interpretantur. Auctores comentationum ſub nominibus Ambroſii, & Hieronymi, qui Hilarius diaconus Romanus, & Pelagius eſſe exiſtimantur, hanc hujus loci dant interpretationem: *Confeſſus es bonam confeſſionem in baptiſmo, renunciando ſæculo, & pompis ejus, coram multis teſtibus, coram Sacerdotibus, vel miniſtris, virtutibuſque cœleſtibus*. Ita Pelagius. Et Hilarius hanc confeſſionem in tabulis Eccleſiæ etiam inſcriptam fuiſſe, videtur dicere: *Cujus*, inquiens, *confeſſio inter ipſa rudimenta fidei, teſte interrogante, & reſpondente, monumentis Eccleſiaſticis continetur*. Alii iſtam renuntiationem, non ex hoc vel alio expreſſo quodam Scripturæ teſtimonio, ſed ex antiqua traditione deducunt. Tertullianus, & Baſilius id faciunt, quorum ille eam multis aliis ritibus, & cæremoniis Eccleſiaſticis accenſet, quæ quidem in nulla Scriptura diſerte determinatæ, ex traditione tamen profectæ, & conſuetudine corroboratæ ſint. Baſilius illis myſticis ritibus eam adnumerat, qui in Eccleſia non e doctrina ſcripto prodita, ſed ex Apoſtolorum traditione in myſterio recepti ſint. Non improbabilis eorum doctorum virorum conjectura eſt, qui formulam renuntiationis factam per quæſtiones, & reſponſiones, adeo antiquam in Eccleſia fuiſſe exiſtimant, ut *Petrus Apoſtolus* ad eam reſpexiſſe merito cenſendus ſit, quando baptiſmum vocat συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεὸν, *bonæ conſcientiæ interrogationem erga Deum*, id quod ad rem nullam æque commode, atque ad hanc communem conſuetudinem reſpondendi in baptiſmo *Renuntiaſne diabolo?* Renuntio: *Crediſne in Deum?* Credo, referri poteſt.

Vid. *Cav. Prim. Chriſt. lib. I*, cap. X, p. 255, 256, edit. *Lipſ. german. MDCCXXIII*. Eſtius in I Petr. III, 21. Nobis verus ac germanus ſenſus eſſe videtur, quem tradit BEDA, Apoſtolum loqui *de interrogatione*, quæ fit in cæremoniis baptiſmi; dum interrogatus, qui baptizari vult, an credat in Chriſtum, & renunciet Satanæ, ac pompis ejus, bona conſcientia, id eſt, ſerius, ex animo reſpondet, ſe credere, & abrenuntiare. Quam *interrogationem*. Petrus appoſite vocat ἐπερώτημα id eſt, ſtipulationem; quo inter duos, uno interrogante, & altero reſpondente, contractus fieri ſolet.

Bingam. *ibid. 96*, pag. 270. Quod proxime ab hominibus in baptiſmo requirebatur ſponſio erat ſeu ſtipulatio obedientiæ erga Chriſtum, quod Græci vocant συντάξεσθαι χριςῷ *Chriſto adſcribi*. Hæc neceſſaria ſemper obligationis eorum pars erat, antequam ad regenerationis cærimoniam admitterentur. Primum diabolo renuntiabant, & tunc ſtatim legibus Chriſti promittebant obſequium.

Bingam. ibid. pag. 271. Hinc erat uſitata illa verborum formula in profeſſione fidei ipſorum, συντάττομαί σοι χριςὲ *In tuorum militum numerum adſcribor, Chriſte, legibus tuis moderandus*. Quæ adſcriptio ἀπόταξιν illam, ſive renuntiationem in diabolum, cujus ſervitium ad eligendum novum dominum deſerebant, proxime inſequebatur; quemadmodum frequenter in Chryſoſtomo, Baſilio, Cyrillo Alexandrino, *Conſtitutionum Apoſtolicarum* auctore, & pluribus ſcriptoribus *Græcis*, legimus, quorum verba quum unam eademque formam habeant, nihil attinet heic interponere. *Latini* communiter *promiſſum, pactum, & votum* nominant; quæ vocabula ad omnes hujus Chriſtianæ obligationis partes, tam ad re-

dus, quod ab eo, qui Chriſtianæ militiæ nomen daturus erat, icebatur cum Eccleſia, & quemadmodum in profanis fœderibus hæc formula uſurpabatur: *Si ſciens fidem datam fefellero, tunc me Dieſpiter, ſalva Urbe, arceque, bonis ejiciet, uti ego hunc lapidem*: ita etiam Chriſtiano cinctu præcingendus dejerabat perſancte, ſe in pactione manſurum, ſeque, ſi ab omni Idolorum cultu, ab omni corporum contagione, ab omni nefaria cæde ſe ſe integrum, caſtum, purum non ſervaverit, paſſurum, ſe ab hac tam ſancta ſocietate ejici, omnibuſque ejus bonis, ac juribus ſpoliari.

§. III. Habes hic omnem Eccleſiaſtici Fori rationem, habes crimina, ob quæ Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, minoreſque Clerici, ac Laici ad Eccleſiaſticum Tribunal ſiſtendi erant, Eccleſiaſticæ ſecuri (Vid. ſupra Lib. I, Qu. X, §. I, II.) cervices ſuas ſubjecturi. Hæc igitur crimina erant Idololatria, Mœchia, & Homicidium; hæc una in externo Eccleſiæ Foro cenſoria Virga vindicari ſolita erant, cætera vero peccata, gravia licet ac manifeſta, ſecreta Pœnitentia, ſeu quod idem dixeris, in foro interno expiari conſueverant. (Vid. ſupra Lib. I, Qu. XII, §. IV.)

§. IV. Quam longe igitur abſunt a vero Boehmerus J. E. P. Lib. V, tit. I, §. VII, & Binghamus Orig. Eccl. Lib. XVI, cap. IV, §. I, qui primis Eccleſiæ temporibus non unos divinæ perduellionis reos, nec unos obſcœno turpitudinum cœno oblitos; unoſve humano cruore reſperſos, ſed eos omnes, qui in gravia quælibet errata prolabebantur, Eccleſiaſticarum cenſurarum vi perſtrictos fuiſſe contendunt? Illorum Achilleum eſt Divi Auguſtini illud: *Tertia actio eſt Pœnitentiæ, quæ pro illis peccatis ſubeunda eſt, quæ legis Decalogus continet, & de quibus Apoſtolus ait: QUI TALIA AGUNT, REGNUM DEI NON POSSIDEBUNT*. (Vid. Bingh. l. c. in N. b. f.) Si illam Auguſtini Homiliam non mutilam, ac decurtatam, ſed integram, totamque pervolutaſſent, comperiſſent profecto, S. Doctorem ibi non de Canonica, ſed de Sacramentali Pœnitentia fuiſſe locutum, illudque ſuorum Auditorum animis inſculpere voluiſſe, Divinum Numen quocumque graviore ſcelere violatum non una fide propitiari, ſed piaculari Sacramento eſſe placandum. Verum longum eſſet ea omnia refellere, quæ non ſolum Heterodoxi, ſed etiam iis ſuccenturiati Orthodoxi (Morinus in tract. de Pœnitent. Lib. I, cap. 10, §. I, Selvagius Antiq. Chriſt. Lib. III, cap. 12, §. VIII, num. 33.) adverſus noſtram hanc ſententiam opponunt; minimeque neceſſe, cum jam a doctiſſimis ſapientiſſimiſque viris factitatum id fuerit. Ne igitur actum agamus, eos

renuntiationem in diabolum, quam ad profeſſionem fidei ac obedientiæ in Chriſtum, ſine diſcrimine applicant, utpote quæ res mutuum inter ſe reſpectum habent, & aptiſſime inter ſe cohærent. Quiſquis enim diabolo renuntiat, & mundo, is ſe hoc ipſo militem, & ſervum Chriſto adſcriptum profitetur. Unde Ambroſius de abrenuntiatione loquens, vocat illam promiſſum, cautionem, & Chirographum Deo datum quod in cœlo teneatur: quia hoc promiſſum coram miniſtro Chriſti, & Angelis ejus, hujus rei teſtibus, factum ſit.

eos omnes Natali Alexandro in diſciplinam tradimus, eique erudiendos dimittimus. Vid. Nat. Alex. in ſæcul. III, Tom. VI, pag. 138, Edit. Paris. 1742.

§. V. Interea nos hæc tria ſtatuere, ac tamquam certa ſumere non dubitamus. I Nulla alia extitiſſe crimina, quibus aut omnimoda excommunicatio, aut aliqua excommunicationis particula (Vid. ea quæ ſupra diximus Lib. I, Qu. X, §. I.) inureretur, niſi Idololatria, Mœchia, & Homicidium (Vid. Lib. I, Qu. XII, §. IV.) II Iis tantum publicam canonicamque Pœnitentiam indictam fuiſſe, quibus aliqua excommunicatio inuſta erat. Nam Pœnitentia Canonica nihil aliud erat quam via, ac ratio, qua quis in eum locum reſtituebatur, unde ob aliquod crimen cenſoria Judicis ſententia ictus exciderat, ac quælibet Pœnitentium ſtatio reſpondebat alicui Cenſuræ, ſeu alicui excommunicationis particulæ. Hinc Auguſtinus Ep. 108 ad Seleucianum data: *Agunt*, inquit, *homines Pœnitentiam, ſi poſt Baptiſmum ita peccaverint, ut excommunicari, & poſtea reconciliari mereantur, ſicut agunt in omnibus Eccleſiis illi, qui proprie Pœnitentes appellantur*. III Ex hiſce confici, atque adeo neceſſario ſequi, externo Eccleſiæ foro nonniſi Idololatriæ, Mœchiæ, & Homicidii crimina fuiſſe obnoxia.

§. VI. His ſubſtructis fundamentis, e quibus maxima toti huic de Foro Eccleſiaſtico diſputationi exoritur lux, ad ſingula ea Crimina pluribus jam horrentia capitibus cognoſcenda veniamus; ac primum de Apoſtaſia dicamus.

QU. X.

Quid habes de crimine Apoſtaſiæ? (a)

§. I. NUlla Religio, nulla Civitas unquam fuit, quæ ſuos transfugas, ac perduelles ſummopere non ſit execrata, atque omni ſupplicio dignos non deputarit. Socrates accuſatus, tamquam communes Deos contemneret, ac novos introduceret, Athenienſium ſententia capitis damnatus fuit. Romanorum legibus ſi quis ab Ethnica ad Judaicam Religionem defeciſſet, capitali pœna feriebatur; iique qui ab Idolorum ad Chriſti cultum deſciverunt, partim necati, partim diris cruciatibus affecti.

§. II. Chriſtiana Eccleſia, licet Apoſtaſiæ crimen maxime oderit, ac deteſtetur, tamen in Apoſtaſiæ reos non alio pœnarum genere uſa eſt, quam

(a) Apoſtaſia idem eſt, ac *Chriſtianæ Religionis deſertio*, quæ plerumque comitem habet tranſitum ad falſam aliquam ſectam, uti Judaiſmum, Paganiſmum, Atheiſmum. Delictum ſane atrociſſimum, atque hæreſi longe gravius: hæreſis enim aliquod duntaxat negat fidei dogma & Apoſtaſia omnem prorſus fidem deſerit; unde non omnis hæreticus eſt Apoſtata, omnis tamen Apoſtata eſt hæreticus; qua de re Apoſtatæ iiſdem plectuntur pœnis, ac hæretici.

Quum vero alii vel vi tormentorum deficerent, vel ab Eccleſiæ quidem communione avocarentur, at idolatriam non amplecterentur, alii vero ex adverſo, & ſponte Chriſtianæ Religioni nuntium remitterent, & idololatria ſeſe polluerent: hinc ſemper Eccleſia ſeverius in hos quam in illos animadvertere conſuevit: Can. Illiberit. I, & XLVI, Cap. pen. & ult. *de Apoſtatis*. Quinimmo his poſterioris ſpeciei Apoſtatis quidam antiqui Canones ad finem uſque vitæ communionem denegandam præcipiunt: modo indic. Can. I. Illiber. Tum iiſdem nonniſi in hora mortis reconciliationem impartiendam decrevit Siricius P. Epiſtola I ad Himer. Cap. 3.

Sunt quoque duæ aliæ ſpecies Apoſtaſiæ laxiori ſenſu ſic dictæ, ſcilicet *Apoſtaſia ab ordine, vel Religione*: quia nimirum Clerici, vel Monachi, Profeſſive Regulares habitum, vitamque clericalem, vel religioſam deſerunt, & ad vota ſæcularia, vitamque laicale in tranſeunt. Ejuſmodi Clericos, Monachoſque Apoſtotas anathemate plectendos Syn. Chalced. ſanxit Can. VII. *Qui ſemel in Clero deputati ſunt, aut Monachorum vitam expetiverunt, ſtatuimus neque ad militiam, neque ad dignitatem aliquam venire mundanam; ſed hoc tentantes, & non agentes pænitentiam, quo minus redeant ad hoc, quod propter Deum primitus elegerunt, anathematizari*.

Clerici Apoſtatæ ſunt ipſo jure infames: Can. II, Cauſſ. 3, Qu. IV, & ſi moniti non reſipuerint, deponendi ſunt: Can. V, Cauſſ. 21, Qu. IV. Interea vero temporis incurrunt in pœnam ſuſpenſionis a beneficio, & inhabilitatis ad beneficia: Clement. 2, de Vit. & honeſt. Cleric. Quod tamen de Clericis in ſacris conſtitutis ſolummodo intelligas.

In Monachos quoque Apoſtatas variæ pœnæ ſancitæ ſunt, & non tam ex jure communi, quam ex Monachorum, ac Regularium Privilegiis, inter quas potior eſt Excommunicatio latæ ſententiæ, cui ſubjaceant non modo ipſi Monachi Apoſtatæ, verum & qui eoſdem recipiunt, occultant, vel defendunt.

quam eo, quod ſuam in illos claudit liberalitatem. Omnis enim animadverſio, & caſtigatio Eccleſiæ huc tandem redit, ut oſtium ſuum obſeret illis, qui hoſtes ſunt, atque inimici, nec iis poſtea illud reſeret, niſi prius ita clara ſuæ fidelitatis indicia præbuerint, ut timendum non ſit, eos amplius ſuæ fidei deſertores, proditoreſque extituros. Nam quid aliud eſt Excommunicatio, qua una omnes Eccleſiaſticæ multæ complexæ eſſe videntur, (Vid. ſupr. Lib. I, qu. X, §. I.) quam Eccleſiæ peſſulus, Eccleſiaſticique theſauri ſera? Quid Pœnitentiæ gradus, niſi tot tuæ Fidei, conſtantiæ, perſeverantiæque ſpecimina, ac teſtimonia? Atque hæc Excommunicatio, hique Pœnitentiæ gradus ſunt omne illud armorum genus, quod Eccleſia in ſuos rebelles, transfugas, deſertores, proditoreſque e ſuis armamentariis educit, nec aliis inſtructa armis ea eſt (*b*).

§. III.

(b) Boeb. J. E. Prot. L. V, Tit. 37, §. 25. Antiquæ *cenſuræ vel pœnæ* huc reduci poſſunt. Prima ejus ſpecies erat *excommunicatio*, ſeu privatio communionis totalis. Secunda, *depoſitio clericis infligenda*, *quo ipſo laicam* accipere dicebantur *communionem*. *Communio laica erat*, ut verbis Albaſpinæi lib. I de veter. Eccleſ. ritib. obſ. 4, n. 5, utar, *Eſſe in Eccleſia, & de Eccleſia tamquam laicum, ita ut qui eccleſiaſticus laicæ communioni deputabatur, gradu ſuo perpetuo excideret, & ex clerico fieret laicus*. Tertia *ſegregatio*, vel *ſuſpenſio ab officio* erat, quorſum meo judicio commode referri poteſt cenſura *peregrinæ communionis*, latinis dicta. Cautum quippe erat, ne clerici ſine *litteris formatis* peregre abirent. Si abſque his advenirent, forſan quod eis excidiſſent, non quidem *excomunicatis* accenſebantur, ſed nec ad Eccleſiæ communionem admittebantur, quod de eorum ſtatu nondum conſtaret, (v. can. Apoſt. 32) donec tandem Eccleſia, ad quam venerant, aliunde de illis ſatis informata eſſet. In effectu ergo ſuſpendebatur interim *communio* cum eis, ut *clericis*, unde poſtea genus *pœnæ* ortum traxit, ut clerici delinquentes *communionem peregrinam* acciperent, h. e. ad aliquod tempus ſuſpenderentur ab officio eccleſiaſtico, donec ad frugem rediiſſent. Hi itaque reſtituebantur, non item *depoſiti*. Conf. Albaſpinæus cit. l. obſ. 3. Quarta eſt *pœnitentia*, & quia ſtatus *electorum*, ſed per *pœnitentiam* ad Eccleſiam redeuntium ita comparatus erat, ut nondum *perfectæ* communioni eſſent reſtituti, inde genus *pœnæ*, & *cenſuræ* pauliſper enatum eſt, ut quoſdam delinquentes non excommunicarent *expreſſe*, ſed tamen eoſdem *ad tempus* inter pœnitentes in certo gradu collocarent, ut cum his tantum communicarent, adeoque hæc pœna dici poſſet, *communio pœnitentium*.

Omnis itaque pœna, & cenſura in *privatione communionis* conſiſtebat, & quidem *excommunicatio* in privatione *totali* communionis eccleſiaſticæ qua deſinebat eſſe *membrum* Eccleſiæ *externum*, non tamen internam unionem cum Deo amittebat, ſi inique ejectus eſſet. *Communio laica* in privatione *communionis clericalis*, qua deſinebat habere locum inter Clericos, & ad laicos detrudebatur: *Communio peregrina* in privatione officii ſacri ad tempus, quia *ſuſpendebatur communio* cum clerico, qua tali, ut tamen non fieret laicus: *Communio pœnitentialis*, qua quodammodo deſinebat eſſe membrum Eccleſiæ, & ad tempus *communio plena* cum fidelibus ſuſpendebatur, & levius delinquens in quendam gradum pœnitentium detrudebatur. *Denegatio ſimplex communionis*, quam *abſtentionem* dicebant, quam Epiſcopi inter ſe exercebant, ſi cum aliis, a quibus diſcrepabant, communicare nolebant, quæ tamen non erat *perfecta*, & *plena excommunicatio* ut ſupra jam dixi. Denique, *pœnitentia plena & legitima*, quam ejecti ſubire tenebantur, & quamdiu in eo ſtatu erant, nondum communioni perfectæ reſtituti erant, adeoque eorum *communio imperfecta* erat. Morinus de Sacramento Pœnit. Lib. IV, c. 15.

§. III. Hoccine igitur illud eſt MYSTERIUM INIQUITATIS, adverſus quod tantopere debacchantur Eccleſiæ maſtiges, tot clamores tollunt, tamque magnos edunt latratus? Hoccine eſt illud, cujus cauſa clamites, Eccleſiam in Regales poſſeſſiones irruiſſe, (Vid. Seldenum Lib. I, de Syned. c. 10, & Boehm. paſſim) Imperii poteſtatem occupaſſe, ac Reipublicæ Juriſdictionem arripuiſſe? At quæ tandem hæc Juriſdictio, ſi tui, tuarumque rerum uſuram illi denegaris, qui te aut læſit, aut deſeruit, aut prodidit? Quæ demum hæc poteſtas, ſi hoſtem, ſi deſertorem, ſi proditorem in tuas ædes intromitti, tuæque menſæ participem fieri abnuas, niſi eum ſui maleficii, fugæ, ac perfidiæ pœnituerit, ſuæque pœnitentiæ haud dubia dederit documenta? Finge animo, Eccleſiam non divinitus fuiſſe inſtitutam, nec divinarum legum cuſtodem, violatæque Religionis ultricem conſtitutam, ſed meram eſſe ſocietatem ab hominibus inventam, atque omni legum ferendarum, pœnarumque infligendarum facultate deſtitutam. Quis tamen illi dicam impinxerit, quod ſibi infenſos, atque inimicos omni aditu prohiberet, ſuis beneficiis non ornaret, ſuis opibus non cumularet? Quæ ſocietas (c), quæ Domus, quæ familia unquam extitit, cui hoc pro ſuo jure non licuerit? Tua non adimo, ſed mea tueor; tua te Domo non expello, ſed tibi meam veto.

§. IV. Atque hi quidem ſunt ii fines, quos intra conſtitit Eccleſia, quamdiu civitatis legibus defenſa non fuit. Verum Civitas poſteaquam Eccleſiæ fœderata fuit, longius progreſſa eſt, ac carceres, exilia, acrioraque ſupplicia in eos conſtituit, qui infeſta ſigna adverſus Eccleſiam ferrent, illiuſque ſinum diſcerperent, nefarioque ſcelere lacerarent. Neque ideo illam exarati, amotique termini ream quiſquam dixerit. Nam non ſolum quies publica, civiumque ſecuritas illi cordi eſſe debet, verum etiam Eccleſiæ ſalus, atque incolumitas, cujus patrocinium, defenſionemque ſuſcepit. Præterea Eccleſiaſticarum legum contemptio, divini cultus neglectio, Religionis deſpicientia nunquam abſque publicarum rerum perturbatione ortæ fuerunt, nec oriturae erunt. Sapientiſſime igitur Chriſtiani Principes, ut & Eccleſiæ bono, & populorum tranquillitati, & Imperii

(c) Dupinius de diſcip. Eccl. diſſ. 3, in præloq. *Nulla eſt hominum ſocietas, cui jus non ſit, & poteſtas eorum expellendorum, qui leges ſocietatis infringunt, vel ejus bono adverſantur. Quemadmodum enim in corpore humano membra putrida ſunt reſecanda, ne totum corpus inficiant, aut ſicut in gregibus morbidæ oves a ſanis ſecernendæ ſunt, ne per totum ovile morbus graſſetur; ita etiam in hominum ſocietatibus neceſſe eſt, eos, qui ſocietati peſſimis factis, vel exemplis obſunt, expelli, tum ne ſocietatem perturbent, tum ne cæteri in eandem trahantur perverſitatem. Id vero ſi qua in ſocietate neceſſarium, maxime in Eccleſia, cujus finis eſt, rectam fidem, & bonos mores in hominum animis conſervare, ut beatitudinem æternam conſequi poſſint. Nam ſi non poſſet Eccleſia homines prava facientes, aut docentes a ſua ſocietate removere, brevi tempore quamplurimi eorum exemplo in eamdem traherentur impietatem. Corrumpunt enim bonos mores tum colloquia tum exempla prava. Non eſt ergo denegandum Eccleſiæ illud jus, quod omnibus ſocietatibus competit, ut poſſint homines ſocietate ſua indignos, quantum in ſe eſt ab ea removere.*

rii felicitati conſulerent, Cenſuras Eccleſiaſticas adverſus Eccleſiæ hoſtes, atque inimicos latas majoribus præſidiis muniendas eſſe voluerunt.

§. V. Jamvero hiſce expenſis, atque excuſſis, ad rem noſtram veniamus, deque iis dicamus, qui perſecutionum tempore ab Catholica fide defecerunt, & in Idololatriam lapſi ſunt. Horum genera varia. Alii dicebantur *ſacrificati*, qui Idolis ſacrificaſſent, aut guſtaſſent Idolothyta; alii *Turificati*, qui adoleviſſent Diis tura; alii *Idololatræ*, qui cultum aliquem iis exhibuiſſent; alii *Libellatici*, qui ſecuritatis Libellos a Magiſtratibus impetraſſent ea lege, ac conditione, ut in actis publicis ſcriberetur, eos ſacrificaſſe, & Chriſtum negaſſe, quamvis neutrum commiſiſſent; alii tandem *Traditores* qui ſuppliciorum metu vaſa ſacra, libros ſacros, ſacramque Eccleſiæ ſupellectilem Ethnicis Magiſtratibus tradidiſſent. Hi omnes ſi reſipuiſſent, & ad bonam frugem rediiſſent, Pœnitentiæ addicti, ſed non omnes eadem ratione habiti. Audi Sanctum Cyprianum Epiſtola LV, al. LII, ad Anton. pag. 245, edit. Amſtelod. *Ne tu exiſtimes, Frater Cariſſime, ſicut quibuſdam videtur, Libellaticos cum ſacrificatis æquari oportere, quando inter ipſos etiam, qui ſacrificarunt, & conditio frequenter, & cauſa diverſa ſit. Neque enim æquandi ſunt ille qui ad ſacrificium nefandum ſtatim proſiluit, & qui reluctatus, & congreſſus diu ad hoc funeſtum opus neceſſitate pervenit. Ille, qui & ſe, & ſuos omnes prodidit, & qui ipſe pro cunctis ad diſcrimen accedens, uxorem, & liberos, & domum totam periculi ſui perfunctione protexit, ille qui inquillinos, vel amicos ſuos ad facinus compulit, & qui inquilinis, & colonis pepercit, Fratres etiam plurimos, qui extorres, & profugi recedebant, in ſua tecta, & hoſpitia recepit, oſtendens, & offerens Domino multas viventes, & incolumes animas, quæ pro una ſaucia deprecentur.*

Hæc S. Cyprianus. Qui plura hac de re deſiderat, adeat Binghamum Orig. Eccl. Lib. XVI, Cap. IV, § 4.

QU. XI.

QU. XI.

Quid ſentis de crimine Hæreſeos? (a)

§. I. HÆreſis eſt germana Apoſtaſiæ ſoror: ambæ enim Eccleſiæ valedixerunt, ambæ terga dederunt. Quamvis autem qui in Apoſtaſiæ crimen prolapſi ſunt, toti Chriſtianæ Fidei nuntium remiſerint,

---

(a) Hæreſis definiri poteſt: *Voluntarius error intellectus in Fide cum pertinacia voluntatis*. Ut igitur quis hæreticus dici poſſit, ſatis non eſt, ut errorem aliquem evomat, ſed neceſſum eſt, ut falſæ alicui ſententiæ, ſive ψευδεῖ δόγματι *falſo dogmati*, quod Chriſtianæ fidei contraire noverit, ſciens, prudenſque adhæreat. Illuſtre hujus rei exemplum habemus in controverſia de validitate Baptiſmi ab hæreticis collati, quæ medio Sæculo III in Eccleſia exarſit inter S. Cyprianum ac Firmilianum, & S. Stefanum Romanum Pontificem. Cyprianus enim, & Firmilianus cum ſuis Epiſcopis, etiam Synodis coactis, mordicus defendebant baptiſma ab hæreticis collatum eſſe invalidum, ac proinde eos, qui foris tincti, hoc eſt baptizati eſſent, & apud Hæreticos Schiſmaticos profanæ aquæ labe, ut inquiebant, maculati eſſent, quando ad Catholicos, atque ad Eccleſiam, quæ una eſt, venerint, baptizandos eſſe. Atqui Cyprianus, Firmilianus, aliique ita ſentientes, nunquam, ut hæretici, in Eccleſia audierunt. Licet enim ſententiam tuerentur divinæ, ac Apoſtolicæ Traditioni contrariam, attamen, quia Catholica Eccleſia nondum in ea controverſia definierat, quid Apoſtolica haberet Traditio, quidque ex Traditione illa tenendum, & credendum eſſet, ab omni hæreſeos, ac ſchiſmatis labe immunes eos fuiſſe nullus unquam vel ſubdubitavit. Ad rem S. Auguſtinus de Cypriano L. I de Unico Baptiſmo Cap. 18. *Quod ergo ille vir Sanctus de Baptiſmo aliter ſentiens, quam ſe res habebat, quæ poſtea pertractata, & diligentiſſima conſideratione firmata eſt, in catholica unitate permaſit, & caritatis ubertate compenſatum eſt, & paſſionis falce purgatum*.

Nemo ut hæreticus damnandus, niſi qui manifeſto aliquo externo ſigno ſemet hæreticum prodat ex Lege Arcadii XXX, Cod. Theod. de *Hæreticis*. Et Leg. XXVIII, Cod. Theod. eodem Tit. ii inflictis contra hæreticos pœnis obnoxii declarantur, qui *vel levi argumento a judicio Catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deviare*. Haud raro enim uſuvenit, ut quis, licet alioquin maxime Catholicus, tamquam hæreticus habeatur ex falſo dumtaxat rumore, ac vagis, incertiſque accuſationibus. Qua in re antiquitus viri etiam ſanctitate, ac doctrina clariſſimi decepti ſunt, uti S. Epiphanius, qui in S. Joannem Chryſoſtomum non modo male animatus vehementer fuit: verum & cum ipſo communicare noluit, quod ut hæreticos non exhorruit, quos ipſe errore præventus hæreſi damnaverat: *Quum Chryſoſtomus ante cauſſæ cognitionem hæc facere haudquaquam juſtum eſſe duceret*. Sozomenus Lib. VIII, cap. 14.

Quod vero in modo indicata lege Arcadius dicat, vel *levi argumento*, nemo inde inferat vel levem hæreſeos ſuſpicionem pœnis ſive eccleſiaſticis, ſive imperialibus aliquem obnoxium reddere. Namque, uti erudite demonſtrat Jo. Gothofredus in eandem legem, *Argumentum* ibi non levem ſuſpicionem, non εἰκασὶν *conjecturam*, non indicium nudum

rint, qui vero in hæreſim inciderunt, nonniſi adverſus aliquos Catholicæ Fidei articulos ſigna ſuſtulerint, tamen cum ſemel hi Religionis clauſtra re-

dum ſignificat: neque ἀπόδειξιν *certam probationem*, rationemque rei dubiæ fidem facientem: ſed quamcunque propoſitionem, titulum, fideíque articulum denotat. At proinde illa *vel levi argumento* jungenda ſunt non cum voce *defecti*, verum cum voce *deviare*. Unde jam manifeſtum, levi argumento deviare a judicio Catholicæ Religionis, & tramite, idem valere, atque deviare vel in leviſſimo articulo, & propoſitione fidei, & hæreticam propoſitionem tueri, quantumcumque ea levis videatur. Igitur verba illa *vel levi* pertinent non ad levitatem probationis, ſed ad adparentem rei, & propoſitionis levitatem. Nempe quamlibet levis exerratio ſit, in rebus fidei hæreſis eſt. Tum ex eadem lege requiritur, ut quis detectus fuerit de Catholicæ Religionis tramite deviare. Namque, ut docet S. Thomas 2, 2, Qu. II, Art. 3, licet hæretici *mereantur non ſolum ab Eccleſia per excommunicationem ſeparari .... Ex parte autem Eccleſiæ eſt miſericordia ad errantium converſionem: & ideo non ſtatim condemnat, ſed poſt primam & ſecundam correptionem, ut Apoſtolus docet: poſtmodum autem ſi adhuc pertinax inveniatur, Eccleſia de ejus converſione non ſperans, aliorum ſaluti providet eum ab Eccleſia ſeparando per excommunicationis ſententiam.*

Igitur levis de hæreſi ſuſpicio, ſcilicet ex pertenuibus indiciis, levibuſque conjecturis exorta, hæreticum non conſtituit. At vero ubi ſuſpicio fuerit vehemens, ſcilicet quam plura, ac graviora efferant argumenta, ſatis cauſſæ eſt, cur in aliquem, tamquam in hæreſeos ſuſpectum, agatur. Unde Syn. Trid. Seſſ. XXV, Ref. cap. 3, ſanxit, *ut in fidelem excommunicatum, qui poſt legitimas monitiones non reſipuerit ..... & obdurato animo cenſuris innexus in illis per annum inſorduerit, etiam contra eum, tamquam de hæreſi ſuſpectum, procedi poſſit*. Sic quoque in ſepelientes de induſtria hæreticos in loco ſacro, tum & in hæreticorum fautores, receptores, defenſores, ac demum in eos, qui ob hæreſeos ſuſpicionem in judicium vocati contumaciter abſint, excommunicatione animadvertendum decernitur in Cap. 3, & 7, de Hæreticis in VI.

Ad Pœnas in Hæreticos ſanctitas Jure Canonico quod attinet.

Præcipua eſt excommunicatio, & quidem latæ ſententiæ: Can. XIII, Cauſſ. 24, Qu. III, Cap. 8, 9, & 15, de Hæreticis &c. unde Canones æque in antiquis, ac in recentioribus Conciliis adverſus hæreticos conſtituti, anathemate clauduntur in eos inflicto, qui doctrinæ in iis contentæ ſe ſe oppoſuerint. Et ſane, uti loquitur S. Hieron. in Epiſt. ad Galatas Cap. V. vers. 8, *Secanda putridæ carnes, & ſcabioſum animal a caulis ovium repellendum, ne tota domus, maſſa, & pecora ardeat, corrumpatur, putreſcat, intereat. Arius in Alexandria una ſcintilla fuit; ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem ejus flamma populata eſt*. Eandem pœnam, uti modo innuimus, ſubeunt etiam, qui hæreticos ſcientes in loco ſacro tumulaverint, hæreticorum fautores, hoſpites, defenſores &c. tum & qui cum hæreticis oraverint, ſive in ſacris communicaverint. Can. Apoſt. XLV, & LXV, *Concilium Laodicenum* Can. IX.

Altera pœna eſt depoſitio, ſi clerici fuerint, ab omni omni officio, & beneficio Eccleſiaſtico: Cap. 9, de Hæreticis. S. Cyprianus jam idem docuerat Ep. ad Magnum: *Dicimus omnes omnino hæreticos, & ſchiſmaticos nihil habere poteſtatis, ac juris*.

Tertia pœna eſt Irregularitas cum infamia, qua hæreticus ipſo jure adficitur: Can. XVII, Cauſſ. 6, Qu. I, & cap. 2, §. 2, de Hæreticis in VI. Eaque irregularitas perdurat etiam poſtquam hæreſim deteſtati in Eccleſiæ communionem redierint: Can. XX, Cauſſ. 1, Qu. VII. Eidem pœnæ obnoxii quoque ſunt hæreticorum fautores, defenſores, receptatores, tum eorundem filii, & quidem ad ſecundum gradum per paternam lineam; per maternam vero ad primum dumtaxat.

His addeſis, Hæreticis vetitum adverſum aliquem fidelem in Cauſſa Eccleſiaſtica teſtimonium dicere. Can. Apoſt. LXXV, Codex Afric.

revellere non dubitarint, nec amplius Eccleſiæ auctoritatem vereantur, ſed ſuam libidinem Religionis arbitram, ac judicem conſtituant, nullum malum eſt, quod ab hiſce, non ſecus ac ab Apoſtatis, jure ſibi metuere non debeat Eccleſia. Quinimmo ſi Divum Cyprianum audimus, longe majora ſunt ea pericula, quæ ab hæreticis, quam quæ ab Apoſtatis Eccleſiæ cervicibus impendent. *Pejus*, ait, *eſt crimen hæreſis, quam quod admiſiſſe lapſi videntur.... Hic qui lapſus eſt, ſibi tantum nocuit; ille, qui hæreſim vel ſchiſma facere conatus eſt, multos ſecum trahendo decepit. Hic animæ unius eſt damnum, illic periculum plurimorum* Cyprian. de Unit. Eccl. pag. 117.

§. II. Sed juvat hæreticorum, præſertim *Proteſtantium*, manticam diligentius excutere, in ejus ſinus oculos inferre, inque omnes partes introſpicere, & quæ, quantaque ibi inſit virulenti mali vis, ſtudioſius inquirere. Equidem ſic ſtatuo; nullum hominum genus tam peſtiferum eſſe, quam Atheos, nec ullum hominum genus tam affine eſſe Atheis, quam hæreticos, eos maxime, qui in Proteſtantium grege annumerantur. Qui Ethni-

---

Afric. Can. CXXIV. 2 Hæretici in loco ſacro haud ſepeliendi: Cap. 2, ibid. in VI. 3 Denique hæreticis haud permiſſum in paternam hæreditatem ſuccedere: Codex Afric. Can. XXII. Quod jure etiam civili conſtitutum eſt: Leg. VII, IX, & XL, Cod. Theod. de Hæreticis.

Ad Pœnas in Hæreticos ſancitas Jure Civili quod attinet.

Plures quoque pœnas piiſſimi Imperatores, ac Principes in hæreticos ſanxere: ex quibus poſteriores hic dabimus. I. Infamia notati, ſive ut infames habendi; unde quocunque publico honorifico munere defungi vetantur, ſive militare illud fuerit, ſive civile: paſſim in Tit. de *Hæreticis in utroque Codice*.

Ipſis interdicta tum facultas condendi teſtamentum, donationes conſtituendi, alioſque quoſvis contractus ineundi, tum etiam jus ex teſtamento aliquid accipiendi, donationeſque capiendi. *ibid.*

Unde 3 omnia hæreticorum bona fiſco addicta. *ibid.*

Pœna mortis; idque ad exemplum eorum, qui crimen læſæ majeſtatis humanæ admiſerunt, ibid. Inſignis eſt hoc de capite Conſtitutio Friderici II Imper. cujus fragmenta habentur in Cod. Juſtin. Auth. Si vero, & Auth. Credentes de *Hæreticis*. In ea Imperator omnes ab Imperatoribus retro jam ſancitas in hæreticos pœnas cum firmat, tum etiam innovat, atque ad eorundem receptatores, fautores, & defenſores exporrigit, ubi Eccleſiaſtica cenſura notati infra annum non reſipuerint: demum æque hos, atque illos *bannitos* declarat: qua de re, ut iidem mortis ſupplicio, quæ ordinaria bannitorum pœna eſt, adficerentur, decernere videtur. Quod idem Fridericus Imp. in Conſt. Regni 1 de *Hæreticis*, & *Patarenis* expreſſius edicit: *Præſentis noſtræ legis edicto damnatos mortem pati Patarenos decernimus, quam adfectant, ut vivi in conſpectu populi comburantur... credentes, & complices, & quocunque modo fautores.... publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum eſſe cenſemus.*

Hæretici, qui ſuum errorem deteſtantur, & abjurant, tum Eccleſiæ reconciliantur, tum mortis pœnam evadunt; plerumque perpetuo carceris ſqualori mancipantur: Cap. 15, de *Hæreticis*. Excipe tamen in hæreſim relapſos, quorum pœnitentia ceu ficta habetur: unde *ſæculari judicio ſine ulla penitus audientia relinquendi decernuntur in Cap. 4, eodem in VI*, cui adde Cap. 9, *eodem*, & Cap. 8, *ibid.* Verum deneganda iiſdem non ſunt Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſacramenta, *ſi poſtmodum pœniteant, & pœnitentiæ ſigna in eis adparuerint manifeſta.*

rum Deus Venter eſt, tuus autem Deus eſt tuum ipſum cerebrum.

§. VI. Nihil dico, quod infelix noſtrorum Sæculorum experientia non comprobaverit. Nam omni Eccleſiæ auctoritate valere juſſa, primum ſe ſe extulit hæreſis Lutherana, ex Lutherana pocreatæ ſunt Calviniana, & Zuingliana, ex harum ſeminibus prognatæ ſunt Arminiana, & Sociniana (e), ex hiſce demum Deiſtarum, & Atheorum ſoboles ſuſcepta, eductaque eſt, quæ modo totam pene Europam opplevit. Nec alio principio, ac fundamento hæ omnes Sectæ nituntur, (f) quam illi Lutheranorum, qui ſuarum doctrinarum neminem in terris Judicem eſſe volunt: *Quidquid uniquique verum viſum fuerit, id illi ratum eſſe debere.*

§. VII.

(e) Vid. Andream Wiſſowatium in narratione compendioſa, quomodo a Trinitariis reformatis ſeparati ſint Chriſtiani unitarii.

Vid. etiam Stanislaum Lubieniecium in Hiſt. Reformationis Polon.

(f) V. Ruſſeau Léttrés écrités dé la Montagne à Amſtérdam 1765. Quand les premiers Réformateurs commencerent à ſe faire entendre, l'Egliſe univerſelle étoit en paix; tous les ſentimens étoient unanimes; il n'y avoit pas un dogme eſſentiel debattu parmi les Chretiens.

Dans cet état tranquille, tout-a-coup deux ou trois hommes élevent leur voix, & crient dans toute l'Europe: „ Chrétiens, prenez „ garde à vous; on vous trompe, on vous „ égare, on vous mene dans le chemin de „ l'Enfér: le Pape eſt l'Antichriſt, le ſuppôt de Satan, ſon Egliſe eſt l'école du „ menſogne. Vous êtes perdus, ſi vous ne „ nous écoutez. „

A ces primiers clameurs l'Europe étonnée reſta quelques moments en ſilence, attendant ce qu'il en arriveroit. Enfin le Clergé revenu de ſa premiere ſurpriſe & voyan que ces nouveaux venus ſe faiſoient des Sectateurs, comme s'en fait toujours tout homme qui dogmatiſe, comprit qu'il falloit s'expliquer avec eux. Il commencea par leur demander à qu'ils en avoient avec tout ce vacarme? Ceux-ci repondent fiérement qu'ils ſont „ les Apôtres de la vérité, appellés à „ reformer l'Egliſe & a remener les fideles „ de la voie de perdition où les conduiſoient les Prêtres.

„ Mais, leur répliqua-t-on, qui vous a „ donné cette belle commiſſion de venir „ troubler le paix de l'Egliſe & la tranquillité publique? Notre conſcience, dirent-ils, „ la raiſon, la lumiere intérieure, la voix „ de Dieu à laquelle nous ne pouvons reſiſter ſans crime; c'êſt lui qui nous appelle à „ ce ſaint miniſtere, & nous ſuivons notre. „ vocation.

„ Vous étes donc envoyés de Dieu? reprirent les Catoliques. En ce cas, nous „ convenons que vous devez prêcher, réformer, inſtruire, & qu'on doit vous écouter. Mais pour obtenir ce droit commencez par nous montrer vos lettres de créance. Proféti ſez, gueriſſez, illuminez, faites „ des miracles, déployez les preuves de votre miſſion. „

La replique des Reformateurs eſt belle, & vaut bien la peine d'être tranſcrite.

„ Oui, nous ſommes les Envoyés de „ Dieu; mais notre miſſion n'eſt point extraordinarie; elle eſt dans l'empulſion d' „ une conſcience droite, dans les lumieres „ d'un entendement ſain. Nous ne vous „ apportons point une Révélation nouvelle; „ nous nous bornons à celle qui vous a été „ donée, & que vous n'entendez plus. „ Nous venons à vous, non pas avec des „ prodiges qui peuvent être trompeurs, & „ dont tant de fauſſes doctrines ſe ſont étayées, mais avec les ſignes de la vérité & „ de la raiſon qui ne trompent point; avec „ ce Livre ſaint que vous défigurez, & que „ nous vous expliquons. Nos miracles ſont „ des arguments invincibles, nos prophéties „ ſon des demonſtrations: nous vous prédiſons que ſi vous parle par nos bouches, „ vous ſeret punis comme des ſerviteurs infideles à qui l'ont dit la volonté de leurs „ maîtres, & qui ne veulent pas l'accomplir. „

Il n'étois pas naturel que les Catboliques

§. VII. Sed omnium hæreſium, quæ ex Inferis emerſæ extiterunt, nulla eſt, quæ Eccleſiæ luctum, ac mœrorem adeo auxerit, quam ea, quæ mo-

---

ques convinſent de l'evidence de cette nouvelle doctrine, & c'eſt auſſi ce que la plupart d'entr'eux ſe gardérent bien de faire.

„ Premiérement, leur auroient ils dit, votre maniere de raiſonner n'eſt, qu'une pétition de principe: car ſi la force de vos preuves eſt le ſigne de votre miſſion, il s'enſuit pour ceux qu'elles ne convainquent pas que votre miſſion eſt fauſſe, & qu'ainſi nous pouvons légitimement, tous tant que nous ſommes, vous punir comme hérétiques, comme faux Apôtres, comme perturbateurs de l'Egliſe & du genre humain.

„ Vous ne prêchez pas, dites-vous, des doctrines nouvelles, & que faites-vous donc en nous prêchant vos nouvelles explications? Donner un nouveau ſens aux paroles de l'Ecriture n'eſt-ce pas établir une nouvelle doctrine? N'eſt-ce pas faire parler Dieu tout autrement qu'il n'a fait? ce ne ſont pas les ſons, mais les ſens des mots qui ſont révélés: changer ce ſens reconnus & fixes par l'Egliſe, c'eſt changer la Revelation.

„ Voyez, de plus, combien vous etes injuſtes: Vous convenez qu'il faut des miracles pour autoriſer une miſſion divine, & cependant vous, ſimples particuliers de votre propre aveu, vous venez nous parler avec empire & comme les Envoyés de Dieu. Vous réclamez l'autorité d'interpréter l'Ecriture à votre fantaſie, & vous prétendez nous êter la même liberté. Vous vous arrogez à vous ſouls un droit que vous refuſez & à chacun de nous & à nous tous qui compoſon l'Egliſe. Quel titre avez vous donc pour ſoumettre ainſi nos jugements communs à votre eſprit particulier?... Les diſtinction dont vous nous payez, feroient tout au plus tolérables ſi vous diſiez ſimplement votre avis, & que vous reſtaſſiez là; mais point: Vous nous faites une guerre ouverte: vous ſouflés le feu de toutes parts. Réſiſter à vos leçons, c'eſt être rebelle, idolâtre, digne de l'enfer.... Vous dogmatiſez, vous prêchez, vous cenſurez, vous anathématiſez, vous excommuniez, vous mettez à mort: vous exercez l'autorité des Prophétes, & vous ne vous donnez que pour des particuliers...... Ou ceſſez de parler, d'agir en Apôtres; ou montrez vos letres, où quand nous ſerons les plus forts, vous ſerez très juſtement traités en impoſteur.

„ A ce diſcours, voyez-vous, Monſieur, ce que nos Reformateurs auroient eu de ſolide à répondre. Pour moi, je ne le vois pas. Je penſe qu'ils auroient été réduits à ſe taire, ou à faire des miracles. "

J'ai, ſelon eux, (Miniſtros Proteſtantes) *attaqué la Religion de l'Etat; j'ai donc encouru la peine portée par la Loi contre ceux qui l'attaquent ... Qu'eſt ce que la Religion de l'Etat? C'eſt la ſainte Réformation évangélique. Voilà ſans contredit des mots bien ſonans.*

Quand les Réformateurs ſe détacherént de l'Egliſe Romaine, ils l'accuſerent d'erreur; & pour corriger cette erreur dans ſa ſource, ils donnerent à l'Ecriture un autre ſens que celui que l'Egliſe lui donnoit. On leur demanda de quelle autorité ils s'ecartoient ainſi de la doctrine reçue? Ils dirent que c'etoit de leur autorité propre, de celle de leur raiſon. Ils dirent que le ſens de la Bible étant intelligible & clair à tous les hommes en ce qui etoit du ſalut, chacun etoit juge compétent de la doctrine, & pouvoit interpréter la Bible qui en eſt la regle, ſelon ſon eſprit particulier; que tous s'accorderoient ainſi ſur les choſes eſſentielles, & que celles ſur leſquelles ils ne pourroient s'accorder ne l'etoient point. Voilà donc l'eſprit particulier établi pour l'unique interprete de l'Ecriture; voilà chacun mis pour la doctrine ſous ſa propre Juriſdiction. Tels ſont les deux point fondamentaux de la Réforme: reconnoître la Bible pour regle de ſa croyance, & n'admettre d'autre interprete du ſens de la Bible que ſoi. Ces deux points combinés, forment le principe ſur lequel les Chrétiens réformés ſe ſont ſéparés de l'Egliſe Romaine, & ils ne pouvoient moins faire ſans tomber en contradiction;

modo per plurimorum animos ſerpit, furit, & bacchatur impune, lues Janſeniana, eo cæteris omnibus iniquior, quod aliæ omnes aperte ſe ac propalam effundentes Romano-Catholicorum nomini renuntiarunt, & aperto Marte pugnarunt, nec ſimulationum involucris ſe ſe obvolverunt; hæc autem in viſceribus Eccleſiæ jamdiu concluſa latitans, Romano Catholicæ nomen, habitum, ac formam mentita, quo inſcios homines fallere poſſit, atque improvidas mentes in ſuum errorem pertrahere, virus ſuum circumundique afflat, ſuoque afflatu privata, & publica, ſacra & profana omnia polluit, ac fœdat.

§. VIII. Ac primo quidem, qui ſermo hæreticorum omnium proprius eſt, domeſticus, ac familiaris, quique teſſera ſemper fuit, qua Acatholici ab Catholicis internoſcerentur, nimirum, I *Depravatæ Eccleſiaſticæ Diſciplinæ illacrimari*, atque II *Apoſtolicæ Eccleſiæ obtrectare:* hic idem ſermo in ſingulis Janſenianorum colloquiis ſemper interpoſitus, ſemper recurrens, atque adeo in eorum labellis ſemper ſeſſitans ſatis nobis declarat, cujates ſint Janſeniani. Nullum opus, nullus Liber, nulli commentarii ex eorum officina prodeunt, qui toxico, felle, atque omni contumeliarum genere non ſint coinquinati, qui Romanorum Pontificum vitæ labem, ac maculam non inurant, qui Apoſtolicam Sedem omni irriſione non proſcindant, ejuſque jura ac dignitatem veteratoria arte non labefactent. Falſa confingunt, deterunt laudes, elevant merita, antiquorum Patrum Scripta depravant, ſententias veras, integras, ſanas addendo, demendo, interpretando corrumpunt. Atque hic quidem fuit omnium hæterodoxorum ſtylus, atque oratio, ſed neſcio quo pacto in Janſeniſtis ſuam adepta eſt maturitatem.

§. IX. Verum in eorum pluteum deſcendamus, illorumque ſtudia introſpiciamus. Quænam ea ſunt? Acria ſane, rerumque obſcuriſſimarum, ac nunquam intermiſſa. At hiſce ſtudiis tam acribus, hiſce contentionibus tam aſſiduis quo tandem ſpectant, quo nituntur, ac tendunt? Machinas commoliuntur, quibus Thiaræ, & Sceptro bellum inferant, Eccleſiam ac Civitatem funditus evertant, earumque ruderibus ſacellum inædificent ANARCHIÆ. Hanc ipſi præ oculis habent, hanc in ſinu gerunt, hanc denique in præcordiis alunt. Dii meliora! Habe vero, quinam ſint ii mallei, quinam ii vectes, ac ferramenta, quibus hoc ædificium urgent, ac provehunt. Inter Sacerdotium, & Imperium diſſenſionis, diſcordiæque ſemina jaciunt, inextinguibilium bellorum ſcintillulas ferunt, itaque Imperii opibus Sacerdotii vires primum proſternere ſe poſſe ſperant, ut poſtea, Religione proſtrata, furentem populorum multitu-

ction; car quelle autorité interprétative auroient-ils pu ſe reſerver, aprés avoir rejetté celle du corps de l'Egliſe?

Tel eſt le véritable eſprit de la Réformation: tel en eſt le vrai fondement. La raiſon particuliere y prononce, en tirant la loi de la regle commune qu'elle établit; ſavoir, l'Evangile.... Portez la moindre atteinte à ce principe, & tout l'evangeliſme croule à l'inſtant. Qu'on me prouve aujord'hui qu'en matiere de foi je ſuis obligé de me ſoumettre aux déciſions de quelqu'un, des demain je me fais Catholique, & tout homme conſequent & vrai ſerai comme moi.

tudinem adverſus Imperantes armare valeant, & ad cædes, & ſanguinem concitare, atque hinc Civili Eccleſiaſticæque Anarchiæ locum facere. At operæ pretium eſt noſſe, quibus operculis haſce ſuas molitiones tegant. Cum agunt de Summa Sacerdotii dignitate, (hanc enim primum demoliri conantur) eam in Summo Pontifice locare non dubitant, Primatumque illi non ſolum Honoris, ſed etiam Juriſdictionis libentiſſime adjudicant. Hoc lenocinio audientium, legentiumque animos demulcent, ac captant, omnemque *Anarchiæ* ſuſpicionem abs ſeſe amoliuntur. Cum vero ad teli jactum ventum eſt, cum facti ſpecies eſt indicanda, in qua Summus Pontifex hoſce ſuos Juriſdictionis faſces expedire poſſit, tum hæret aqua, nec huic facti ſpeciei ullum tempus, ullusque locus relinquitur; & ſi locus aliquis relinquitur, is relinquitur, qui nunquam eſt, nec futurus eſt. Nam cum in ea tempora inciderimus, quibus Œcumenicorum Conciliorum amplius habendorum ſpes jam prope inciſa ſit, hunc eſſe illum unicum campum volunt, in quo excurrere Pontificis virtus, atque cognoſci poſſit. Sed ne nimium Pontifici conceſſiſſe videantur, illico ſtatuunt, nullam nec in Concilio Pontificis vocem valituram eſſe, quamomnes Concilii Patres, ne paucis quidem exceptis, ſuffragio ſuo non comprobarint, quæque aliquam Eccleſiam aut aliquem Epiſcopum habeat interceſſorem. Quod quidem hactenus nunquam evenit, nec eventurum erit. Præter hanc Primatus umbram, ex omnibus, qui circumferuntur noſtratium Janſeniſtarum libellis, licet eos torculari premas, teras, triceſque, nullam aliam veræ Juriſdictionis guttulam exprimere poteris. Hoc tamen figmento illi & ſeſe ab Anarchiſtarum crimine exſolvunt, & omnem Supremam Poteſtatem ab Eccleſia jubent exulare. Sed quærant illi latebras, ac receſſus, tegant ſe ſe ſimulatione virtutum, & fallaciis, nunquam ſane aſſequi poterunt, ut a Catholicæ veritatis cuſtodibus, ac vigilibus clamor non tollatur, non detegantur, & in hæterodoxorum cenſum ANARCHISTARUM cognomine adaucti non deferantur. Nec primus illorum Parens atque Auctor Janſenius præſentiſcere poterat, ex ſe ſe tam exitialem ANARCHISTARUM ſobolem unquam fuiſſe exituram. Ita de noſtris hiſce hominibus illud vere dici poteſt, quod de ſuis Horatius: *Ætas parentum pejor avis tulit* · *Nos nequiores mox daturos Progeniem vitioſiorem*. (g)

§. X. Hæc quæ de hæreticorum gre-

(g) Quam affinis ſit doctrina Janſenianorum doctrinæ Proteſtantium cognoſcere poſſumus ex ipſis Proteſtantibus. Audi Laurentium Moshemium Hiſt. Chriſtian. Sæc. XVII, Sect. I, p. 1, c. 1, §. 33. Quod ad dogmata attinet, dicuntur Jeſuitæ conniventibus, immo ſæpe juvantibus Romanis Præſulibus, quæcumque ex primis religionis Chriſtianæ fondamentis Tridentini Patres intacta reliquerant, penitus ſubvertiſſe: Sacrarum ſcilicet litterarum dignitatem & utilitatem imminuiſſe, naturæ humanæ vires ad bene agendum immodice extuliſſe, gratiæ divinæ virtutem & neceſſitatem extenuaſſe, de meritorum Jeſu Chriſti magnitudine detraxiſſe, Pontificem Romanum ipſi pene Servatori noſtro æquaſſe, & in terrenum Numen convertiſſe, ipſam denique religionis Chriſtianæ veritatem in ſummum diſcrimen fallaciis, & diſputationibus ſuis adduxiſſe. Difficile eſt, tot teſtimoniis, quibus has accuſationes viri graviſſimi, ex Janſeniſtis maxime, fulciunt, repugna-

grege à nobis dicta ſunt, non alio ſpectant, quam ut omnes intelligant, Hæreticos Apoſtatis, atque Idololatris maxime eſſe affines, illiſque longe eſſe flagitioſiores, eorumque proinde cervices non ſecus ac Apoſtatarum eccleſiaſticis ſecuribus eſſe ſubjiciendas.

QU. XII.

gnare: facile vero, oſtendere, Jeſuitas non inveniſſe ipſos quæ docent, ſed reapſe veterem illam Romanæ religionis formam, quæ ante Lutherum ubique tradebatur, & per quam auctoritas, opes, potentia Pontificum & Eccleſiæ per multa ſæcula immenſum creverunt, inculcare. Aliter licebit Jeſuitis docere, ſi hoc tantum agi ab illis Pontifices velint, ut Eccleſia ſanctior & Chriſto ſimilior fiat: non vero licebit illis ſecus docere, ſi hoc etiam ab illis curari velint, ut Pontifices parta retineant & amiſſa recuperent, Eccleſiæque præfecti ac miniſtri ditiores in dies & potentiores fiant. Si quid peccarunt Jeſuitæ, totus in eo eorum verſatur error, quod clarius & dilucidius expoſuerunt, quæ Tridenti parum aperte explicata, aut omiſſa plane ſunt, ne nimis animi offenderentur eorum, qui melioribus imbuti ſententiis ad celebrem iſtum Conventum venerant. Hinc etiam Pontifices, maximis licet argumentis & exhortationibus moniti, nullo tamen modo ut gravius aliquid in Jeſuitarum de religione ſententias decernerent, permoveri potuerunt; contra illis, qui contentioſius & fortius eorum dogmata oppugnarunt, reſtiterunt nunc clam, alias publice, hominibus nimirum improvidis, qui aut ignorant, aut ignorare volunt, quid ſalus Eccleſiæ flagitet.

Idem §. XLV. Neque tamen Janſeniſtæ, ſeu, ut ipſi malunt appellari, Auguſtiniani propter ſolum dogma de divina gratia, quod reapſe Auguſtinianum eſt, & ſi fucum demas, quo exornari ſolet, propius ab eorum qui Calvinum ſequuntur, ſententiis abeſt, Jeſuitis tantopere diſplicent: Sunt in illis multa alia, quæ defenſores Eccleſiæ Romanæ ferre ac probare nequeunt. Etenim Janſeniſtis principibus omnes illæ lites, quas ſupra commemoravimus, in Pontificia familia excitatæ & ad noſtram ætatem innumeris voluminibus in Belgio, & Gallia editis propagatæ ſunt. Vix autem habent aliquid illi, quod minus ferendum putant Jeſuitæ & veri Pontificis Romani cives, quam morum diſciplinam & pietatis præcepta, quæ inculcant: Nihil nempe Janſeniſtis ſanum & incolume in moribus & inſtitutis Romanæ Eccleſiæ videtur. Primum univerſum ordinem ſacrum deſciviſſe prorſus ab officio ſuo conqueruntur: Monachos deinde plane prolapſos eſſe ſtatuunt, & ad veterem ſanctitatem & vivendi rationem a familiarum Conditoribus præſcriptam revocari jubent: populum porro accurata religionis & ſanctitatis Chriſtianæ cognitione imbui volunt: ſacrum codicem & libros, quibus cultus publici ratio continetur, vernaculo gentis cujuslibet ſermone populo exhibendos & ab omnibus ſtudioſe legendos eſſe contendunt: ad extremum omnes diligenter edocendos eſſe adſeverant, veram adverſus Deum pietatem non in actionibus externis & ritibus, ſed in caſtitate mentis, amoreque divino, poſitam eſſe. Hæc in univerſum ſpectata nemo vituperaverit, niſi diſciplinæ Chriſtianæ neſcius aut ipſe vitioſus. Ad ſingula vero ſi deſcendatur, &, quemadmodum ſuos ad ſalutem inſtituant, exploretur, manifeſtum fit, Janſenianam pietatem ad intolerandam ſuperſtitionem & ad Myſticorum, qui vocantur, duras & fanaticas opiniones vehementer declinare, nec idcirco temere prorſus RIGORISTARUM illos vocabulo ab adverſariis notari.

QU. XII.

De Schiſmaticis quid cenſes? (*a*)

§. I. SChiſmatici illi dicuntur, & ſunt, qui Chriſti Eccleſiæ libellum repudii mittunt, cumque ea divortium faciunt; Germaniſſimi hæreticorum fratres; Nam ut ait Hieronymus c. 2 ad Titum *Nullum Schiſma non aliquam ſibi confingit hæreſim, ut recte ab Eccleſia receſiſſe videatur*. Jure igitur Eccleſia Schiſmaticos earumdem virgarum metu, ac Hæreticos, & Apoſtatas coercendos eſſe ſemper putavit.

§. II. At tot inter Eccleſias, & Sectas, in quas Chriſtiani hiſce præcipue temporibus diſpertiti ſunt, quænam cenſenda erit vera Chriſti Eccleſia, a qua qui diſſident, Schiſmatici habendi ſunt? Num Neſtoriana? Num Eu-

(a) Schiſma eſt ſubtractio ab obedientia Capitis Eccleſiæ formaliter ſumpti, vel ab unione Univerſalis Eccleſiæ. Dividitur in purum & mixtum, ſeu conjunctum cum hæreſi. Schiſma purum (quod practice, & ordinarie vix dari poteſt) eſt malitioſus receſſus a vera Eccleſia quoad obedientiam tantum, non autem quoad fidem. Schiſma mixtum eſt malitioſus receſſus a vera Eccleſia quoad obedientiam pariter, & fidem non quoad omnes articulos (quia tunc eſt Apoſtaſia). Sed quoad unam aut plures veritates Catholicas ab Eccleſia definitas, & propoſitas.

Schiſmaticus proprie non eſt, qui ſe a quolibet alio Epiſcopo ſeparat, eique obedire detrectat, vel ſe a ſolis membris alicujus particularis Eccleſiæ & Diœceſis disjungit; ſchiſma enim proprie dictum importat ſeparationem & receſſum ab Eccleſia Univerſali, & ab ejus formaliter capite, non autem ſolam ſeparationem & receſſum ab aliqua Eccleſia, & Diœceſi particulari, & ejus Diœceſano, ſeu Epiſcopo; quamvis tamen talis ſeparatio, & receſſus poſſit dici aliquo modo Schiſma lato modo, & improprio.

Schiſmatici proprie dicti, ſeu puri, & nullam conjunctam habentes hæreſim, pluribus ſubjacent pœnis. Prima talium Schiſmaticorum pœna eſt excommunicatio Major. c. *Nulli fas* diſt. 19, can. de *Liguribus* 43, Cauſ. 23, Qu. 5. Secunda pœna eſt privatio Juriſdictionis Eccleſiaſticæ can. Novatianus 6 Cauſ. 7, Qu. 1, can. *didicimus* 31, Cauſ. 24, Qu. 1. Tertia pœna eſt inhabilitas ad Beneficia, & dignitates eccleſiaſticas c. 5, de Elect. Schiſmatici mixti, ſeu habentes adjunctam hæreſim, quales ſunt fere omnes Schiſmatici, ſubjacent omnibus pœnis, quibus ſubjacent Hæretici. Vid. Qu. XI, N. a.

Duobus ad Summum Pontificatum electis, ſi ignoretur, quis ex eis legitime electus ſit, & aliquis adhæreat ei, quem putat legitimum Pontificem, ſed cujus poſtmodum electio minime legitima judicata eſt, non eſt Schiſmaticus. Schiſmaticus autem eſt, qui perſiſtit in obedientia ejus, quem putavit verum Pontificem, poſtquam ejus Electio nulla judicata eſt ab habente poteſtatem. In primo caſu poſſunt eſſe, & fuerunt Sancti, ſecus autem in ſecundo caſu. Vide Benedictum XIV de Serv. Dei Beatificat. & Beat. Canonizat. L. III, n. 5, 6, 7, ubi plura pro primo caſu affert exempla.

Eutychiana? Num Photiana? Num Lutherana, Calviniana, Zuingliana, Arminiana, Sociniana? Nam omnes hæ veræ Chriſti Eccleſiæ eſſe volunt. Omnes ne igitur, qui hiſce Eccleſiis nuntium remittunt, Schiſmatici? Illa una eſt vera Chriſti Eccleſia, quæ Petro, ejuſque Succeſſoribus tamquam ſolidiſſimæ baſi, ac fundamento innixa eſt. Hanc unam Chriſtus fundavit, hanc unam deſignavit, cum Matthæi XVI, 18, Petrum ita affatus eſt: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam*. Ea igitur Chriſtianorum, Presbyterorum, Epiſcoporum Univerſitas, quæ Petri Succeſſori, ſeu Romanæ Sedi ſacro Fidei, obedientiæque vinculo eſt colligata, vera Chriſti Eccleſia habenda eſt, (Vid. ſupra L. I, Qu. V, §. 4.) iique omnes, & uni, qui ab hujus Univerſitatis complexu ſe ſe avellunt, atque abſtrahunt, velſe avelli, atque abſtrahi patiuntur, Schiſmaticorum ſcelere ſe ſe obſtringunt. Hi ſunt, qui Chriſti ſponſam diſcerpunt, atque dilacerant, hi, qui Chriſti veſtem inconſutilem diffindunt, ſcinduntque, hi denique, qui myſticum Chriſti corpus immani morſu obtruncant, ejuſque membra articulatim dividunt.

§. III. Adverſus hoc nefariorum hominum genus ita invehitur S. Cyprianus Lib. de Unitat. Eccl. *Quis ſic ſceleratus & perfidus, quis ſic diſcordiæ furore veſanus, ut aut credat ſcindi poſſe, aut audeat ſcindere Unitatem Dei? Veſtem Domini? Eccleſiam Chriſti? . . . Tales, etiam ſi occiſi in confeſſione nominis Chriſti fuerunt, macula ipſa nec ſanguine abluitur. Inexpiabilis, & gravis culpa diſcordiæ nec paſſione purgatur. Eſſe Martyr non poteſt, qui in Eccleſia non eſt. Ad Regnum pervenire non poterit, qui eam, quæ regnatura eſt, derelinquit.* Nec minus nervorum, ac virium habent ea, quæ Auguſtinus ait adverſus Parmenianum L. 3, n. 28. *Inconcuſſum igitur, firmumque teneamus, nullos bonos ab ea* (Eccleſia) *ſe poſſe dividere . . . . non hoc potuiſſe facere, niſi aut ſuperbiæ tumore furioſos, aut invidentiæ livore veſanos, aut ſæculari commoditate corruptos, aut carnali timore perverſos.*

§. IV. Verum præſtat audire eorum orationem, qui Luthero auſpice & duce ab Eccleſia ſeceſſerunt, quo pacto ſe ſe tueantur, quibuſque fucis, atque coloribus ſuam incruſtent diſceſſionem. Se enim Schiſmaticos minime eſſe, ſe ab Eccleſiæ Parentis ſuæ ſinu, gremioque nunquam direptos fuiſſe, ſe ſuæ fidei vi Chriſto Eccleſiæ Capiti devinctos, conſtrictos, atque colligatos hærere. (Bohemerus J. E. P. Lib. V, tit. VIII, §. 2, & 21.) At Chriſtus Dominus ad Patrem redux, ſuique corporis præſentiam ab hominum conſpectu ſubtrahens, (Matth. XVI, 18.) ſui Vicarium in terris reliquit, quem oculis contueri, quem ore alloqui, quem auribus audire poſſemus. Hunc Eccleſiæ ſuæ conſpicuum, atque adſpectabile Caput, hunc, Centrum ad Chriſtianorum omnium complexum, hunc communionis, conjunctioniſque Eccleſiaſticæ vinculum voluit eſſe; ſtatuitque (Matth. XVI, 19.) neminem ſibi in Cœlis ulla conjunctione devinctum fore, qui cum ſuo in terris Vicario conjunctus non eſſet. Quam tu igitur cum Chriſto conjunctionem mihi prædicas ab ejus Vicario Petro Petrique Succeſſoribus tantopere abhorrentem?

§. V. At inſtant illi, ajuntque, Chriſtum Matth. XVI, 18, non Petrum ipſum, ſed Petri Fidem Eccleſiæ ſuæ fundamentum, Unitatiſque centrum

Jus Metropoliticum. M eſſe

eſſe voluiſſe. (Centuriatores Cent. I, c. 4, col. 175, & l. 1 ſmal. de Primat. Pontif.) Se igitur *Fide* Chriſto Eccleſiæ Capiti conſtrictos hærere. At hæc Fides tantæ conjunctionis artifex quæ, quantaque eſſe debet? num tanta, quantam præ ſe tulit Petrus Matth. XVI, cum Chriſti Divinitatem faſſus eſt? Omnino. Hanc enim unam Confeſſionem Eccleſiæ ſuæ fundamentum Chriſtus eſſe voluit. Satis igitur erit, ut Eccleſiæ Chriſti cives, ac membra habeamur, & ſimus, ſi fateamur, *Chriſtum eſſe Filium Dei vivi?* Nihil ne præterea? Quid ſi quis alia omnia divina Oracula ejuret? omnes ſacrarum litterarum libros ad fabulas amandet? Eccleſiæ ne civitate donandus? Negas. At quæ igitur, quotque ea ſunt, quæ hæc tua Fides complecti debet, ut Chriſto, ejuſque Eccleſia dignus videare? Præcipua, inquis, Chriſti doctrinæ capita, ea videlicet, quæ quaſi Sedes habentur, ac Chriſtianæ Religionis fundamenta. Quid cætera dogmata? Reſpuas licet atque rejicias, nunquam Eccleſiæ jure excides. At hæc veſtra præcipua Fidei capita (acute nec inficete Jacobus Ruſſeaus (*b*) a ſuæ Sectæ primoribus aqua, & igni interdictus) in quæ ego aut jurare debeam, aut in diſcrimen capitis venire, quot ſunt, & quæ? Quis ab aliis Fidei capitibus ea diſtinxit? quo jure? Ubi norma, ac libella quæ mihi ſacras litteras percurrenti digito veluti monſtret, queis meam adjicere fidem neceſſario debeam, queis denegare poſſim impune? Atque hæc norma, atque libella, ſi uſpiam eſt, quo duce, quo lare tuta? Eja agite: ad vos inquam: *Vivorum, ac mortuorum Judicium .... Carnis Reſurrectio .... Vita Æterna ....* Hi articuli quo in numero habentur? quem locum tenent? quam ſedem occupant? SUBSTANTIALIUM ne an NON SUBSTANTIALIUM? Diſtorquent oculos, ſcalpunt caput, muſſitant, rabioſa ſilentia rodunt, aut ſi quid hiſcere audent, inter ſe diſſentiunt, certant, digladiantur, extremo rem omnem in medio relinquunt.

§. VI. Verum in arenam deſcendit catus homo egregie cordatus ſententiam dicturus, quæ tantas valeat componere lites, ac ſtatuit, *Fundamentales Fidei articulos eſſe illos, quos primæva Eccleſia in ſua Symbola congeſſit*. Ita ſane Joſephus Binghamus Orig. Eccl. Lib. XVI, c. 1, §. 1, Vol. VII,

(b) Ruſſeau l. c. Or, je vois deja vos Docteurs triompher ſur ces points capitaux, & pretendre que je m'en écarte. Doucement, Meſſieurs, de grace; ce n'eſt pas encore de moi qu'il s'agit, c'eſt de vous. Sachons d'abord quels ſont, ſelon vous, ces points capitaux, ſachons quel droit vous avez de me contraindre à les voir ou' je ne les vois pas, & où peut-être vous ne les voyez pas vous-mêmes. (Rouſſeau Lettres écrites de la Montagne, à Amſterdam 1765, Part. I, Lett. II, pag. 52, & pag. 58.) On leur demande ſi Jeſus-Chriſt eſt Dieu, ils n'oſent répondre: on leur demande quels Myſteres ils admettent, ils n'oſent répondre. Sur quoi donc repondront-ils, & quels ſeront les articles fondamentaux &c.? E due righe dopo. Allarmés, effrayés, (i Paſtori e Profeſſori della Chieſa e dell'Accademia di Ginevra, per tema forſe di perdere i loro impieghi pel ſoſpetto che ſu di lor s'era fatto naſcere di Arianiſmo e Socinianiſmo) ils s'aſſemblent, ils diſcutent, ils s'agitent, ils ne ſavent à quel Saint ſe vouer; & apres forte conſultations, deliberations, conferences, le tout aboutit à un amphigouri où l'on ne dit ni oui ni non.

VII, pag. 4. At eodem ſemper revolvimur. Nam ſi a Binghamo quæramus, quot & quinam ſint ii Fidei articuli, qui in Apoſtolicis Symbolis continentur, litem lite reſolvit, nec quod (c) dubium controverſumque non

(c) Bingham. O. E. Lib. X, Cap. III, §. 1, Vol. IV, pag. 7. Jam vero magna illa quæſtio de natura, argumento & ambitu Symbolorum Apoſtolicorum reliqua eſt, hoc eſt, quinam fidei articuli in ea concluſi fuerint & comprehenſi. Sunt, qui admodum anguſtos illis limites circumſcribunt, initio nihil amplius, quam quod in formula baptiſmi expreſſum eſt, nimirum Credo in *Deum Patrem, Filium & Spiritum Sanctum*, ea continuiſſe dictitantes. Ita *Epiſcopius* ejuſque aſſeclæ, qui orbi chriſtiano perſuadere adlaborant, doctrinam de Servatoris noſtri divinitate per tria priora ſæcula ad ſalutem ſcitu ac creditu neceſſariam judicatam non fuiſſe. Verum eruditus Epiſcopus Georgius Bullus, & Jo. Erneſtus Grabius hanc aſſertionem ſolliciſſime confutarunt, ille quidem ex omnibus antiquis Symbolis oſtendendo, hanc doctrinam neceſſarium fidei articulum fuiſſe, jam ante Synodum Nicææ celebratam, hic autem ex ſacra Scriptura probando „ ipſa prima „ Symboli Apoſtolici, in antiquiſſima baptiſ„ mi adminiſtratione uſitati, lineamenta am„ pliora fuiſſe iſta ab Epiſcopio tradita fidei „ confeſſione: *Credo in Patrem, Filium, & „ Spiritum Sanctum*; illudque Symbolum „ mox tanta cepiſſe incrementa, ut ipſa Apo„ ſtolorum ætate ac auctoritate, vel ſaltem „ permiſſione, ad iſtam tandem magnitudi„ nem, qua nunc Symbolum Apoſtolorum „ vulgo dictum gaudet, excreverit, cunctoſ„ que habuerit articulos, demptis ſolum duo„ bus, *de deſcenſu Chriſti ad Inferos & „ de communione Sanctorum*". Singularis certe opinio Sam Baſnagii eſt, ſæculo demum ſecundo Symbolum compoſitum, eique præcipue articulos ad coarguendas varias hæreſes, quæ tunc temporis Eccleſiam infeſtarint, inſertas fuiſſe ſtatuentis. *Non me levis inceſſit opinio*, inquit, *ex ſcripturæ articulis Symbolum a Patribus fuiſſe conditum, erroribus Gnoſticorum, Symoniacorum, Ebionitarum, ejuſmodique furfuris hominum coarguendis atque confutandis. Gnoſtici bonum Deum & malum ſuis in dogmatibus habere dicebantur: peſtilentiſſima hæreſis his evertitur*; CREDO IN DEUM. *Menander, Simonis diſcipulus, mundum aſſerebat, non a Deo ſed ab Angelis factum: huic oppoſitum;* CREATOREM CŒLI ET TERRÆ. *Carpocrates Jeſum hominem* ψιλὸν *& de utroque ſexu natum eſſe docebat: boc impugnatum ex verbis*; CHRISTUM CONCEPTUM DE SPIRITU SANCTO. *Baſilidiani non credebant, Jeſum a Judæis fuiſſe crucifixum, ſed Simonem Cyrenienſem; paucis quidem, ſed ſolidiſſimis verbis confutantur*, MORTUUS EST, ET SEPULTUS. *Carnis reſurrectionem abjiciebat Carpocrates cum Marcella ſectæ ſocia: dictum;* CREDO RESURRECTIONEM CARNIS. *Omnes Symboli articulos ſigillatim percurrenti, planum fiet, ad errores tum graſſantes referri*. Ita vero, ſi erudito huic viro aurem præbere voluerimus, nullum omnino Symbolum ab Apoſtolis factum, ſed in totum ab Eccleſia compoſitum & gradatim auctum eſt, quando demum ſectarum & hæreſum origo oppoſitionem quamdam requiſivit. Eruditus *noviſſimæ criticæ hiſtoriæ Symboli* auctor eadem via incedit, hoc tantum cum diſcrimine, ut alios articulos ab ipſis apoſtolis inſertos, (quod Baſnagius non dicit,) alios ab Eccleſia, hæreſibus ita exigentibus, additos eſſe ſtatuat. Quando vero de articulis ſigillatim loquitur, de præcipuis in Baſnagii concedit ſententiam. Primum enim articulum, *Credo in unum Deum* non contra Polytheiſmum Gentilium ab apoſtolis, ſed ab Eccleſia tantum contra *Valentinianorum, Cerdonianorum, Marcionitarum*, aliaſque hæreſes, ſequentibus temporibus ſubortas, factum eſſe contendit. Quod reipſa non eſt aliud, quam dicere, Symbolum ab Apoſtolis compoſitum eſſe, & non eſſe compoſitum. Nam ſi primarii ejus articuli ab ipſis non ſunt conditi, non video, unde ejus auctores fuiſſe dici poſſint. Quocirca docti Grabii ſententiæ facilius ſubſcribo, qui contra hunc eruditum virum evicit, primum articulum, *Credo in Deum Patrem, creatorem*

non ſit; quidquam in medium profert. Quod ſi rurſus a Binghamo ſciſcitemur, num in eorum Symbolorum interpretatione Chriſtiani omnes inter ſe una & mente, & voce ſemper conſenſerint, is ipſe fateri cogitur,

---

rem cœli & terræ, mox ab initio ab apoſtolis Symbolo fuiſſe inſertum contra capitalem Ethnicorum errorem, πολυθεότητα videlicet, ſeu perſuaſionem de pluribus falſis diis, quorum unus cœli, alter terræ, alius maris haberet poteſtatem &c. ac vanam horum venerationem. Nam hæc promiſcuæ multitudinis ſuperſtitio erat; etiamſi philoſophi & doctiores inter Gentiles de unitate ſupremi Dei aliquanto melius ſentirent. Unde rationi conſentaneum eſt credere, hunc primum articulum inſertum fuiſſe, ut homines ante baptiſmum huic erroneæ Gentilium opinioni renuntiarent.

Epiſcopii opinio, quando ab initio in Symbolo de Servatore noſtro nudum filii titulum prolatum fuiſſe adſerit, a Grabio ſolide confutata eſt, qui ex ſcripturis hunc ipſi titulum cum additamento, quod ſit *filius* Dei, ſemper tribui oſtendit, probatque, reliquos articulos, quod ſit *crucifixus*, *mortuus*, *ſepultus*, *quod reſurrexerit*, *& adſcenderit in cœlos*, *& ſedeat ad dexteram Dei*, *inde venturus*, *ut judicet vivos ac mortuos*, jam inde ab ipſis chriſtianæ fidei initiis Symbolo inſertos fuiſſe; quod doctrinæ ſint, quibus catechumenos ſuos Apoſtoli maxime imbuerint, & quæ *Judæis* pariter & Gentilibus abſurdæ ridiculæque viſæ ſint; adeoque concludi licere dicunt, quod horum articulorum confeſſionem Judæi ac Gentiles nuper converſi & jam jam baptizandi debite ediderint. Unde quoque ab opinione jam ante memorati auctoris *hiſtoriæ criticæ Symboli* diſcedit, cui articulus de adſcenſione Chriſti huic Symbolo Sæculo II appoſitus, atque *Apelli*, diſcipulo *Marcionis*, carnis Chriſti adſcenſionem in Cœlos neganti, oppoſitus videtur. Verum enim vero, ſi ad excludendum hunc errorem Patres articulum de adſcenſione Chriſti Symbolo appoſuiſſent, non ita nude protuliſſent, *Adſcendit in Cœlos*, dixiſſent, τὴν ἔνσαρκον εἰς τὰς ἐρανὰς ἀνάληψιν *in carne in cœlos adſcenſionem*, uti, obſervante Jo. Erneſto Grabio, Irenæus in enarratione Symboli ait. Patem inde rationem eſſe dicit ſequentium commatum, *de ſeſſione ad dexteram patris*, & *reditu ad judicandum vivos & mortuos*; quorum illud ſi errori eorum oppoſitum fuiſſet, qui affirmabant, Servatoris *carnem in cœlis vacuam ſenſu*, *ut vaginam exempto Chriſto*, *ſedere*, hoc vero appoſitum ad excludendam hæreſim partim *Marcionitarum*, Deum Patrem Chriſti juſtum, ſive judicem, eſſe negantium, partim *Gnoſticorum*, libertatem arbitrii inficias euntium, uti ante memoratus auctor opinatur, utrumque ſi non pluribus, ſaltem ſpecialioribus atque talibus fuiſſet conceptum verbis, quæ dictas hæreſes directe ferirent. Unde rationi magis conſentaneum eſt credere, Apoſtolos confeſſionem hancce iis, qui ſimpliciter iſta hactenus negarant aut ignorarant, Judæis nempe & Ethnicis ad fidem converſis, præſcripſiſſe.

De duobus articulis *de conceptione Jeſu Chriſti ex Spiritu Sancto*, *& nativitate ex Maria Virgine*, Grabius aliquantum dubitat, an illos quoque jam inde ab initio Judæi ac Gentiles ſint profeſſi? quod in nullo catecheticorum, qui in vitis apoſtolorum extant, ſermonum ulla vel conceptionis ex virtute Spiritus Sancti ſine virili ſemine, vel nativitatis ex *Maria* virgine, facta ſit mentio, ſed ante obitum *Joannis* ad *Carpocratis*, *Cerinthi* ac *Ebionæorum* hæreſim, quæ Chriſtum ex *Joſepho* & *Maria* genitum impie aſſerebat, excludendam demum Symbolo fidei acceſſiſſe, ſentit.

Articulus de *Spiritu Sancto* ſemper fuit pars Symboli apoſtolici, ut ipſe Epiſcopius adfirmat; adeoque eorum opinio, qui a catechumenis ante baptiſmum nihil præter confeſſionem fidei in Jeſum Chriſtum, filium Dei, requiſitum fuiſſe ſtatuunt, penitus repudianda eſt.

Articulus de *remiſſione peccatorum* itidem ab initio in Symbolo Apoſtolorum expreſſus fuit, quia hanc doctrinam in primis catecheſibus diſerte *Judæis* pariter & Ethnicis tradiderunt. Et proinde opinio auctoris *hiſtoriæ Symboli apoſtolici*, quod aliquibus tantum non

tur, (Or. Eccl. Lib. XVI, c. I, §. 1, Vol. VII, pag. *6.*) Novatianos, & Montaniſtas, licet Catholicorum Symbolum recitarent, eas tamen ſententias ex eodem Symbolo ebibiſſe, quæ a Catholicis auribus valde abhorrebant. Hinc Hieronymus epiſt. 54 ad Marcellam: *Primum in Fidei regula diſcrepamus. Nos Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum in ſua unumquemque perſona ponimus, licet ſubſtantia copulamus; illi Sabelii dogma ſectantes, Trinitatem in unius perſona anguſtias cogunt.*

§. VII. Quanto igitur melius dixiſſent, qui Eccleſiam non Petro, ſed Petri fidei a Chriſto ſuperſtructam volunt, Petri, ejuſve Succeſſoris Fidem Eccleſiaſticæ Unitatis centrum divinitus eſſe conſtitutam, ac proinde Lydium illum lapidem eſſe debere, ad quem Chriſtiani omnes fidem ſuam debeant explorare. Ita quemadmodum lineæ omnes a periphæria ad centrum ductæ inter ſe æquales, & pares ſunt, ita Chriſtiani omnes, qui cunctos ſuæ Fidei articulos in idem punctum, centrumque collineant, non unius Fidei, non unius Religionis, non unius Eccleſiæ eſſe non poſſunt.

§. VIII. Sed perſtant illi in ſua ſententia, urgentque, nullam olim hujuſce *Viſibilis capitis ac centri* fuiſſe neceſſitatem, nec ullum tribus prioribus Sæculis veſtigium reperiri. (Baſnagius in Opere, cui titulus, *Traitè des prejugez faux & legitimès, ou Reſponſe aux lettres, & inſtructions paſtorales dè quatre Prelats; M. de Noailles Cardinal Archeveque de Paris, Colbert Arche-*

---

non vero omnibus Symbolis inſertus fuerit, uſque ad ortum hæreſis *Novatianorum*, itidem rejicienda eſt, quod ipſos *Novatianos* iſtum articulum in baptiſmo adhibuiſſe conſtat.

Articuli de *reſurrectione mortuorum* & *vita æterna* etiam Symbolo apoſtolico inſerti fuiſſe colliguntur, ſi non a primis initiis, certe eo tempore, quum epiſtolam ſuam ad *Hebræos* ſcripſit *Paulus*, ſiquidem reſurrectionem mortuorum, & judicium æternum inter fundamentalia doctrinæ chriſtianæ capita memorat, Hebr. VI, 2.

Articulum de *Eccleſia* Grabius ſub finem ſæculi primi vel initium ſecundi, occaſione hæreticorum & ſchiſmaticorum, poſtquam ſeorſim ab Eccleſia orthodoxa congregari cœperunt, reliquis acceſſiſſe putat. Tertulliani certe tempore fideles jam in Symbolo profeſſos fuiſſe *ſanctam Eccleſiam*, ex ipſius libro de baptiſmo patet, ubi ſcribit: *Quum autem ſub tribus & teſtatio fidei & ſponſio ſalutis pignorentur, neceſſario adjicitur Eccleſiæ mentio; quoniam ubi tres, ideſt, Pater, Filius & Spiritus Sanctus, ibi Eccleſia, quæ trium corpus eſt.*

De *communione ſanctorum* conſtare dicit, non ante ſæculum a Chriſto nato quartum ejus mentionem in Symbolo occurriſſe.

Quod vero ad articulum *de deſcenſu Chriſti ad inferos* attinet, ille primis Eccleſiæ ſæculis Symbolo non fuit expreſſus, ſed occaſione hæreticorum poſterioribus temporibus illi additus. Quo autem præcipue tempore acceſſerit, de eo quidem inter *hiſtoriæ criticæ* auctorem & *Grabium* non convenit. Ille (qui genuinum hujus articuli ſenſum adeo erudite expoſuiſſe noſcitur, ut a conſummatiſſimo theologo haud meliora exſpectari queant) contra *Arianos* vel *Apollinariſtas*, animam ſive ſpiritum Chriſto denegantes, inſertum fuiſſe opinatur, quia Patres in dictis hæreticis refellendis hoc uſi ſunt argumento: Chriſtus ad inferos deſcendit, vel ſecundum divinitatem, vel ſecundum animam, vel ſecundum corpus. Atqui abſurdum eſt ſive divinitati, ſive corpori, deſcenſum ad inferos adſcribere; ergo ſecundum animam deſcendiſſe, ac per conſequens anima præditum fuiſſe, ſtatuendum eſt. Grabius autem huic ſententiæ obſtare dicit, quod in nulla confeſſione Chriſtus *ſecundum* animam in inferno fuiſſe, ſed ſimpli-

cheveque de Roven; Boſſuet Eveque de Meaux; & Neſmond Evêque dè Montauban, diviſe en trois Tomes. A Delft, chez Adrien Bėman 1701.) Ego vero Sæculo III invenio S. Cyprianum, qui epiſtola LXXIII hæc habet: *Quo venturus eſt, qui ſitit? utrumne ad hæreticos, ubi fons, & fluvius aquæ vitalis non eſt? an ad Eccleſiam, quæ una eſt, & ſuper unum*, (Petrum) *qui & claves ejus accepit, Domini voce fundata eſt?* Et lib. de Unit. eccl. *Super illum unum* (Petrum) *ædificat Dominus Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oves ſuas ... ET PRIMATUS PETRO datur, ut UNA CHRISTI ECCLESIA, & CATHEDRA UNA monſtretur*. Sæculo ſecundo invenio S. Iræneum, cujus hæc ſunt verba contra Hær. L. III, c. 3: *Ad hanc* (Eccleſiam Romanam) *propter potiorem* (aut potentiorem) *principalitatem convenire neceſſe eſt omnem Eccleſiam, hoc eſt eos, qui ſunt undique fideles* (d). Sæculo denique primo invenio S. Ignatium, cujus Epiſtola ad Romanos ſic inſcribitur: *Eccleſiæ Romanorum ... quæ etiam præſidet* (e).

§. IX.

---

pliciter ad *inferos* vel in *ſubterranea loca deſcendiſſe* dicatur, quodque in quibusdam ipſorum *Arianorum* nec non aliis ſecta *Apollinaris* antiquioribus fidei formulis hic articulus occurrat. Unde is potius occaſione *Valentinianorum* & Marcionitarum jam pridem Symbolo additus fuiſſe, ipſi videtur. Illi enim, Irenæo & Tertulliano teſtibus, ſimul atque mortui eſſent, cœlos ſe ſupergredi dictitabant; quum tamen ipſe Chriſtus, antequam reſurrexit, & in Cœlos adſcendit, tribus diebus commoratus ſit, ubi animæ erant mortuorum.

(d) Salmaſius de Primat. Pap. c. 5, pag. 64, Edit. Lugd. an. 1695. Magnum pondus eſſe in teſtimonio Irænei nemo eſt qui dubitet. Polycarpi eum auditorem fuiſſe in juventa conſtat. Nemo itaque negaverit quin ejus auctoritas multum conferat adſtruendo principatui Eccleſiæ Romanæ. Non de nihilo itaque palmariam eam putarunt, & locum hunc illius Auctoris ex libro tertio adverſus hæreſes adferunt, quo rem totam decidi adfirmant.

(e) Valſech. La verità della Chieſa Cattolica Romana, Cap. V, pag. 145, N. 6. Il Tillemont parlando di S. Ignazio Martire, e della di lui Lettera *ammirabile* ſcritta alla Chieſa di Roma, dice così: *Il reconnoit même aſſez clairement la primauté de l' Egliſe Romaine*. E reca in margine (ſecondo il ſuo coſtume) la greca parola del S. Padre προκάθηται.

Idem pag. 146. N. a. Ella è coſa già nota, che queſta Lettera fu da un antico Codice tratta dall' Uſſerio, e da lui data in luce colle ſtampe di Londra l' anno 1647. Eſſa però, quantunque riconoſciuta da tutti i veri dotti per genuina, era una traduzione latina dal teſto greco originale, il quale nè dall' Uſſerio potè trovarſi, nè dal Voſſio ſteſſo che pur trovò le altre greche lettere del S. Martire nel famoſo Codice di Firenze. Lo ſcuoprimento di tal teſoro era riſerbato al P. Ruinart, il quale in un Codice della Colbertina unitamente agli Atti greci del Martirio di S. Ignazio trovò pure la lettera ai Romani originale greca, quale appunto fu da lui ſcritta, e pubblicolla nell' Opera eſimia *Acta Martyrum ſelecta*. Per venir ora alla particella da noi ſopra apportata, e che ſta nell' Epigrafe della Lettera; eſſa leggeſi egualmente e nell' antica traduzione latina già prodotta dall' Uſſerio, e nel greco teſto del Codice Colbertino. Nella prima dopo altri elogj dati alla Chieſa Romana diceſi eſſer quella *quæ etiam præſidet*; e nel ſecondo ἥτις καὶ προκάθηται. Sicchè la lezione è genuina e ſicura, ed in entrambi gl' idiomi il ſignificato delle parole è lo ſteſſo. Che poi il S. Martire grecamente parlando abbia voluto indicare con quella eſpreſſione *la Preſidenza*, o ſia il Primato della Chieſa Romana, ſiccome noi dietro alle traccie del Tillemont abbiamo oſſervato, chiaramente ſi ſcorge pel naturale ſignificato del verbo composto προκάθημαι, donde

§. IX. Quamobrem deſinant Proteſtantes ſuam cum Chriſto conjunctionem, atque Unitatem nobis venditare, comprimant illas voces, quas identidem jactitant, atque ad deſperatæ ſuæ cauſæ patrocinium arceſſunt, *Inviſibilitatis Eccleſiæ*, *Articulorum fidei fundamentalium*, *& non fundamentalium*; referant animum ad eam Eccleſiam, quam Chriſtus Matthæi XVI, 18, Petro, ejuſque Fide inædificavit, cogitentque, eos omnes, qui a Petri ejuſque Succeſſoris Fide ſunt alieni, Chriſti Eccleſia eſſe extorres; ac tandem aliquando ad Catholicam Romanam Eccleſiam poſtliminio reverſi una cum Hieronymo clamitent (in epiſt. ad Damaſum): *Ego nullum primum, niſi Chriſtum ſequens, Beatitudini tuæ*, ideſt *Cathedræ Petri conſocior: ſuper illam Petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc Domum agnum comederit, profanus eſt. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio ...*

---

d' è προκάθηται, il qual verbo propriamente ſignifica *preſiedere*. Onde Filone de Vita Moyſis lib. 1, dice: Ὁ γὰρ προκαθήμενος βασιλεὺς πόρθησιν εὐλαβηθεὶς, *Rex enim, qui præſidebat, populationem metuens &c.* E non diverſamente S. Gregorio Nazianzeno Orat. 28, num. 30. Edit. poſtrem. Pariſ. Καὶ πῶς ὁ (Ἥλιος) μὲν ἡμέρας ἔχει τὴν δυναστείαν, ἡ δὲ (Σελήνη) νυκτὸς προκαθέζεται, *Et ſicut ille quidem* (Sol) *diei dominatum habet, ita hæc* (Luna) *quoque noctli præſidet*. Quando dunque dice S. Ignazio, che la Chieſa Romana è quella ἥτις καὶ προκάθηται, *che anche preſiede*, viene a ſignificarci con queſte voci il di lei primato. Il che per vero dire ſembrami, ſe mal non veggio, di poter confermare ſenſibilmente confrontando quella della noſtra Lettera coll' Epigrafi di tutte quelle che ſcriſſe il S. Martire ad altre Chieſe. In quella agli Efeſi poſe τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἀξιομακαρίστῳ τῇ οὔσῃ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας, *alla Chieſa da dirſi a ragione beata, la quale è ad Efeſo nell' Aſia*: Ai Magneſiani τὴν ἐκκλησίαν τὴν οὖσαν ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, *la Chieſa ch' è a Magneſia preſſo il Meandro*: Ai Tralliani ἐκκλησίᾳ ἁγίᾳ, τῇ οὔσῃ ἐν Τράλλεσιν τῆς Ἀσίας, *alla Chieſa ſanta, ch' è a Tralli nell' Aſia*: A quelli di Filadelfia ἐκκλησίᾳ τῇ οὔσῃ ἐν Φιλαδελφίᾳ τῆς Ἀσίας, *alla Chieſa ch' è a Filadelfia dell' Aſia*: ed ai Smirneſi ſimilmente ἐκκλησίᾳ τῇ οὔσῃ ἐν Σμύρνῃ τῆς Ἀσίας, *alla Chieſa ch' è a Smirne dell' Aſia*.. Nella ſola lettera ai Romani della lor Chieſa ſi dice: ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων, *la quale anche preſiede nella region de' Romani*. Ma e perchè ciò? Se altro non aveſſe voluto indicare il Santo che l'*eſiſtenza*, o la ſituazione di quella Chieſa in quel luogo, e perchè non uſar quella voce che uſata avea a tal oggetto in tutte l' altre Lettere τῇ οὔσῃ, ch' è; ma quella che ſignifica *preſidenza* ἥτις καὶ προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου Ῥωμαίων, *la quale anche preſiede nella region de' Romani*, o ſia in Roma? E di tal fraſe ſervirſene coll' inſerimento ancora di quella particola καὶ, *etiam*, la quale ha forza a mio parere di additar nuovo pregio dopo degli altri prima accennati; quaſi dir volendo, che quella Chieſa che nel Signore *è diletta*, ed *illuminata* ec. ella *è quella pur che preſiede*, quæ etiam præſidet? Par naturale pur troppo il penſare, che S. Ignazio diſcepolo di S. Giovanni, appreſo avendo dal ſuo Maeſtro come da teſtimonio di udito, che Gesù Criſto avea detto a S. Pietro: *Tu ſe' Pietro, e ſovra di queſta pietra fabbricherò la mia Chieſa*; e ſapendo egli in oltre che la *cattedra di Pietro* era appunto nella Chieſa Romana: perciò a queſta Chieſa ſcrivendo, il di lei ſingolar pregio di *preſidenza*, o di primato nel fronte ſteſſo della Lettera a lei diretta rimarchi. Il fatto inſegnatoci dal Vangelo è certiſſimo: il ſignificato delle voci di cui ſerveſi S. Ignazio è naturale, genuino, ed aperto: riconoſciamo adunque per queſto, ch' è forſe il più antico tra i monumenti Eccleſiaſtici, il dogma del Primato della Chieſa Romana: dogma, come abbiam finora veduto, confeſſato da tutti i ſecoli; e, come toſto vedremo, inſegnato dagli oracoli del Vangelo.

vio .... Non novi Vitalem, Meletium reſpuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, ſpargit; h. e. quæ Chriſti non eſt, Antichriſti eſt (*f*).

QU. XIII.

(*f*) Apoſtatis, Hæreticis, Schiſmaticis, valde ſunt affines Blaſphemi, atque Sacrilegi, idcirco ne quid a nobis prætermittatur, quod in Scholis tradi ſolet, hic nonnulla ſubjicimus de Blaſphemia, & Sacrilegio.

Blaſphemia, ſive Maledictum a βλασφημῶ *maledico*, ſcilicet qua Deo ore injuria irrogatur, duplex potiſſimum diſtingui poteſt; ſcilicet ut alia ſit *Enunciativa*, *Imprecativa* alia. Illa eſt, quum Deo negatur, quod ipſi convenit, uti eſſe omnipotentem, immenſum, juſtum &c. vel quum ei tribuitur, quod ab ipſo alienum eſt, uti eſſe crudelem, inſipientem, non providum &c. vel demum quum creaturæ, quod proprium Dei eſt, adſcribitur. Hujuſmodi blaſphemiæ, quum manifeſtum errorem arguant, hæreticales adpellantur; & hoc nomine blaſphemi hæreticorum ritu habentur, licet revera hæretici non ſint, ſi dictis ſuis non adſentiantur. Olim Gentilibus nihil erat antiquius, quam Chriſtianos ad ejuſmodi blaſphemias ore promendas adigere: Euſeb. Lib. VI, cap. 41, Plinius Lib. X, Epiſt. 97. Ex eodem Euſebio Lib. IV, cap. 15, habemus, quod Tyranno Polycarpum in Chriſtum convicia profundere jubenti λοιδορεῖν τὸν Χριστὸν *conviciare Chriſto*, hæc illa digna ſe verba dederit: *Sex, & octoginta continuos annos ei miniſtravi, nec ulla me unquam adfecit injuria: & quomodo poſſum impie loqui adverſus regem meum, auctoremque ſalutis meæ?*

Blaſphemia imprecativa eſt, vel quum quis malum aliquod Deo imprecatur: uti *pereat Deus*, lateat *Deum &c.* vel quum aliquid, licet verum, ira tamen exæſtuans, vel conviciantis inſtar, quis de Deo proferat; quæ *deboneſtativa* blaſphemia etiam dici conſuevit, uti eſt illud apud Matth. Cap. XXVII, 40. *Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo illud reædificas*. Eſt quoque Blaſphemia in Deiparam Virginem, vel in Sanctos, quæque & ipſa indirecte, ac mediate in Deum redundat; quo intuitu Blaſphemia dicitur.

Utrumque blaſphemiæ ſive Enuntiativæ, ſive Imprecativæ genus atrociſſimum apud veteres judicatum eſſe delictum, tum ex pluribus patet, tum vel maxime ex Syneſio, qui quum Andronicum tyrannicum Ptolemaidis præſidem de aliis ſuis criminibus admonuiſſet, ubi tamen audivit ipſum dictitantem neminem unquam de manibus ſuis ereptum iri, ſi vel ipſum Chriſti pedem manibus corriperet, ipſum amplius non admonendum, ſed de Eccleſia ſolemni ritu ejiciendum duxit. Syneſius Epiſt. 58.

Pœna jure canonico antiquo in blaſphemos ſancita erat depoſitio in Clericum, & excommunicatio in laicum; quæ tamen temporis progreſſu obſolevit: unde jure hodierno arbitraria eſt, ſcilicet a Judice, quæ ipſi opportunior videatur, imponenda. I Syn. Prov. Neapol. Cap. 9, de Blaſphemia in hunc modum decernit: *Qui palam maledicta, convicia, aut obſcæna verba in Deum, ac Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, vel in ejus Beatiſſimam Genitricem, vel in aliquem Sanctorum plena veneno mortifero lingua protulerit, is ſi Clericus fuerit, ad Ordinarii arbitrium fructuum Eccleſiaſticarum privatione, & beneficii depoſitione uſque plectatur, juxta Conſt. Conc. Later. ſub Leone X. Quod autem ad laicos attinet, ſciant ſe non impune abituros, ſed pœnis a ſacris Canonibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus mulctatum iri*. Jure quoque civili antiquitus pœna in blaſphemos conſtituta, erat ultimum ſupplicium: Novell. LXXVII. *Qui ipſum Deum blaſphemant, digni ſunt ſupplicia ſuſtinere . . . permanentes in hiſce illicitis, & impiis actionibus poſt hanc admonitionem noſtram comprehendere, & ultimis tradere ſuppliciis &c.* Idem quoque juris præſcribunt Capitularia Regum Franc. Additione III, cap. 85. In veteri etiam Lege blaſphemi lapidibus a multitudine obruebantur. Levit. XXIV.

Sacrilegium in eo a Blaſphemia differt, quod

quod hæc verbis, illud autem facto injuriam Deo irrogat, unde paſſim definitur *Rei ſacræ violatio*. Res ſacra dicitur, quæ cultui divino addicta eſt: unde ex S. Thoma 2, 2, Q. 99, art. 1, triplex exſurgit Sacrilegii genus; nimirum Perſonale, quum injuria perſonæ ſacræ, Clerico, Religioſo, Sanctimoniali inferatur; Locale, quum loco ſacro, Eccleſiæ, vel Cæmeterio debitus honor denegetur; Reale demum, ſcilicet quod perpetratur contra res ſacras, vel cultui divino peculiariter dicatas, uti ſunt Sacramenta, Calices, Imagines Sanctorum, Reliquiæ.

Perſonale Sacrilegium triplici potiſſimum ratione committitur: 1 ubi Eccleſiaſticam Clericorum quis violans immunitatem, Clericum ad laicum tribunal trahat: de qua Clericorum prærogativa ſatis Lib. I, Tit. VIII. 2 Ubi quis violentas in Clericum, vel Monachum manus adtulerit parvi habens Clericorum privilegium; de quo in Can. XXIX, Cauſſ. 17, Q. IV. 3 Demum, quum quis cum virginibus ſacris, aliiſve perſonis Deo dicatis ſe ſociare non erubeſcat: Can. VIII, Cauſſ. 27, Qu. I. Triplici quoque ratione locale admittitur Sacrilegium: 1 per locorum ſacrorum pollutionem, 2 per localis Eccleſiaſticæ immunitatis violationem, ac 3 per omnes, & quoſcunque actus, quos ibi exercere legibus vetantur Chriſtiani: at de his Lib. II, Tit. XIII. Illud hic tantummodo non abs re obſervandum, ſepulcrorum violationem antiquis tum Eccleſiaſticis, tum Imperialibus Sanctionibus, tamquam immaniſſimum delictum, audiiſſe: Leg. V, de *Sepulcris violatis*, & Leg. III, de *Indulgentiis*, ubi inter ea delicta recenſetur, quibus generalis in Paſchatis ſolemnitate reliquis indulta venia denegabatur: Leg. III, Cod. Theod. de *Indulgentiis*. Epiſtolæ Canonicæ Gregorii Nyſſeni Cap. 6, & 7, & Concilii Toletani IV, Can. XLV, excommunicationis pœna in laicos, depoſitionis in Clericos ſepulcrorum violatores ſancitur.

Sacrilegium reale quod ſpectat, quemadmodum non uno intuitu res aliqua ſacra dicitur, uti Lib. II, Tit. I, indicavimus, ita diverſis quoque modis perpetratur. Graviora ejuſmodi ſacrilegia ſunt, quum profanis uſibus adplicentur Eccleſiæ, Altaria, Vaſa Sacra, Veſtes altaris miniſterio addictæ, Sacri Codices &c. De his exſtat peculiare Trid. decretum Seſſ. III, quo interdicitur cuicui *convertere, & torquere ſententias Sacræ Scripturæ ad ſcurrilia, ſcilicet fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, impias & diabolicas incantationes, divinationes, ſortes, libellos etiam famoſos*.

Pœnæ in ſacrilegos partim legibus ſunt ſancitæ, partim Judicis arbitrio ſanciendæ relinquuntur. Pœna legibus conſtituta eſt excommunicatio ipſo facto, ut ajunt, incurrenda quadruplici in caſu: 1 in Clerici, vel Monachi percuſſione: *indic.* Can. XXIV. 2 In violatione immunitatis Eccleſiaſticæ: qua de re alibi ſatis. 3 Quum quis Eccleſiam violenter confringere, eamque ſpoliare audeat: Cap. 22, de Sent. Excomm. 4 Demum, quum quis Eccleſiam incendat: Cap. 19. ibid.

QU. XIII.

Simoniaci hæreticis ne annumerandi?

§. I. PRodeat in medium Divus Ambroſius, & quam nefarium crimen ſit ſimonia, quamque atrox, nobis palam faciat. *Petrus Simoni*, (ait ille in l. 2 de Pœnitent. c. 4, adverſus Novat.) *qui Magicæ artis conſuetudine depravatus putaſſet, quod gratiam Chriſti per impoſitionem manus atque infuſionem Spiritus Sancti compararet pecunia, ait: NON EST TIBI PARS, NEQUE SORS IN HAC FIDE, QUIA COR TUUM NON EST RECTUM APUD DEUM. Vides quod hunc Magica vanitate blaſphemantem in Spiritum Sanctum Apoſtolica auctoritas damnat, & eo magis, quia puram conſcientiam non habebat*. Hæc Ambroſius anno 383. Quibus verbis ſatis declarat, Simoniacos Fide laborare, & veræ Chriſti doctrinæ valde eſſe inimicos. Ambroſii ſententiam præ ſe tuliſſe videtur etiam Gregorius Magnus, cum anno 605 hæc ſcripſit ad Theodoricum Regem: *Cum omnis avaritia ſit Idolorum ſervitus, quiſquis hanc, & maxime in dandis Eccleſiaſticis honoribus vigilanter non præcavet, INFIDELITATIS perditioni ſubjicitur, etiamſi TENERE FIDEM, QUAM NEGLIGIT, videatur*. Lib. IX, Epiſt. 13. Sed nil luculentius ac diſertius iis, quæ Taraſius Conſtantinopolitanus Epiſcopus ſcripſit ad Papam anno Chriſti 787. (Concil. Tom. IV, pag. 512.) *Eos qui per pecunias manus impoſuerunt, vel imponunt, Petrus divinus Apoſtolus (cujus cathedram ſortita eſt Sanctitas veſtra) tamquam Simonem Magum deponit .... TOLERABILIOR EST ENIM MACEDONII, ET EORUM, QUI CIRCA IPSUM SUNT SPIRITUS SANCTI IMPUGNATORUM, IMPIA HÆRESIS. Illi enim creaturam, & ſervum Dei Patris & Filii, Spiritum Sanctum delirando fatentur, iſti vero eumdem Spiritum Sanctum efficiunt ſuum ſervum. Omnis enim Dominus, quod habet, ſi vult, vendit, ſive ſervum, ſive aliquid eorum, quæ poſſidet. Similiter qui emit, Dominus ejus volens eſſe, quod emerit, per pretium pecuniæ illud acquirit. Ita & qui hanc iniquam actionem operantur, detrahunt Spiritui Sancto, æqualiter peccantes his, qui blaſphemaverunt, dicentes, Chriſtum in Belzebub ejicere Dæmonia; atque, ut verius dicamus, Judæ comparantur proditori, qui Judæis Dei occiſoribus Chriſtum vendidit. Cum ergo Spiritus Sanctus conſubſtantialis ſit Chriſto, ejuſdem omnino & ipſi portionis erunt, & procul dubio in eis non eſt gratia Spiritus Sancti, id eſt, Sacerdotii ſanctitas &c.* Nec tacitus præterire poſſum ea, quæ in Concilio Oxonienſi anni 1287 habentur tit. 38, apud Hard. Tom. VII Conc, pag. 1106. *Quanta ſit labes ſimoniacæ pravita-*

vitatis, *Sanctorum Patrum decreta declarant*, *qui omnia crimina hujus comparatione pro nihilo reputant*. *Simoniacos enim præcipuos hæreticos a cunctis fidelibus novimus reſpuendos*, Cum igitur Simoniæ & Hæreſeos tanta ſit cognatio, factum inde fuit, ut etiam Simonia non ſecus ac Hæreſis inter Eccleſiaſtica crimina ſit relata. (*a*)

§. II. Noſtrorum temporum hæterodoxi totam Simoniæ pravitatem unius *ambitus* cancellis circumſcribunt, atque definiunt, eo principio innixi atque fundamento, Eccleſiæ Præſides, atque Miniſtros, cum ſacris initiantur, nullo Spiritus Sancti numine inſtingui; poteſtatem divinum Spiritum afflandi, qua præditi erant Apoſtoli, quamque Simon Magus pretio mercari volebat, extraordinariam fuiſſe, cumque ipſis Apoſtolis eſſe deſiiſſe, nec ulli Epiſcoporum alii obveniſſe. (Boeh. J. E. P. L. V, tit. III, §. 8, Thomas ad Lancell. L. IV, Tit. III; Auctor de crim. Simoniæ, ejuſque larva §. VI.) Huic hæreſi tam peſtiferæ alio in loco nos bellum indiximus, (Lib. I. Quæſt. III, §. I.) ubi Eccleſiæ Præſides, & Sacerdotio præditos, & Sancto Spiritu afflatos, & Apoſtolicæ poteſtatis hæredes rationibus addiximus neceſſariis. (*b*) Nec ea, quæ contra Adverſarii effutiunt tanti ſunt, ut noſmet dimoveant a ſententia Gregorii Magni reſcribentis Syagrio Epiſcopo Auguſtodunenſi an. 599: *Quicumque ſtudet pretii datione ſacrum Ordinem*, *vel DONUM DEI mercari*, *Sacerdos non eſſe*, *ſed dici tantummodo concupiſcit*. Concilii Chalcedonenſis anni 451 definientis Canone 2, *illum Epiſcopum*, *qui per pecuniam ordinationem fecerit*, *GRATIAM quæ vendi non poteſt*, *ſub pretio redegiſſe*. (Conc. Tom. II, pag. 602.) Synodi Toletanæ an. 653, can. 3, conquerentis, *reperiri quampluri-*

mos

(a) Vid. Binghamum Orig. Eccl. L. XVI, §. 28, 29, 30.

(b) Auctor. quæſt. vet. & nov. teſtam. q. 93, inter opera Auguſtini relatus, id illuſtrat, aitque: *Illud autem*, *quod inſuflaſſe in Diſcipulos Dominus legitur poſt dies paucos reſurrectionis ſuæ*, *& dixiſſe*: *Accipite Spiritum Sanctum*, *Eccleſiaſtica poteſtas collata intelligitur eſſe*. *Quia enim omnia in traditione dominica per Spiritum Sanctum aguntur*, *idcirco cum regula eis & forma traditur hujus diſciplinæ*, *dicitur eis*, *Accipite Spiritum Sanctum*. *Et quia vere ad jus Eccleſiaſticum pertinet*, *ſtatim ſubjicit dicens* : Cujus *tenueritis peccata*, *tenebuntur*, *& cujus remiſeritis*, *remittuntur ei*. *Inſpiratio ergo hæc gratia quædam eſt*, *quæ per traditionem infunditur ordinatis*, *per quam commendatiores habeantur*. Id tamen Auguſtinus de Trinit. lib. XV, c. 26, hoc modo accipiendum eſſe cenſuit, ut Deus Spiritum Sanctum, ejuſque dona infundat ei cui manus imponuntur. Ait: *Immo quantus Deus eſt*, *qui dat Deum*. *Neque enim aliquis diſcipulorum ejus dedit Spiritum Sanctum*. *Orabant quippe*, *ut veniret in eos*, *quibus manus imponebant*, *non ipſi eum dabant*. *Quem morem in ſuis Præpoſitis etiam nunc ſervat Eccleſia*. *Denique & Simon Magus offerens Apoſtolis pecuniam*, *non ait*, *Date & mihi hanc poteſtatem*, *ut dem Spiritum Sanctum*, *ſed cuicunque impoſuero manus*, *ut accipiat Spiritum Sanctum*. Poſt pauca ſic denique concludit: *Nos autem accipere hoc donum poſſumus pro modulo noſtro*; *effundere autem ſuper alios non utique poſſumus*, *ſed ut hoc fiat*: *Deum ſuper eos*, *a quo hoc efficitur*, *invocamus*.

Concil. Trid. Seſs. XXIII, can. 4. *Si quis dixerit*, *per Sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum*, *ac proinde fruſtra dicere Epiſcopos*: *Accipe Spiritum Sanctum*; *aut per eam non imprimi characterem*, *vel eum*, *qui Sacerdos ſemel fuit*, *laicum fieri poſſe*, *Anathema ſit*.

mos negotiatione muneris perituros mercari velle GRATIAM SPIRITUS SANCTI, dum vile pretium donant, ut Pontificalis ordinis ſublime culmen accipiant, oblitos verborum Petri, qui dixit ad Simonem: PECUNIA TUA TECUM SIT IN PERDITIONEM, QUONIAM DONUM DEI EXISTIMASTI PER PECUNIAM POSSIDERI. (Concil. Tom. III, pag. 961.) Et Concilii Bracarenſis an. 572, Can. 3, monentis, *non aliquo pretio GRATIAM DEI, & impoſitionem manuum venundari*. (Concil. Tom. III, pag. 386.) Quamquam hi Canones prima fronte iis tantum dicam ſcribere videantur, qui ſacros ordines nundinantur, tamen ſi corticem, quo latet incluſa eorum anima, effringamus, comperiemus, eos illis etiam diem dicere, qui Eccleſiaſtica Beneficia cauponantur: Iis enim temporibus, quibus hi Canones lati fuerunt, nulla erat Ordinum, & Beneficiorum diſtinctio, tantaque utrorumque erat conjunctio, connexio, atque continuatio, ut uno nomine, cognomine, agnomine vocari exaudirentur; nec quidquam de illis dici poterat, quod non & de hiſce dictum eſſe putaretur. (c)

§. III. At e ſtatione, quam occupaverant, dejecti Adverſarii, calumniis & latratibus noſmet inceſſunt. Clamant igitur, eam quidem Simoniam, quæ nuda & aperta dicitur, omni Eccleſiæ aditu a nobis prohiberi, Simoniæ autem velo obductæ, at-

(c) Van-Eſpen J. E. U. P. II, t. 30, cap. 4, num. 1. Uſitatum & antiquum Simoniacorum pallium fuit, temporalium a ſpirituali in Beneficio diſtinctio ſive ſeparatio. Cum enim duo ſint in Beneficio Eccleſiaſtico, nimirum miniſterium Eccleſiaſticum, & jus percipiendi proventus temporales, creditum fuit, omnem Simoniæ labem evitari, ſi hæc duo a ſe mutuo ſeparentur, & prius, ſcilicet *ſpirituale*, *gratis* detur, alterum quod temporale eſt, temporali quoque compenſetur. „ Quia cum hoc fit non diſtrahitur Ec„ cleſiæ (inquiunt) *facultas*, nec emitur „ *Sacerdotium*, ſed Poſſeſſio *prædiorum*. „ Sub hac enim præſtatione pecuniæ *opes* „ *tantum*, non honoris vel Eccleſiæ redimi„ tur Sacramentum. Venalia ſi quidem ſunt, „ unde ſint divites: gratis accipiunt, *unde* „ *fiant* Sacerdotes. „

Ita quidem Capellani Gothofredi Ducis apud B. Petrum Damiani lib. 1, epiſt. 13, & lib. 5, epiſt. 13, quos tamquam *Satanæ prædicatores, & Apoſtolos Antichriſti* exagitat, exclamatque: *O novum ſchismaticorum genus, & os ſacrilegum æterni ſilentii cenſura damnandum!*

Dein urget Alexandrum II Pontificem, cui epiſtola inſcribitur, ut cœleſtis eloquii gladio præcinctus occurrat, & tamquam alter Joſue, Amalecitas oppugnantes Iſrael, evaginato Canonici vigoris mucrone proſternat.

Cenſuræ & doctrinæ ſuæ multas rationes adducit, atque hanc inter cæteras. „ Cum „ aliquid ſub venalitate ſuſcipitur, & illud „ procul dubio comparatur, quod ex neceſ„ ſitate ſubſequitur. Ad hoc enim Paſtoralis „ Eccleſia cuique committitur, ut ad ejus „ regimen obtinendum conſecratione firme„ tur. Et ad hoc ſine dubio collatæ pecuniæ „ commercium ſpectat, ad quod is qui pro„ movendus eſt, aſpirat. "

Quæ ratio coincidit cum ea, quæ apud Gratianum ſub nomine Paſchalis Papæ exprimitur Cauſ. I, quæſt. 3, Can. 7. „ Quiſ„ quis horum alterum vendit, ſine quo nec „ alterum provenit, neutrum invenditum „ derelinquit. „

Rationem hanc eſſe concludentem, intelliget, qui attenderit, jus percipiendi proventus temporales eſſe *conſequenter*, ut loquuntur, annexum officio ſive titulo Eccleſiaſtico: id eſt, jus hoc dari *propter officium*, adeo ut neceſſario & ex juſtitia debeatur, & com-

atque involucris tectæ fores benigne aperiri, eam liberali hoſpitio excipi, favoribus, munuſculis, largitationibus foveri. Quid enim aliud ſunt, inquiunt, ea, quæ *conſuetudinis* pallio obtecta, aut *alimentorum* titulo cooperta Sacerdotibus rei divinæ litantibus, Parochis Sacramenta miniſtrantibus, Epiſcopis Clericos ſacrantibus tribuuntur? Verum adſint parumper hi moroſi homines, & partium ſtudio vacui nobiſcum diſtinguant inter ea, quæ *pro* Sacramentorum adminiſtratione penduntur, & ea, quæ *in* Sacramentorum adminiſtratione præbentur. Nec hæc diſtinctio quidquam habet ſubtilitatis, cum in prima facti ſpecie nonniſi pretium perſolventibus, in altera vero promiſcue omnibus Sacramenta miniſtres, & nonniſi Sacramento peracto pro jure tuo poſtules, ut neceſſaria alendæ vitæ tibi de more ſuppeditentur.

§. IV. Verum totam hanc rem acriore cribro incernamus. Apoſtolus I ad Corinthios c. 9, inquit: *Quis militat ſtipendiis ſuis unquam? ... Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt, ſi nos carnalia metamus?.... Neſcitis, quoniam qui in Sacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt, & qui Altari deſerviunt, cum Altari participant? Ita & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere*. Hiſce Apoſtoli præceptis, monitiſque ducti Chriſtiani omni ope, atque opere ſemper enixi ſunt, ut ſacrorum Æditiuis, atque Miniſtris honeſta vitæ ſubſidia nunquam deeſſent. Huic rei primo proviſum fuit Fidelium *Oblationibus*; at cum hæ progreſſu temporum ſatis amplius non eſſent tanto oneri ferendo, fructuum omnium *Decimæ* additæ ſunt ita, ut ambæ conjunctis opibus, & viribus Clericorum vitam tolerarent. Utriſque exigendis ſua tempora ſunt præſtituta, *Decimis* ſtatæ anni tempeſtates, *Oblationibus* vero ea omnia tempora, quibus ſacra munia obiveris. Quid, ſi & *Oblationes* eodem tempore, ac *Decimæ*, unaque cum *Decimis* penſitarentur? Tunc certe, uti *Decimæ*, ita quoque *Oblationes* ab omni Simoniæ ſuſpicione eſſent immunes. Quid ni? ambæ unam Clericorum alimoniam ſibi propoſitam habent, ambarum hæc eadem mens, hoc idem conſilium eſt; neutra Sacri Miniſterii artifex, effectrix, quæ ſi etiam deſint, nihilo tamen ſecius ſacrorum munerum partes complentur: hoc unum intereſſe video, quod *Decimæ* ſtatis anni temporibus nobis perſolvuntur, *Oblationes* vero tum cum officio fungimur. Quid vero refert, num hoc, vel illo tempore id fiat, dummodo iis etiam, qui ſine Oblationibus vel Donariis accedunt, ſacra non denegentur, nec, niſi ſacris expletis, quidquam ſibi dari quocumque nomine poſtuletur (d)?

§. V. Qui eorum, quæ hac de re ſcripta ſunt, lectione ſe ingurgitare volunt, conſulant Gulielmum Redoanum, Martinum Bonacinam Tom. I op.

& competat illi qui titulum habet: ac proinde ſi titulus *gratis* in aliquem translatus ſupponatur, jam hoc ipſo jus percipiendi proventus illi annexum translatum cenſeatur; ac per conſequens, nihil pro hujus juris translatione exigi queat; cum jus illud jam translatum ſit, & acquiſitum ſit illi cui titulus *gratis* datus ſupponitur.

(d) Boeh. J. E. P. L. V, tit. III, §. 33. Recte ait Innocentius III in c. 16, X, de præ-

op. pag. 769, ſeqq. Joannem Anſillonium, Franciſcum de Victoria releſt. moral. XI, Thomam Campegium in tract. *An Papa poſſit incurrere Simoniæ labem*, Joannem Launojum in tract. *de Vener. Romanæ Eccleſiæ circa Simoniam traditione*, Petrum Viellium in tract. *Du mal, qui par la Simonie advient dans la Chreſtientè*, Moreavium in tract. *De la Simonie, particulierement des voiles, dont le couvre aujourd' hui, anno* 1689, & Ludovicum Thomaſſinum P. III Vet. & Nov. Eccl. Diſcipl. l. 1, c. 49, ſeqq. &, ſi qui ſunt, qui lutulentos hauſtus non expalleſcunt, adeant ii Jaegerum *de Simonia Curiæ Romanæ*, Mauritium *in exercitat. ſæculari de Simonia*, Zieglerum *de Cleric. renitent.* Chriſtophorum Henricum Amthorium *de Crimine Simoniæ, ejuſque larva politica*, & Juſtum Henningium Boehmerum J. E. P. Lib. V, tit. III. (*e*)

QU.

---

præbend. *Cum, ſecundum Apoſtolum, qui altario ſervit, vivere debeat de altari: & qui ad onus eligitur, repelli non debeat a mercede: patet a ſimili, ut Clerici vivere debeant de patrimonio Jeſu Chriſti, cujus obſequio deputantur, ut ipſa nominis ratio perſuadet*. Suſtentandi igitur ſunt Clerici juxta *debitum juſtitiæ* ex redditibus Eccleſiaſticis, quos pro labore ſuo, quem ſacra faciendo impendunt, ceu *mercedem* & *ſalarium juſtum accipiunt*; quia *beneficium* datur pro *officio* ſacro. Sicuti ergo nulla ab iis committitur ſimonia, qui redditus hosce & ſtipendia Eccleſiaſtica *pro officio ſacro in genere* exigunt; ita nec hanc incurrunt labem, qui pro *ſpeciali officio ſacro*, quod certis perſonis exhibent, ut in Miſſarum celebratione, benedictione nubentium, baptiſmi datione, confeſſionibus audiendis & abſolvendis peccatoribus, honoraria conſueta petunt & exigunt, quæ eodem jure & titulo debentur, quo pro præſtito *officio ſacro generali*, quod omnium in gratiam vergit, *ſtipendia annua* certa quotannis petunt. *Parum honeſte* tamen hæc honoraria exigi dixi, quia ut plurimum *notam avaritiæ* annexam habent, ſi nimis *acerbe* petuntur cum *ſcandalo publico* Eccleſiæ, ut fere expediret, ſi horum jactura alio remedio ſufficiente compenſari poſſet: hoc eſt idoneo ſtipendii ſacri augmento. Cum vero vires ad id præſtandum ut plurimum deſint Eccleſiis Parochialibus, tolerandæ ſunt hæ conſuetudines & *jura ſtolæ*, ut vocantur, & Parochiani ad eorum præſtationem compellendi, rejecta omni *Simoniæ* formidine, quæ inane commentum quoad has præſtationes cenſenda. Ipſemet Spenerus tom. I Conſ. Theol. c. 2, art. 4, Sect. 18, p. 81, non abſolute hæc honoraria damnat, interim tamen addit, optandum eſſe, ut ubique exularent, & miniſtris Eccleſiæ aliunde de neceſſariis vitæ proſpectum eſſet. Vide pariter tom. I, c. 2, art. 6, ſect. 34, p. 314, & ſeq. quo loco loquitur de nummis confeſſionariis. Idem Sect. præced. 37, p. 321, inculcat, & recte monet, neminem cogi poſſe, ne hoc lucello abſtineat, nullumque inde metuendum eſſe ſcandalum verum, ut ſect. 33, p. 313, ſeq. ſect. 35, p. 316, ſeq. vol. 4, c. 2, art. 6, ſect. 18, p. 606, ſeq. plenius evincit.

(e) De Simonia cum primis hæc ſunt, quæ notes:

Eam eſſe *permutationem ſpiritualium cum rebus temporalibus*, ſeu potius, ut omnes ſimoniæ ſpecies, de quibus dicendum eſt, comprehendamus, *actum quemcumque eo conatu poſitum, ut per temporale obtineatur ſpirituale*, & ita dictam, quia inſigniter ejuſdem reus fuerat ille *Simon Magus*, qui po-

poteſtatem conferendi dona Spiritus Sancti ſibi pecunia ab Apoſtolis comparare volebat, Actor. VIII, 14, ſeq. ut ſcilicet *ex venditione ſignorum*, quæ dein *per eundem fierent*, *multiplicatam pecuniam lucraretur*. Canon. 8, Cauſſ. I, 1, q. 3.

Malitiam hujus criminis non tantum nobis declarari per ipſum a S. Petro Simoni Mago datum reſponſum: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem*, *quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri*. Porro I ad Timoth. VI, 5, & tot loca SS. Patrum, nec non Canones, qui id *execrabile flagitium*, *deteſtabile ſcelus*, *lepram ſpiritualem*, *capitale crimen*, *peſtem*, *hæreſim*, & *theſaurum criminum* compellant; ſed ipſo etiam innoteſcere rationis lumine, quandoquidem *ſpiritualia*, ſeu ejuſmodi, *quæ directe & primario ad virtutem*, & *æternam animæ ſalutem procurandam comparata ſunt*, æquiparare rebus profanis, & pecunia parabilibus injuria eſt toti illorum *naturæ*, illorumque auctori Deo adverſa. Atque hinc etiam nullum ſanæ rationis dubitare poſſe, ſimoniam *proprie talem* crimen eſſe *jure divino*, tam naturali, quam poſitivo prohibitum.

Dici quidem *jure eccleſiaſtico* ſimoniam quoque ejuſmodi contractum, quo res *ſpiritualiter annexæ* cum aliquo commutantur temporali. Verum cum illæ ipſæ res, quæ ſpiritualibus tantummodo annexæ ſunt, temporales maneant, atque adeo, ſi modo *ſpirituale* non ſimul in permutationem & augendum propterea pretium veniat, haudquaquam earumdem cum temporalibus commutatio involvat *repugnantiam*, *impropriam* hanc ſimoniæ adpellationem facile adparere. Sunt quidem, non negamus, illiciti actus etiam illi, quibus res ſpiritualibus annexæ aliter, ac earundem moderatores velint, alienantur. Sed cur non ſub illicito ad alienationum genus proprio potuiſſent ſuo nomine vocari; quæ quæſo nomen iſtud, quod ejuſmodi alienationum *ſpeciei* maxime deteſtabili tantummodo proprium eſt, generatim ad ſpecies alias non ſine multarum idearum confuſione protrahendi neceſſitas adfuit?

Conſequi ex definitione ipſa Simoniæ, ut eadem non adſit, niſi 1 ſpirituale, 2 res temporalis, 3 actus quiſcumque eo conatu poſitus, ut ſpirituale per temporale obtineatur, intercedat.

Apertum Simoniæ pallium eſſe *ſuſtentationis* titulum, cum ex eo, quod miniſter Altaris de altari vivere poſſit, haudquaquam deducere liceat: ſacra *ſolventibus* miniſtranda, *non ſolventibus* autem neganda eſſe; juxta illud, quod *gratis accepiſtis*, *gratis date*. Matth. X, 8. Tuta ſane conſcientia ille, qui altari ſervit, acceptat ea, quæ a fidelibus ultro offeruntur, imo fideles ipſi, & civiles eorumdem Rectores cuivis Religionis miniſtro de ſufficiente ſuſtentatione proſpiciendi obligatione ſumma in conſcientia tenentur. Quemadmodum ſupra (§. 123, n. 6.) late demonſtravi. Quid quod Religionis miniſtri generatim ejuſmodi ſufficientem ſuſtentationem poſtulandi, atque hac penitus non obtenta *pulverem de pedibus* excutiendi, & neceſſariæ ſuæ conſervationis cauſa alio *fugiendi* jus lege divina & poſitiva & naturali fundatum habeant? Matth. X, 14, 23. Luc. X, 10, 11. Attamen quomodo vel inde vel ex exemplo Chriſti & Apoſtolorum argumentum formare licebit: etiam tum, quando ſufficiens adeſt ſuſtentatio, aut quando etiam unus alterve fidelium ſuæ ejuſmodi obligationi non ſatisfacit, vel plane ſatisfacere nequit, eundem, niſi quid titulo *ſuſtentationis* adferat, ſacrorum perceptione eſſe excludendum: *Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus*, *magnum eſt*, *ſi nos carnalia veſtra metamus? ſi alii poteſtatis veſtræ participes ſunt*, *quare non potius nos?* ait Apoſtolus I ad Cor. IX: verum ſubjungit illico: *ſed non uſi ſumus hac poteſtate*, *ſed omnia SUSTINEMUS*, *ne quod OFFENDICULUM demus Evangelio Chriſti* ..... *Bonum eſt enim mihi magis mori quam ut gloriam meam quis evacuet* . .. *ut Evangelium prædicans ſine ſumptu ponam Evangelium*, *ut non abutar poteſtate mea in Evangelio*. Neque adfer quæſo canones *conſuetudinem* hac in parte probantes. Conſuetudinem fidelium ultro offerentium, non autem conſuetudinem ſacramenta iis tantum, qui *exactam* portionem, aut penſionem ſolvunt, miniſtrantium iis canonibus, ſi recte inſpicias, probari deprehendes. Vid. Can. I, qu. 2. Ex his autem ſtatim ſimul concludere licebit, quid ſentiendum de illorum

poralis lucri motivo collationem rei ſpiritualis eſſe conſecutam.

Dividi Simoniam 1 in *mentalem*, quæ non inde nomen habet, quaſi in ſola de committendo Simoniæ delicto cogitatione conſiſteret, ſed quæ ſupponit quemquam vere jam aliquid temporale eo fine offerentem aut dantem, ut alter ita ad ſpirituale reddendum moveatur; quin aut viciſſim conſentiat alter; aut hanc dantis intentionem animadvertat. Profecto ſi reciprocum dantis & accipientis pactum depoſcis, Simonia a Simone Mago commiſſa eſſe haud dici poterit. 2 *Conventionalem*, & quidem vel *puram*, ſi neutra ex parte pactum impletum, vel *mixtam*, ſi traditio ex alterutra tantum parte ſecuta ſit. 3 *Realem*, ubi traditio utrinque acceſſit.

Simoniam, quam dicunt confidentialem, propterea toto canonico jure non memorari, quia ſpeciatim graſſari poſterioribus demum temporibus cœpit. Significatur autem hoc nomine ea Simoniæ ſpecies, quæ committitur ab iis, qui beneficium ea cum *Confidentia* & lege in alterum transferunt, ut hic modica penſione contentus majorem iis reddat redituum partem. Quod ſane a Simonia ipſo divino jure prohibita excuſari nullatenus poteſt. Contingit autem *Confidentiale* pactum in beneficiis etiam alio modo, & quidem triplici, ſcilicet cum reſervatione vel acceſſus vel ingreſſus vel regreſſus. (§ 451, n. c.) Patet in has Simoniæ ſpecies non incurrere eum, qui beneficium ſimplex ſibi oblatum ea acceptat conditione, ut intra ſtatutum tempus aut legi reſidentiæ ſe ſubjiciat, aut ſi id fieri nequit, iterum beneficio renunciet; neque illum etiam, qui ob ægritudinem aut aliam juſtam cauſſam reſignaturus, de proventibus beneficii quidquam ad ſuſtentationem ſibi cum eorum, ad quos diſpoſitio ejuſmodi pertinet, conſenſu decernendum poſtulat.

Etſi cæterum *ipſa corpora* conſecratione vel benedictione affecta & quidem ad uſus ſacros *integra*, ad profanos autem prius *confracta* emi & vendi queunt, (modo conſecrationis aut benedictionis intuitu non augeatur pretium) *oleum & chriſma* conſecratum tamen nulla ratione permutari ſinunt Canones 102, 105, 106, I, q. 1, C. 36, de Simon.

Quantum Eccleſia hoc abominetur crimen ejuſdemque vel umbram horreat, ſatis poſſe colligi inde, quod Eum, qui vix Monachus factus, in Abbatem electus eſt, præſumit Simoniace electum, donec ab hac ſe purgaverit præſumtione. C. 37, 38, de Elect. 2 In ordinationibus nec ſponte oblatorum acceptionem Concilium Tridentinum permittit. 3 Etiam is, qui aliquid temporale pro ſui ordinatione electione vel ſuſceptione datum eſſe ignorat, exercendi ordinis, retinendi beneficii, locive in Monaſterio adquiſiti non habetur capax. C. 25, 26, de Simon. niſi in fraudem, & odium promoti, C. 27, ibid. aut ipſo expreſſe contradicente, C. 33, ibid. id factum eſſe conſtet.

Canonicas Simoniæ pœnas non quidem in eam, quæ *Mentalis* eſt, ſtatutas haberi C. 4, & 34, de Simonia; *conventionalem* autem non ſolum *mixtam*, verum etiam *pure talem* iiſdem cum Reali ſubjiacere coercitionibus. Enim vero non tantum ad *data*, ſed ad promiſſa quoque collineant. C. 5, I, qu. 3, C. 37, 41, de Simon. Concil. Trid. Seſſ. XXIV, Cap. 14, de Reform. ſed & hoc notandum & generatim, in caſu Simoniæ vel circa ordines, vel beneficiorum collationem, vel ingreſſum in Religionem commiſſæ, pœnas a canonibus ſtatutas & ordinarias *ipſo facto*; in caſibus reliquis *accedente judicis ſententia* incurri.

Speciatim Simoniæ pœnas eſſe iſtas, ut ſi committatur,

Circa ordines; *ordinatus* ab ordinibus aliis ſuſcipiendis & ſuſceptorum exercitio; *ordinans* autem a collatione ordinum quorumcumque & cunctorum Pontificalium executione ſuſpendatur, Cap. 37, 45, de Simon. Cap. 2, ibid. Extravag. Com. Quæ pœna eſt latæ ſententiæ, atque hinc quidem gravior in hoc *illa antiqua depoſitionis pœna*, quæ ferendæ tantummodo erat Sententiæ; mitior tamen eatenus, quatenus non æque ac depoſitio loco ratione ordinis debito privat.

Ipſarum hujuſmodi ordinationum valorem. Can. 107, 108, I, q. 1, nec non communi theologorum doctrina comprobatum deprehendimus.

Circa beneficia & dignitates Eccleſiaſticas. Omnis proviſio per electionem, præſentationem

nem aut aliam diſpoſitionem Simoniace facta & ſit ipſo jure nulla, & *proviſum* tam ad idem beneficium, etſi de novo obtinendum, quam ad alia beneficia reddat inhabilem. C. 12, 59, de Elect. C. 27, de Sim. Quapropter fructus, qui ex beneficio Simoniace obtento mala fide percipiebantur, omnino reſtitui debere non obſcurum eſt corollarium. Cap. 2, de Sim. Extrav. Com. Conſtit. Pii IV *Romanum*, & Pii V *Intolerabilis*.

Circa ingreſſum in Religionem *Profeſſus Simoniace* in eo Monaſterio manere nequeat; imo ſi ſponte, ut reciperetur, pecuniam dedit, in arctius detrudatur Monaſterium. C. 19, 25, de Simon. C. 1, ibid. Extravag. Com.

Prælatus regularis de Simonia condemnatus deponatur. Cap. 30, ibid. *Univerſitates & conventus* hac in parte delinquentes ſuſpenſionem ab omni officio, adminiſtratione juriſdictionis, executione juris capitularis, Summo Pontifici reſervatam ipſo facto incurrant. Cap. 1, 2, de Simon. Extravag. com.

His pœnis generatim non tantum *manifeſtam*, ſed *occultam* quoque Simoniam ſubjici; porro in mediatores æque ac authores his Simoniæ caſibus excommunicationem, quæ extra mortis articulum a ſolo Summo Pontifice tolli poteſt, eſſe decretam, edocent nos C. 20, 37, de Simon. C. 1, & 2, ib. Extravag. com.

Quemadmodum nulla diſpenſatio efficere poteſt, ut, quod naturaliter & intrinſece turpe eſt, reddatur licitum, ita quoad Simoniam jure divino prohibitam non unquam ulli etiam Pontificiæ diſpenſationi fore locum.

Aliud autem dicendum de pœnis Simoniæ commiſſa ſuſtinendis. Etenim in his Eccleſiæ neceſſitas aut utilitas *ad gratiationem* ſubinde etiam poſtulabit. C. 2, 3, I, qu. 5. Et tum quidem hodierno more in caſibus *occultis* quibuslibet diſpenſat Epiſcopus, in *publicis* ſolus Papa. Concil. Trid. ſeſſ. XXIV, C. 16, de Ref.

Delictum Simoniæ, non tantum, quatenus peccatum eſt, ſed etiam quatenus inhabilitatem ad ſacrorum exercitium, beneficiorum retentionem, valorem religioſæ Profeſſionis, alioſque Eccleſiaſticos effectus involvit, & Canonicis animadvertitur pœnis, profecto proxime Eccleſiaſtico ſubeſſe tribunali.

QU.

Q U. XIV.

Homicidium quare in Eccleſiaſticis criminibus numeratum fuit?

§. I. MAjores noſtri, qui primi Evangelicam doctrinam diſſeminarunt, adeo pro Chriſtiana Religione contra Deorum cultum exarſere, ut non ſolum Idololatriæ, verum etiam iis omnibus, quæ Idololatriam olere poſſent, atque Ethnicorum mores ſapere, bellum indixerint. Cum igitur apud Ethnicos homines humanus ſanguis haud magnam poſſideret Religionem, quinimmo in ſolemnibus ludis, qui ad Deorum dies feſtos celebrandos inſtituebantur, hominum cædibus theatra omnia perſonarent, Chriſtiani ad omnem humanitatem, & manſuetudinem facti edoctique, atque in humano ſanguine exhorreſcentes, in Homicidas tamquam in Idololatriæ reos intuebantur.

§. II. Quam immania, atque omni feritate, ac diritate plena eſſent illa Ethnicorum ſpectacula, intelligi poteſt ex Divo Cypriano l. ad Donat. *Paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium hominum ſanguis oblectet. Impletur in ſuccum cibis fortioribus corpus, & arvinæ toris membrorum moles robuſta pingueſcit, ut ſaginatus in pœnam carius pereat. Homo occiditur in hominis voluptatem, & ut quis poſſit occidere, peritia eſt, uſus eſt, ars eſt; ſcelus non tantum geritur, ſed & docetur. Quid poteſt inhumanius, quid acerbius dici? Diſciplina eſt, ut perimere quis poſſit, & gloria eſt, quod perimit.* Quanta e contra hominum charitas, & morum ſuavitas Chriſtianis ineſſet, diſcere poſſumus ex Minutio Felice (in Octav. c. 37, pag. 377.). *Nos igitur, qui moribus & pudore cenſemur, merito malis voluptatibus, & pompis veſtris, & ſpectaculis abſtinemus, quorum & de ſacris originem novimus, & noxia blandimenta damnamus. Nam in ludis Curulibus quis non horreat populi in ſe rixantis inſaniam? in gladiatoriis homicidii diſciplinam?* Nihil igitur Chriſtianis antiquius fuit, nihil prius, quam ut benefici eſſent, hominumque generi ſalutares, utque charitas & benevolentia illud eſſet ſymbolum, quo Chriſtiani ab Ethnicis dignoſcerentur. Hinc Tertullianus (lib. de Spectac.) omni orationis vi ab Ethnicorum ſpectaculis, in quibus crudelitas emicabat, Chriſtianos arcere conabatur, illudque eorum animis inſculpere, Circenſia ſpectacula quo magis Ethnicorum mentes, animoſque lactabant, eo magis ab Chriſtianorum ingenio, auribus, oculiſque aliena eſſe debere.

§. III. Neque truculentiſſima illa tantum ſpectacula apud Ethnicos in deliciis habita, eorumque Religioni quodammodo conſecrata, ſed alius etiam efferatiſſimus mos, legibus minime reclamitantibus, inoleverat, ut Pa-

rentes (*a*) filios ſuos infantulos, qui deformiores, graciliores, membris artubuſque minuti, quique numero plures rei domeſticæ erant oneroſiores, vel in ipſo ortu, vel in ipſo Matris utero præfocarent, aut vivos canibus, volucribuſque laniandos objicerent. Perditiſſimi hujus moris teſtes nobis ſunt Minutius Felix, Athenagoras, atque Tertullianus. *Video vos* (Ethni-

(a) Boehm. J. E. P. L. V, tit. X, §. 19. Major poteſtas *patri* conceſſa erat in necandis in *ventre* infantibus & *abigendo* ab uxore fœtu, cum etiam occidendorum liberorum jam natorum *ſuo modo* poteſtatem haberet. Hoc jus patri datum fuiſſe virtute *imperii paterni*, docet tum Paulus in l. 11, in ſ. de liber. & poſth. hæred. inſtit. tum *formula adoptionis* conſueta, tradita a Gellio lib. 5 N. A. c. 1, hujus tenoris: *utique & vitæ neciſque in eum poteſtas fiet*. Jus *vitæ neciſque* etiam exercebant magiſtratus *imperio mero* inſtructi, non tamen aliter, quam ex *legum præſcripto*, ſi accuſatus reus capitalis criminis judicatus fuiſſet. Quid ergo de *patre* dicendum, an ei liberior & ab omnibus legum vinculis ſoluta poteſtas data cenſetur, *pro lubitu & ſine cauſa legibus probata* occidendi liberos immerentes? Id quidem indiſtincte quoad liberos jam *natos* & *educatos* vix probari; facilius vero admitti poteſt quoad *liberos* adhuc in *ventre* exiſtentes, ex principiis philoſophiæ gentilis, cum etiam *recens natos* abjicere vel vendere liceret, ſi patrem penuria rei domeſticæ premeret. Horridum hujuſmodi morem laudavit, immo lege certo modo legitimandum olim ſuaſit Ariſtoteles lib. VII polit. c. 16, tom. II, edit. Pariſ. p. 447, inquiens: *Propter multitudinem autem liberorum, ne plures ſint, quam expediat, ſi gentium inſtituta & leges vetent procreata exponi: definitum eſſe oportet procreandorum liberorum numerum. Quod ſi quibus inter ſe copulatis & congreſſis, plures liberi, quam definitum ſit, naſcuntur, prius quam ſenſus & vita inſeratur, abortus eſt fœtui inferendus*. Equidem ex lege Romuli, teſte Dionyſio Halicarnaſſeo lib. II, p. m. 88, infantes maſculini ſexus & ex filiabus primogenita educari debebant; *mutilum* aut *monſtroſum* demum certo modo abjici poterat. Enim vero Romani patres ne quidem intra hos limites ſubſtiterunt: majori audacia in quoſcunque liberos, oneri ſibi futuros, graſſati ſunt, & eoſdem pro lubitu expoſuerunt, prout Alphonſus Caranza c. IV *de partu* n. 17, & Ramos *de pœna* parricid. lib. VII, p. 235, aliique plenius exponunt, donec tandem ſub *humaniori juriſprudentia* etiam hæc peſtis pœnis ſubjecta fuerit, ut indicat Paulus l. 4 *de agnoſc. vel alend. liber.* Inde olim patribus arbitrium datum, utrum id, quod natum erat, *tollere*, (h. e. e terra, in quam more priſco ponebantur, ſuſcipere) an e medio tollere *ſeu abjicere* mallent. Si tollere & educare decreverant, ſub *poteſtate* quadam *abſoluta* quidem eoſdem educabant, ſed tamen jus pro lubitu eoſdem occidendi exercere amplius non poterant, quod ſemel eoſdem tollere & educare conſtituiſſent.

Boeh. ib. tit. XI, §. 2, Ariſtoteles lib. VII polit. c. 16, tom. II, edit. Pariſ. p. 447, aitque: *De exponendis autem tollendiſque partubus lex eſto: ne quid mancum & debile alatur.* Aliam æque horridam legem ſuadet civitatibus, ne liberi ultra debitum numerum alantur aut procreentur, *ut titulo præcedente* §. XIX obſervavi. Videlicet ſi lex de *exponendis liberis* in republica deeſt, rogandam legem ſuadet, ut ultra numerum præſcriptum nati exponantur; ſi lex talem inhumanitatem damnat, imperat abortuum procurationem peſſimo conſilio, matri æque ac fœtui noxio: *Excuſari hoc poſſe*, cenſet Jo Philipp. Pfeifferus lib. IV antiq. græc. c. 25: *Si attendatur ejus propoſitum. Format enim ille*, pergit, *in ſuis libris de republ. rempublicam* κατ᾽ εὐχὴν *ad votum & in idea, quomodo v. gr. perfectus orator ſcribi ſolet, etſi forte nunquam talis extiterit*. Addit rationem, quod tales non ſint utiles reipubl., *oneri etiam, ſi vivant, aut dedecori certe eidem futuri*.

Boeh. ib. §. 3. Dionyſius Halicarnaſſeus lib. II. *Romulus primum*, ait, *neceſſitatem colonis impoſuit educandi quicquid eſſet maſculum, & e filiabus primogenitas; nullam au-*

(Ethnicis exprobrabat Minutius Felix in Octav. pag. 9.) *procreatos Filios nunc feris, & canibus exponere, nunc adſtrangulatos miſero mortis genere elidere. Sunt quæ in ipſis viſceribus, medicaminibus epotis originem futuri hominis extinguant, & parricidium faciant, antequam pariant. Quo modo* (ajebat Athenagoras calumnias Chriſtianis impactas diluens, inque ipſos Ethnicos eas retorquens, Legat. pro Chriſtian. pag. 38.) *qui ne ab aliis quidem fieri, ne quid inde ſceleris, ac piaculi in nos redundet, videre ſuſtinemus, homicidium committemus ipſi? Et qui mulieres medicamentis abortivis utentes homines occidere, & rationem Deo reddituras dicimus, qua ratione jam natos, ac perfectos homines nos jugulabimus? Quoniam* (Tertullianus inquit Apol. c. 9, Chriſtianorum innocentiam Ethnicorum improbitati ex adverſo ponens) *de Infanticidio nihil intereſt, ſacro an arbitrio perpetretur, licet de parricidio interſit, convertar ad populum* (Gentiles) *quod vultis ex his circumſtantibus, & in Chriſtianorum ſanguinem biantibus, ex ipſis etiam vobis juſtiſſimis, & ſeveriſſimis in nos Præſidibus apud conſcientias pulſem, qui natos ſibi liberos enecent? Siquidem & de genere necis differt, utique crudelius in aqua ſpiritum extorquetis, aut frigore, & fame, & canibus exponitis, ferro enim mori ætas quoque major optaverit; nobis vero, homicidio ſemel interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc ſanguis in hominem deliberatur, diſſolvere non licet; homicidii feſtinatio eſt, prohibere naſci, nec refert natam quis eripiat animam, an naſcentem diſturbet; homo eſt & qui futurus. Etiam fructus omnis jam in ſemine eſt.*

§. IV. Cum igitur ſanctiſſimi noſtræ Fidei ſatores, atque propagatores Ethnicorum Religionem humano ſanguine rorantem viderent, ſi quem Chriſtianum hac macula contaminatum, ac alicujus hominis cæde reſperſum cognoviſſent, hunc tamquam Ethnicum, atque Idololatriæ labe inquinatum Eccleſiæ tecto, Chriſtianorum ſocietate, fidelium colloquio interdicebant; (Vid. ſupra qu. IX, §. 1.) nec ulla poſtliminii ſpes, niſi facti tam nefarii illos ſolemniter pœnituiſſet, ac pœnitentiæ longa, diuturna,

autem prolem necari permiſit minorem triennio, niſi ſi quid mutilum aut alioqui monſtroſum in ipſo partu eſſet editum. Tales enim fœtus exponi a parentibus non vetuit, ſed oſtenſos prius quinque viris e vicinia proximis, ſi illi quoque exponendos cenſuiſſent. Si quis contra hanc legem committeret, præter alias mulctas, etiam dimidiam bonorum partem addixit ærario publico. Tabula IV ex duodecim hanc legem roboratam judicat Jac. Gothofredus in quat. font. jur. civ. additque p. 72 ejus rei probationem ex Cicerone lib. III de LL. inquiente: *Deinde cum eſſet cito necatus tamquam ex XII tabulis inſignis ad deformitatem puer, brevi tempore neſcio quo pacto creatus, multoque tetrior, & fædior natus eſt.* Ejuſdem legis memor Seneca lib. I de Ira c. 15, ait: *Portentoſos fœtus extinguimus, liberos quoque, ſi debiles monſtroſique editi ſint, mergimus*, quod talia monſtra inter liberos non numeranda, L. 14 D. de ſtat. homin. quod ulterius declarat Feltmann. in comment. ad cit. L. & ad Ciceronis & Senecæ loca provocat. Nequidem ſubſtitiſſe Romanos intra hos limites, ſed majori audacia in quoſcunque liberos, quos ſibi oneri futuros credebant, graſſatos, eoſque impune expoſuiſſe, facile colligi poteſt ex traditis ad tit. præced. quod etiam illuſtrat Ramos *de pœna parricid.* lib. VII, p. 235.

na, ac minime dubia documenta dediſſet. Itaque hominum internecio, non uti publicum crimen, ſed uti Idololatriæ filia in jus Eccleſiaſticum vocata, cui non alia demum mulcta irrogata, quam ut non ſecus ac ejus Mater Idololatria, ab Eccleſia penitus exularet. *Neque Idololatriæ*, (ait Tertullianus de Pudicit. cap. XII.) *neque ſanguini pax ab Eccleſiis redditur*. Verum cum duodecimo Eccleſiæ Sæculo Idololatria in Chriſtianorum regionibus penitus conticuiſſet, nec ullus amplius ejus ſupereſſet ſuſpicionis odor, priſca illa animadverſionis, & Pœnitentiæ ſeveritas mitigari, ac relaxari cœpit, iique demum de Homicidio (*b*) lati ſunt canones, qui & ve-

(b) Doujatius in Lancellot. Tom. II, pag. 302, in N. Criminum, quæ adverſus proximum committuntur, graviſſimum eſt Homicidium. Illius non unum eſt genus, nec omnium eadem per Leges & Canones pœna: quod ut planius fiat, quadruplex obſervanda occurrit eius inſpectio. 1 Ex modo, quo cædes patratur, nimirum vel *palam* & aperte, vel ex *inſidiis*; idque aut per ſe, aut per ſicarios occulte graſſantes; quod genus *Aſſaſſinium* dicitur. 2 Diviſio ex mente & animo occidentis petitur: fit enim cædes, vel data opera & conſulto conſilio, ex odio puta, & vindictæ cauſa, quod *Voluntarium* Homicidium appellatur: vel ex Neceſſitate, vitæ ac ſalutis ſuæ adverſus aggreſſorem defendendæ cauſa, quod *Neceſſarium* dici poteſt: vel per imprudentiam a non cogitante, quod vocatur *Caſuale*. 3 Diviſio ex perſona interempti deſumitur, qui vel extraneus eſt, & tunc *Simplex* eſt Homicidium: vel e numero Parentum, vel Liberorum, aut etiam ex proximæ cognationis gradu, quod genus vocatur *Parricidium*: cujus quodammodo ſpecies cenſetur, tum Cardinalis aut Epiſcopi, (qui parentis loco eſt in ſpiritualibus) aut publici quoque Magiſtratus; tum Infantium Expoſitorum, aut alias non qua par eſt cura habitorum, interitus, ex negligentia parentum contingens; tum vel maxime ſi quis ſibi ipſi violentas manus intulerit, mortemque ſibi conſciverit. 4 Diviſio peti poteſt ex auctoritate, qua homo interficitur, id enim, vel privata cujuſque voluntate fit, vel auctoritate publica: idque non modo nece reis damnatis illata, quod Carnificis eſt: ſed & ſententia ſanguinis in eos prolata, aut dictata, ſcriptave, veluti a Judice aut Scriba, ſive Actuario. Sufficit enim cauſam mortis quo-quo modo præbuiſſe, ut quis per Canones a ſacris arceatur ordinibus.

Ibid. Ad *Aſſaſſinium* quod attinet, deducitur hoc nomen ab *Aſſaſſinis* Mahometanis Phœniciæ circa Antaradum, aut, ut alii volunt, Ciliciæ, populis, (ſive Arſacidæ, ſive Aſſanitæ ab origine dicendi ſint) qui temporibus expeditionum in Palæſtinam, impetus Phylarchi, id eſt, Præfecti, & quaſi Reguli ſui, quem Senem Montanum, hoc eſt, Seniorem ac Dominum vocabant, *le Vieil de la Montagne*, hoſtium quemlibet, ac præſertim Principes Chriſtianos ipſorum ſuperſtitioni infenſos, nullo propriæ mortis metu, occidebant: de quibus videndi Guill. Tyrius, & Jacobus de Vitriaco. Hinc Aſſaſſinorum nomen iis omnibus attributum, qui vitæ hominum inſidiantur: adverſus quos, eorumque Receptatores, aut atrociſſimi illius ſceleris Mandatores, anathema, & Officii ac Beneficii privationem ipſo facto incurrendam, aliaſque pœnas pronunciavit Concilium Lugdunenſe Generale I, cap. 1, *hoc tit.* in 6, ubi illud præſertim adjicitur, ut Aſſaſſinii reus apud omnes *diffidatus* habeatur: quo nomine poteſtas cuilibet conceditur, non modo ejus bona occupandi, ſed & eum tamquam publicum hoſtem, & quaſi juſte indicto bello, pro more illorum temporum, invadendi, atque interficiendi. Eſt enim *diffidare*, Gallice *Defier*, inimicitiam denunciare: vocabulo, ſive a fide abrupta; ſive a Teutonica dictione *faid*, quæ inimicitiam ſignificat. Neque barbarus ille mos alienus omnino erat a Jure Romano: quo Transfugas, ubicumque inventi eſſent, licebat quaſi hoſtes interficere, l. 3, *in fin.* D. ad Leg. Cornel. de Sicar. Aſſaſſinii ſpecies videri poteſt, cum quis aut carminibus, & incantationibus, aut veneno, de medio tolli-

veteris diſciplinæ veſtigia retineant, & noſtrorum ſæculorum moribus apte hæreant, inſideantque: Sed hac de re plura inferius.

QU.

tur: idque tanto magis damnandum eſt, quanto difficilius vitari poteſt.

Ibid. Quod vero pertinet ad homicidium, quod per inſidias, & de induſtria patratur, hæc habe. Non ſolum qui ex inſidiis, ſed & quiſquis conſulto aliquem occidit, reus eſt ſanguinis, dignuſque morte, quam alteri intulit. Inter præcepta Noe, ejuſque filiis data, quæ Juri Naturali a Judæis adſcribuntur, illud imprimis addita comminatione commendavit Deus, propter naturalem & fraternam hominum a communi origine ſocietatem. De manu, inquit, viri, & fratris ejus requiram animam hominis. Cui conſentaneum eſt illud Moſaicæ Legis, Levit. 24, 17: Qui percuſſerit & occiderit hominem, morte moriatur. Lex quidem Cornelia de ſicariis & veneficis, Civem Romanum, cædis reum, aquæ & ignis interdictione, ſive exilio, & bonorum ademptione mulctabat. Sub Imperatoribus Deportatio in Inſulam loco interdictionis aquæ & ignis ſucceſſit. Et tempore Juriſconſultorum ita diſtingui cœpit, ut deportatione plecterentur altiores, ſive in eminentiore dignitatis gradu conſtituti: humiliores ſive viliores, beſtiis ſubjicerentur, aut tollerentur in crucem: honeſtiores capite punirentur, ut liquet ex d. l. 3, §. 1, D. ad L. Cornel. de Sicar. & ex Paulo IC. 5 ſentent. tit. 23, ex quibus locis patet, pœna Legis teneri eos, qui occidendi animo cum telo ambularent, mala venena miſcuiſſent, aut venalia haberent: denique eos omnes, qui mortis cauſam data opera præbuiſſent: ſed in Gallia Homicidium voluntarium vindicatur gladio, aut ſecuri, vel ſuſpendio, pro qualitate homicidæ: conatus ſolus non ita, ut obſervant Rebuffus, aliique. Contra tamen ſentiebat Alexander III in cap. *ſicut*, 6, §. *illi autem ext. hoc tit.*

Ibid. De homicidio ex neceſſitate perpetrato hæc tene. Quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, jure feciſſe exiſtimatur, leg. *ut vim.* 2, de Juſt. & Jure, qua de re Cic. eleganter & late diſſerit in *Orat. pro Milone.* Unde qui aggreſſorem, in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus, defendendæ propriæ ſalutis cauſa occiderit, non ut Homicida tenetur Jure Civili, l. de qui. & ſeqq. Cod. ad L. Cornel. de Sicar. Et quemadmodum adverſus latronem leges ferrum ipſæ porrigere videntur, ita Canones quoque, adverſus Aggreſſorem, eo cum moderatione inculpatæ tutelæ uti permittunt, id eſt, ex inevitabili tuendi ſui ipſius neceſſitate; ſi nempe aliter mortis periculum effugere non liceat. Ex hoc enim a Clerico, non magis quam a Furioſo, infante, aut dormiente, ſi quem forte occiderint, irregularitatem incurri pronunciat Concilium Viennenſe cap. unic. de homicid. in Clement. Patendum tamen eſt perfectæ charitati & lenitati præſertim Clericali convenientius eſſe, ſi quis etiam a prædone, mortem pati malit, quam inferre. Eoque trahi forte poſſit illud Apoſtoli ad Rom. 12. *Non vos metipſos defendentes, ſed date locum iræ*: etſi quæ ſequuntur, ad vindictam Deo relinquendam ſpectant, magis quam ad ſui tutelam. Verum ceſſante vitæ periculo furem aut latronem pro pecunia, aliiſque rebus caducis ſervandis, interficere nefas, cap. *interfeciſti*. 2, ext. hoc tit. debentque religioſi homines poſt tunicam, relinquere potius pallium, cap. *ſuſcepimus* 10. eod. to. V. can. 8, & ſeq. XXIII, quæſt. 5. Vita quippe cæteris omnibus pretioſior eſt: proximum autem ſicut nos ipſos diligere tenemur præcepto divino. Quamobrem ſi Clericus obſeſſa urbe, aut alias juſto bello, inimicos fidei inſecutus, aliquem occiderit in conflictu, tamquam cædis reus, irregularitatem contrahere cenſetur, can. de his 36, diſt. 50, *petit.* 24, ext. hoc tit. idemque obtinet ſi vulnere inflicto, aut quovis modo, etiam ſanandi animo, cauſam necis dederit, cap. 11, 18, & 19, hoc tit. Quin & Judex, licet immunis ſit a culpa, cum nocentem ex officio morti addicit, ut & miles hoſtem in bello interficiens, *can. miles*, 13, can. *non ſolum*, 21, & ſeqq. XXIII. quæſt. 5, non tamen immunes prorſus ſunt ab irregularitatis pœna, cap. 5, & 9, *ne Clerici, vel Mon. ſecular. negot. ſe immiſceant*, ob defectum ſcilicet perfectæ lenitatis, quam in Clericis præſertim exigunt Canones.

Ibid. Dicendum aliquid eſt etiam de Homicidio, quod caſu accidit. Contrahitur crimen, cum & nocendi voluntas intercedit. Cæterum ea quæ ex improviſo & fortuito

caſu

caſu magis quam ex fraude accidunt, fato plerumque non noxæ imputantur, l. 1, & 5, & Cod. ad Leg. Cornel. de Sicar. quibus conſonat cap. lator. 9. ext. hoc tit. Verum tanta fuit apud veteres, Græcos præſertim, humani ſanguinis quoquo modo extra legitimum bellum fundendi religio, ut qui cædem per imprudentiam patraſſet, non aliter immunis crimine haberetur, quam ſi ſolum vertiſſet, atque ab extraneo Rege fuiſſet expiatus. Hinc Aſylorum origo. Quin & cædes bellica ablutione indigebat, ut Herculis & Æneæ, aliorumque exempla demonſtrant. Jure noſtro in caſuali Homicidio diſtinguendum eſt, an cædis auctor, quive mortis cauſam alteri præbuit, operam tunc temporis daret rei licitæ; & ſiquidem licitæ, an debita diligentia & cautione uſus fuerit, ne alter interiret, aut vulneraretur, an negligenter in eo verſatus fuerit. Si enim illicitæ rei operam dabat, indiſtincte, pro Homicida eſt, can. *Clerico*, 34, & Can. 44, ac §. ſeqq. & can. 48, diſt. 51, cap. *continebantur*, 8, ext. hoc. tit. cap. 1, de præſumpt. ſed mitius cum eo agitur quam cum Homicida voluntario, can. *eos ultro*, 39, & can. 41, diſt. 50. Neque aliud obtinet in eo, qui, cum operi licito vacaret, requiſitam, ſe ſe continendo, aliumve præmonendo quoad licebat, aut proclamando, diligentiam ad vitandum Homicidium non adhibuerit, can. *hi qui arborem* 49, diſt. 50, cap. *Presbyterum*, 1, & cap. ad audient. 12, hoc tit. ext. Quod ſi & licitæ rei dabat operam, & quam debet cautionem adhibuit: tunc ut extra culpam, ita extra pœnam eſt, can. *quantum*, 48, can. *ſæpe contingit*, 50, & ſeq. eod. diſt. d. cap. *lator.* 9, c. *dilectus*, 13, & ſeqq. hoc tit. Hæc tractant Juris conſulti ad tit. *Inſtitutionum de Lege Aquilia*. Et voluntarium quidem Homicidium priſci Canones depoſitione in majoris gradus Clericis & diuturna, duraque pœnitentia; immo & in Epiſcopis perpetuo exilio: caſuale vero ſeptenni, aut poſtea quinquenni pœnitentia plectebant, can. *ſi quis Homicidium*, 52, & ſeqq. ead. diſt. 50. Non licet autem Epiſcopo Irregularitatem per Homicidium contractam remittere, niſi illud præter voluntatem commiſſum & occultum ſit, ex Concilii Tridentini ſeſſ. 14, cap. 1, de reform. & ſeſſ. 24, cap. 6.

Ibid. Ad expoſitos quod attinet, etſi Lege Romuli pater in filium in poteſtate poſitum jus haberet vitæ & necis, illa tamen Juris durities Conſtitutionibus Imperatorum intra juſtæ caſtigationis fines coercita eſt, juſſaque patria poteſtas in pietate potius, quam in atrocitate conſiſtere, ita ut relicta parentibus moderata emendatione, nonniſi per Judicem legitimis pœnis graviora facinora puniant, L. 3, & ſeqq. Cod. de patr. pot. leg. unic. Cod. de emend. propinquor. Sed quamvis nec occidi, nec in univerſum vendi filii a parentibus poſſent: nihilominus ex Conſtitutione Conſtantini, l. ult. Cod. de patrib. qui filios diſtrax. patri adeo pauperi, ut alendis liberis recens natis impar eſſet; eos victus cauſa diſtrahere, & accipienti addicere in ſervitutem licuit; ea tamen Lege, ut oblato pretio, quandocumque & a quocumque redimi poſſent. At exponere filium extraneorum miſericordiæ, quam ipſi parentes non habent, omnino vetitum: quia teneram ſobolem non nutrire, ac paſcere, eſt eam occidere. Nec ſi Expoſitus fuerit filius, obnoxius idcirco fit ei, qui ſuſtulerit atque aluerit: ſed liber manet, l. 2, & *toto* tit. Cod. de infantib. expoſ.

Qui animatum fœtum abigit, ſpem hominis intercipit, ideoque tamquam homicida punitur. Cap. *ſicut* ex literarum 20, extrav. de homicid.

Ibid. Reſtat ut de iis etiam dicamus, qui ſibi mortem conciſcunt. Aliarum rerum dominium acquirere poſſumus, corporis ſui nemo dominus eſt, ſed Deus ſolus omnium Creator. Hinc noſtrum non eſt mortem arripere, ut Hieronymus ait, can. non eſt, 11, XXIII, qu. 5. Ejus ſolius juſſu, a quo in hac vita, velut in ſtatione collocati ſumus, de ſtatione decedere licet, ut Seneca philoſophatur. Unde Jure Civili in Fiſcum revocantur bona eorum, qui conſcientia criminis, cujus poſtulati, aut in quo deprehenſi ſunt, ſibi mortem conſciverunt, l. 3, D. *de bonis eorum*, &c. Jure autem Canonico Eccleſiaſtica ſepultura carent, & nulla eorum in ſacrificiis commemoratio fit, ex Concilii Bracarenſis inſtituto, can. *placuit*, 12, d. cauſ. & q. Nec multum diſpar eſt eorum conditio, qui in monomachia, aut haſtiludio cæſi ſunt, c. 1, ext. de *torneamentis*. Trident. ſeſſ. 25, cap. 19, de reform. Sed *Duellorum* malum, quod hactenus in Gallia inexpugnabile habebatur, Rex noſter, cui nihil invictum, ſe-

ve-

veriſſimis ac ſervatis adamuſſim Edictis, ſublataque omni veniæ ſpe, feliciter extinxit.

Eibel Tom. IV, pag. 222, N c. De Duellis tam *judicialibus* quam *extrajudicialibus*, quæ ſunt vel *publica* adhibitis *ſecundantibus* ſeu teſtibus pugnæ, quos etiam *Patrinos* vocatos legimus, vel *privata* vid. cap. 1, de corp. vit. ord. cap. 1, & 2, de Cler. pugn. in duell. Concil. Trid. ſeſſ. XXV, cap. 19, de Reform. ubi etiam in ſpectatores pœna excommunicationis ſtatuitur, & decedentes in conflictu ſepultura Eccleſiaſtica privantur. Gregor. XIII, Conſtit. *ad tollendum* de de anno 1582, Clem. VIII, in Conſtit. *Illius vices* de anno 1592, quæ excommunicationem Papæ reſervatam, & interdictum loci certaminis addit. Benedicti XIII, Conſtit. *Ex quo divina* de a. 1725, Benedicti XIV, Conſt. *Deteſtabilem* de a. 1752, ubi privatio ſepulturæ, demta Epiſcopis diſpenſandi facultate, extenditur etiam ad eos, qui extra locum conflictus ex vulnere moriuntur, etſi pœnitentiæ ſigna dederint; & abſolutionem acceperint; nec non ſequentes propoſitiones damnantur: *I Vir militaris, qui niſi offerat vel acceptet duellum, tamquam formidoloſus, timidus, abjectus, & ad officia militaria ineptus haberetur, indeque officio, quo ſe ſuoſque ſuſtentat, privaretur, vel perpetuo carere deberet, culpa & pœna vacaret, ſive offerat ſive acceptet duellum. Eandem hanc theſim* Alexander VII in *ſuo Decreto de an.* 1665, *Theſ.* 2 jam damnaverat. *II Excuſari poſſunt etiam honoris tuendi, vel humanæ vilipenſionis vitandæ gratia duellum acceptantes, vel ad illud provocantes, quando certo ſciunt, pugnam non eſſe ſecuturam, utpote ab aliis impediendam. III Non incurrit eccleſiaſticas pœnas ab Eccleſia contra duellantes latas Officialis militiæ acceptans duellum ex gravi metu amiſſionis famæ & officii. IV Licitum eſt in ſtatu hominis naturali acceptare & offerre duellum ad ſervandas cum honore fortunas, quando alio remedio eorum jactura propulſari nequit. V Aſſerta licentia pro ſtatu naturali applicari etiam poteſt ſtatui civitatis male ordinatæ, in qua nimirum vel negligentia vel malitia magiſtratus juſtitia aperte denegatur.*

QU. XV.

Nefariæ libidines cur in Eccleſiaſticorum criminum cenſum delatæ?

§. I. UT non modo Idololatria, ſed omnis quoque Idololatriæ color ab Eccleſiæ limine procul abeſſet, Apoſtoli divino inſtinctu Spiritu in Concilio Hieroſolymitano non ſolum ſuperſtitiones, quibus Ethnici conflictabantur, elidendas, ſed etiam flagitioſas libidines, Ethnicarum ſuperſtitionum ramos, circumcidendas, amputandaſque eſſe cenſuerunt. Act. XV, 20, 28. (Vid. ſup. Q. IX, §. I, & Lib. I, qu. XII, §. 4.)

§. II. Quibus turpitudinum ſordibus diflueret Ethnicorum vita, & diſciplina, quamque effuſæ in omni luxuria eorum eſſent libidines, noſci poteſt ex epiſt. D. Pauli ad Romanos. *Propterea tradidit illos* (Ethnicos) *Deus in deſideria cordis eorum in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Nam fœminæ illorum immutaverunt naturalem uſum in eum uſum, qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi, relicto naturali uſu fœminæ, exarſerunt in deſideriis ſuis in invicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem quam oportuit erroris ſui in ſemetipſos recipientes &c.* Neque hæ tam obſcœnæ libidines privatarum domorum parietibus contegebantur, verum in publica Deorum templa, cæremonias, Religioneſque inferebantur. Audi Ovidium Triſt. L. II.

. . . Ludi quoque ſemina præbent
Nequitiæ, tolli tota Theatra jube.
Peccandi cauſam quam multis ſæpe dederunt
Martia, cum durum ſternit arena ſolum?
Tollatur Circus; non tuta licentia Circi eſt.
Hic ſedet ignoto juncta puella viro.
Cum quædam ſpatiantur in hac, ut amator eodem
Conveniat, quare porticus ulla patet?
Quis locus eſt Templis auguſtior? Hæc quoque vitet,
In culpam ſi qua eſt ingenioſa ſuam.
Cum ſteterit Jovis æde, Jovis ſuccurret in æde,
Quam multas Matres fecerit ille Deus.
Proxima adoranti Junoni templa ſubibit,
Pellicibus multis hanc doluiſſe Deam.
Pallade conſpecta, natum de crimine Virgo
Suſtulerit quare quæret Erichthonium.
Venerit in magnæ Templum tua numina Matris;
Stat Venus ultori juncta viro ante fores.

Sed mittamus Poetam, atque audiamus antiquiſſimum Eccleſiæ Patrem Divum Cyprianum. *Adulterium diſcitur* (inquit ille ad Donat. p. 4, Ed.

Amſte-

Amſtelod.) *dum videtur, & lenocinante ad vitia publicæ auctoritatis malo, quæ pudica fortaſſe ad ſpectaculum Matrona proceſſerat, de ſpectaculo revertitur impudica. Adhuc deinde morum quanta labes? quæ probrorum fomenta? quæ alimenta vitiorum, hiſtrionicis geſtibus inquinari? videre contra fœdus juſque naſcendi patientiam inceſtæ turpitudinis elaboratam? evirantur mares, honos omnis, & vigor ſexus enervati corporis dedecore mollitur, pluſque illic placet, quiſquis virum in fœminam magis fregerit; in laudem creſcit ex crimine, & peritior quo turpior judicatur. Spectatur hic, proh nefas! & libenter; quid non poſſit ſuadere, qui talis eſt? movet ſenſus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conſcientiam fortiorem; nec deeſt probri blandientis auctoritas, ut auditu molliore pernicies hominibus obrepat. Exprimunt impudicam Venerem, Adulterum Martem, & Jovem illum ſuum non magis regno, quam vitiis principem in terrenos amores cum ipſis ſuis fulminibus audentem, nunc in plumis oloris albeſcere, nunc aureo imbre defluere, nunc in puerorum pubeſcentium raptus miniſtris avibus proſilire. Quære jam nunc, an poſſit eſſe, qui ſpectat, integer, vel pudicus. Deos ſuos, quos venerantur, imitantur, fiunt miſeris religioſa delicta.*

§. III. Tanta ſcilicet Ethnicis erat obſcœnorum morum licentia, ut ii Chriſtiani qui flagitioſas corporis voluptates ſicut labem aliquam dedecoris non oppreſſiſſent, Ethnicorum moribus vivere, atque Idololatrarum Religionem adhuc profiteri cenſerentur. Itaque hiſce hominibus non ſecus ac Idololatris omnes Eccleſiæ aditus intercluſi, & ſeveriore cuſtodia ſepti tenebantur. Quare Tertullianus de pudicit. c. 4. *Reliquas* (inquit) *libidinum furias impias, & in corpora, & in ſexus ultra jura naturæ non modo limine, verum etiam omni Eccleſiæ tecto ſubmovemus, quia non ſunt delicta, ſed monſtra.* Tam fœda porro ſtupris, corruptelis, adulteriis, inceſtis macula inuſta eſſe putabatur, ut nulla ſatis digna echathombe elui poſſe videretur. Hinc Concilium Eliberitanum can. 7. *Si quis forte fidelis poſt lapſum Mœchiæ, poſt tempora conſtituta accepta Pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit nec in fine eum habere communionem.* Et can. 19. *Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi ſi in miniſterio poſiti detecti fuerint, quod ſint mœchati, placuit & propter ſcandalum, & propter PROFANUM crimen nec in fine eos communionem accipere debere.* Longius Montaniſtæ progreſſi ſunt, & dum Ethnicorum vitia vitare voluerunt, in contraria cucurrerunt. Hi igitur iis, qui Venerearum impuritatum cœno ſe ſe obleverant, non modo errati veniam, ac liberationem culpæ dandam non eſſe, ſed nec dari ab Eccleſia poſſe contendebant. In hunc ſcopulum impegit etiam Tertullianus, qui Zephirinum Pontificem horum flagitiorum reos pœnitentiæ mœrore enectos poſtliminii jure donantem hiſce verbis momordit l. I, cap. 1. *Audio edictum eſſe propoſitum, & quidem peremptorium, Pontifex ſcilicet Maximus, quod eſt Epiſcopus Epiſcoporum, edicit: Ego mechiæ, & fornicationis delicta Pœnitentia functis dimitto.*

§. IV. Quod ſi antiquitus omnes impuri, impudicique ab Eccleſia pulſi, ſummamque externi Fori ſeveritatem experti ſunt, ſi poſtea mitius & lenius cum illis actum fuit, ſi modo, niſi ſacrilega labes acceſſerit, non amplius externæ Eccleſiæ Foro, ſed unius conſcientiæ Judicibus pœnas luunt, id inde ortum reor, quod antiquiores canones in iis, qui ſuarum libidi-

bidinum ſervi erant, Idololatriam adhuc vigentem inſectarentur, recentiores vero unas pravas animi cupiditates nulla nunc Idololatriæ ſuſpicione laborantes perſequantur.

§. V. Qui lautiorem hac de re ſupellectilem ſibi inſtrui vult, convolet is ad Cornelii Adami Exercitationem de malis Romanorum ante Prædicationem Evangelii moribus, quæ quinta eſt in Exercitat. ejus exegeticis Groning. 1711 editis, & ad Commentarium Bynkershoekii in Senatus Conſultum Marcianum Diſſ. I, de Religione Peregrina, & ad Meurſium in Op. de hoc Argum. & Scipionem Maffejum degli Anfiteatri l. I, c. I, pag. 3, & Ludovicum Antonium Muratorium Diſſ. de Syniſactis, & Agapetis, & Joannem Fileſacum Theologum Pariſienſem de devotis mulieribus, alioſque permultos. Interim ne prætereamus quæ a Canoniſtis hac de re tradi ſolent, habe ea breviter perſtricta in Gregor. XV, Conſtitut. *Univerſi* Dominici, de an. 1622, Benedict. XIV, Conſtitut. *Sacramentum Pœnitentiæ*, de an. 1741, *Etſi Paſtoralis*, de an. 1742, *Apoſtolici*, de an. 1745, & in Giraldi *Expoſitione Juris Pontificii* Tom. 2, in append. ad Titul. *de Hæreticis*.

QU. XVI.

QU. XVI.

Furtum eſt ne crimen Eccleſiaſticum?

§. I. ANtiquos Eccleſiæ Canones percurrenti nullus mihi hactenus ante oculos obverſatus eſt, qui nudi Furti reos Cenſurarum virgis perſtringendos, publicæque Pœnitentiæ laboribus frangendos eſſe jubeat. Cave tamen, ne exiſtimes, Furtum a veteribus Chriſtianis non graviſſimum crimen habitum eſſe; ſed id tantum puta, Furtum non iis criminibus fuiſſe annumeratum, quæ non ſolum Deo, ſed etiam Eccleſiæ pœnas eſſent luitura.

§. II. Apoſtoli, cum in Concilio Hieroſolymitano Eccleſiaſticam rexerunt diſciplinam, eos demum, qui in Idololatriæ ſordibus volutarentur, aut humano ſanguine manus ſuas reſpergerent, aut fœdarum obſcœnitatum cœno ſe ſe conſpurcarent, Eccleſiaſtico mucrone feriendos eſſe ſanxere, (a) eos autem, qui ſe ſe ab hiſce flagitiis ſevocaſſent, licet in alia crimina prolaberentur, unum Deum ſuorum peccatorum vindicem, & ultorem habituros fore. (Vid. ſupra Qu. IX, §. 1.)

§. III. Non ignoro, eſſe permultos, qui Auguſtini, Baſilii, Gregorii Nyſſeni teſtimonio nixi Furtum in eorum criminum numero habent, quæ publica ſolemnique Pœnitentia erant expianda. (Vid. Bingham. Orig. Eccl. Lib. XVI, cap. XII, §. 4, Tom. VII, pag. 468.) At quanti ſint hæc teſtimonia, diſpiciamus. Auguſtinus Tract. XII in Joan. hæc habet: *In dilectione ejus, & in miſericordia ejus, qui ambulat, etiam liberatus ab illis lethalibus, & grandibus peccatis, qualia ſunt facinora, homicidia, furta, adulteria, præter illa, quæ videntur minuta eſſe peccata linguæ, aut cogitationum* &c. Furtum non inter leviora, ſed inter graviora & lethifera peccata eſſe numerandum ſcimus, & ultro concedimus, ſed iis criminibus eſſe accenſendum, *propter quæ* (utor verbis Auguſtini) (b) *ſatisfaciendum ſit non ſolum Deo, ſed etiam Eccleſiæ*, id

nec

(a) Tertull. l. de Pudicit. c. 12. Cum primum innotuit Evangelium, & vetera concuſſit, primam hanc regulam de auctoritate Spiritus Sancti Apoſtoli emittunt ad eos, qui jam ex nationibus adlegi cœperunt. Viſum eſt, inquiunt, Spiritui Sancto, & nobis, nullum amplius vobis adjicere pondus, quam eorum, a quibus neceſſe eſt abſtineri, a ſacrificiis, & a Fornicationibus, & a ſanguine. Sufficit & hic ſervatum eſſe Mœchiæ & Fornicationi locum honoris ſui, inter Idololatriam, & homicidium. Interdictum enim ſanguinis, multo magis humani intelligimus.

(b) Auguſtin. in Enchyrid. c. 60. *Ob Idololatriam, Homicidium & Mœchiam, ſatisfaciendum eſt Deo, & Eccleſiæ.*

nec Auguſtinus affirmat, nec nos unquam dabimus. Sed *Furta*, inquies, *homicidia*, & *adulteria* ab Auguſtino in eadem trutina ponuntur. In eadem lethalium trutina, quis neget? in eadem Eccleſiaſticorum criminum trutina quis hoc tibi largiatur? Neque Eccleſiaſticorum criminum catalogum ibi texit Auguſtinus, ſed lethiferorum. Nec ea, quæ ex Sancto Baſilio proferuntur, noſmet a noſtra ſententia dimovent. *Qui furatus eſt, ſi ſponte pœnitentia motus ſe ipſum accuſaverit, per annum a ſola ſacramentorum communione arcebitur; ſin autem convictus fuerit, per annos duos. Dividetur autem hoc tempus in ſubſtrationem, & conſiſtentiam: & tum communione dignus habeatur*. Baſil. can. LXI. Quis neſcit, hæc non inter Eccleſiæ canones, ſed inter Baſilianas regulas eſſe recenſenda? ut Baſilius ipſe fatetur can. XXX. *De his qui rapiunt, Canonem quidem antiquum non habemus, ſed propriam ſententiam proferimus*. Quod ſi ad Gregorii Nyſſeni Canonicam Epiſtolam Letojo Mitilenes Epiſcopo datam confugias, in qua Sanctus Doctor crimina Canonicam Pœnitentiam commerita percurrens, *Furtum* etiam commemorat: *Furtum, & ſepulcrorum effoſionem, & ſacrilegium vitia cenſemus*: ſcias velim, ibi Sanctum Gregorium non de ſimplici furto, ſed de furto ſacrilego eſſe loquutum. Quis autem ignorat, Sacrilegia omnia utpote Apoſtaſiæ, atque impietatis fœtorem exhalantia, atque divinæ leſæ majeſtatis crimina, in Eccleſiaſticum Judicium nunquam non vocata fuiſſe? Cæterum quæ de ſimplici ac nudo furto ſententia Nyſſeni fuerit, hæc Nyſſeni verba nobis declarant. *Qui autem occulta ſubtractione ſibi alienum uſurpat, ac deinde per Confeſſionem peccatum ſuum Sacerdoti aperit, ſtudio, quod circa contrarium illius vitii adhibebit, morbum curabit; res, inquam, ſuas largiendo pauperibus, ut dum quæ habet, profundit, ſe ab avaritiæ morbo liberum aperte oſtendat; ſin autem nihil aliud, niſi corpus habeat, jubet Apoſtolus per corporalem laborem ei morbo fieri medicinam*, dicens: *Qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, ut habeat, unde tribuat neceſſitatem patienti*. Quibus ſane verbis ſatis nobis ſignificat Nyſſenus, Furtum non Canonico, ſed ſacramentali judicio perfundi ſolitum fuiſſe (*c*).

QU. XVII.

(c) Eibel Tom. IV, pag. 233, (N. h.) In Jure Canonico quidem furti nomine *omnis illicita rei alienæ uſurpatio* venit. Vid. cauſ. XIV, Q. V, C. 13, Cauſ. XXXII, Qu. IV, Can. 11, videlicet juxta adæquatam interpretationem præcepti divini *non furaberis*; verum ſtrictiſſime etiam acceptum, nempe pro *ablatione doloſa rei alienæ invito domino lucri faciendi cauſa* facta ſpecialibus perſtringitur Canonibus, quibus nequaquam ſocii aliive tamquam cauſa mediata ad furtum concurrentes prætereuntur. Vid. cauſ. XIV, Q. VI, Can. 4, 5, 6, 8, Cap. 18, de Reſtitut. ſpol. Cap. 4, de furt. ubi furti reis etiam ii accenſentur, qui furti conſcii domino quærenti non indicant; cum tamen jure civili multum interſit, furem quis celet, an non indicet. Vid. l. 48, §. 1, de furtis.

Quæ *Deo jubente* aut cæteroquin in neceſ-

ceſſitate *extrema* ſurripiuntur, in hiſce furtum commiſſum eſſe dici nequit. Vid. Exod. III, 22, Cauſ. XIV, Q. V, Can. XII, D. X, de conſecr. Can. 26. Nequaquam tamen cum extrema neceſſitate confunditur neceſſitas *gravis*. Vid. Cap. 3, de furt. Hinc quoque Innocentius XI, anno 1679, damnavit propoſitiones ſequentes. Theſ. 36. *Permiſſum eſt furari non ſolum in extrema neceſſitate, ſed etiam in gravi*. Theſ. 37. *Famuli & famulæ domeſticæ poſſunt occulte heris ſuis ſurripere ad compenſandam operam ſuam, quam majorem judicant ſalario, quod recipiunt*.

De Jure Canonico furtum illud vocatur *manifeſtum*, de cujus auctore conſtat, & illud *occultum*, cujus auctor omnium notitiam fugit. Cæterum hæc quoad pœnam inter manifeſtum & occultum intercedit differentia, quod fur *manifeſtus* ad ſacros ordines promoveri non poſſit, id quod *occulto* poſt ſatisfactionem ac pœnitentiam peractam conceditur in Cap. fin. de furt. De reliquis furti pœnis, quæ in Canonibus leguntur, Vid. Cauſ. III, Qu. V, Can. 9, Cauſ. XIII, Q. II, Can. 21, Diſtinct. 81, Can. 12, Cap. 2, de furt. Cap. 6, de Pœnit. Cap. 10, de jud. quæ omnia tamen ſalvis civilibus ſtatutis intelligenda ſunt. Cumprimis autem nota, illud, quod in cit. cap. 2, de furt. dicitur: *Si comprehenſi aut vulnerati Presbytero vel Diacono confeſſi fuerint, communionem eis non negamus*, eſſe errorem a Decretalium compilatore retentum ex Gratiani Cauſ. XIII, Q. II, Can. 31, cum in Concilii Triburienſis Canone 31, unde hæc deſumta ſunt, non *Presbytero*, vel *Diacono*, ſed *Deoque* & *ſacerdoti* reperiatur. Conf. Harduin. Tom. VI, col. 449, & Juſtus Henningius Boehmerus in Corpore Juris ad cit. Cauſ. XIII, Q. II, Can. 31.

Speciatim vide de *Peculatu*, qui in res Eccleſiæ commiſſus in ſacrilegium abit. Cauſ. XXIII, Q. IV, Can. 3, de *Plagio*, Cap. 1, de furt. de *Abigeatu*, Diſt. I, de Pœnitent. Can. 19.

De rapina ſeu furto, quod committitur vi perſonæ illata vid. Cauſ. XIV, Q. V, Can. 13, Cauſ. XXIV, Q. III, Can. 23, Cauſ. VI, Q. III, Can. IV, Cap. 1, 2, 3, de raptor.

Immo, ſi quis rem ſuam eſſe ſibive deberi exiſtimans, contemto judice, eandem occupet vel vi extorqueat, amittit jus ſuum, etſi occupantis fuiſſe deprehendatur; & ſi reperiatur aliena, præter reſtitutionem etiam rei æſtimationem præſtare tenetur, ex l. 3, quod met. Cauſ. l. 7, Cod. unde vi, quæ pœna etiam legitur in Cauſ. XVI, Q. VI, Can. 2, & in Cap. 1, 8, de Præb. in 6.

De Jure Canonico habentur rapinæ rei 1 concuſſores, qui per ſimulationem juris terrorem incutiunt pecuniæ extorquendæ gratia. Vid. Cauſ. XXIII, Qu. 1, Can. 5. 2 Officiales publici, qui in crimen repetundarum incidunt, & juſtum judicium vendunt. Cauſ. XI, Qu. III, Can. 66, 71, 3 Captatores & Hæredipetæ, qui variis actibus in damnum legitimorum hæredum voluntates moribundorum demulcent, de quibus ſincere Ambroſius ſerm. VII de Cleric. ita conqueritur: *Nemo hos invaſionis arguit, violentiæ nullus accuſat? Quaſi non interdum majorem prædam a viduis blandimenta eliciant quam tormenta? Non intereſt apud Deum, utrum vi, an circumventione quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum*.

QU. XVII.

Fænus quodnam crimen?

§. I. FŒnerátores ii habentur, & nominantur, qui ex pecunia mutua data fœtum excudunt, eliciuntque. Quod quam iniquum ſit, perſpici ex eo facile poteſt, quod pecunia ſterilis ſit, & infœcunda, quique pecuniæ fœtus dicitur, non ipſius pecuniæ, ſed alieni laboris, atque induſtriæ verus partus ſit. Quod autem fas, quæque jura unquam ſinent, te ex alieno labore, atque opera fructus percipere?

§. II. Quamquam hæc clara ſint, atque in omnium oculis poſita, tamen non deſunt (*a*) tum ex Acatholicorum grege, tum etiam ex Catholicis

(a) Vid. Carolum Molinæum Tract. de commerciis, & Uſuris, Gerardum Nordt de fœnore, & Uſur., Claudium Salmaſium in triplici tractatu, quorum prior eſt de Uſuris, alter de modo Uſurarum, tertius de fœnore Trapezitio, Felicianum de Solis in Comment. de Cenſibus, Fridericum Martini de Jure Cenſuum, ſeu annuorum redituum, Frommanum de annuorum redituum, & mutui Uſurarii differentiis, & noviſſime Valentinum Eibel Introduc. in J. E. Tom. 4, l. 3, c. 2, N. m., cujus hæc ſunt verba. Quemadmodum pro uſu rei, quem nemo utique tenetur alteri gratis dare, non repugnat ſolvere tantum quantum ipſe uſus æſtimabilis eſt, ita etiam non repugnat, ut debitor creditori ſolvat pro uſu ſortis & quantitatis huic eidem uſui quidpiam proportionatum, id quod *uſura eſt*; ſecus etiam in rebus non fungibilibus *locatio conductio* repugnaret, & ſolum *commodatum* obtinere deberet. Enim vero recte habent adverſarii, ſi dicant intuitu *mutui* nihil peti poſſe. Nam is, qui *mutuum* celebrat, rem fungibilem *gratis* dat ea lege, ut poſt certum tempus in eodem genere reddatur. Inde autem non ſequitur a quocumque *mutuum* celebrari debere, & non poſſe celebrari contractum *fœnoris*, ubi uſus rei fungibilis gratis non datur. Ita ſane ſecundum principia Juriſprudentiæ naturalis rem perpendere oportet. Verum ſine dubio ad id requiritur Jus naturæ didiciſſe ex ſyſtemate tali, quale nobis Cl. noſter Carolus Antonius de Martini ſuppeditavit, & non ex hujuſmodi cujuſmodi ante eum ſcripſere illi Juris Naturæ & Ethicæ Profeſſores, qui nihil minus quam genuinæ Ethicæ ac naturalis Juriſprudentiæ notionem habebant. Ex defectu ſane genuinæ notionis uſurarum venit illa uſuræ definitio, quod ſit *Lucrum ultra ſortem RATIONE MUTUI, & propter Officium Mutuationis perceptum*, in qua commiſſum triplicem errorem Juris apud nos in primum annum auditor illico ſubducet. Ejuſmodi tyro etiam prompte ac ſolide reſpondebit 1 ad leges hebraicas, Exod. XXII, 25, Deuter. XXIII, 19, 20, Levit. XXV, 35, Ezech. XVIII, quas ratio reipublicæ hebraicæ, non autem univerſe jus naturæ poſtulabat, cum ſecus Deut. XXIII, 19, 20, XV, 6, XXIII, 44, fœnus nec permitti potuiſſet inter hebræum & peregrinum, utpote cujus Jus pervertere, cui vim inferre, quem non ut fratrem habere prohibetur. Exod. XXII, 21, XXIII, 7, Deut. XXIII, 7, XXVII, 19. 2 Ad præcepta Salvatoris: quod gratis accepiſtis, gra-

lacis ipſis, qui fœnus decoris obvolvant verbis, illudque Juſtitiæ fidelia incruſtent, atque dealbent. Quid ni? inquiunt. Pecuniæ uſus magni æſti-

ma-

---

gratis date. Matth. X, 8. *Mutuum date nihil inde ſperantes. Cuivis petenti abs te da: ab eo, qui tollit res tuas, non repetito*, Luc. VI, 30, 35, quæ partim de caſu, quo pauperibus ac miſeris miſericorditer, atque adeo ex officio charitatis gratis ſuccurrendum eſt, partim de forenſibus eo tempore legibus, partim de ſpiritualibus, uti gratis accepta ſunt, ita gratis diſtribuendis, prolata fuere. Conf. Grotius in Annotat. ad Evangel. Luc. VI, 35, ubi ſcilicet ſententiam relinquit, quam prius de jur. B. & P. Lib. II, Cap. XII, §. 20, habuit. 3 Ad effata Patrum, quæ pariter & contra uſuras *mordentes*, & contra violationes legum hiſce oppoſitarum potiſſimum directa conſpiciuntur. Vid. Cauſ. XIV, Qu. IV, Can. 1, 4, 8, 9, Diſt. 88, Can. 11. 4 Ad tot alias conſtitutiones in corpore Juris Canonici contentas, quæ ſi iterum excipias, quæ adverſus mordentes uſuras recte ſtatuta ſunt, cæterum recepta erronea uſurarum definitione *uſuras impugnarunt ſub ea ratione, ſub qua nullibi ſunt*, ut ait Cl. de Riegger L. V, §. 502. Denique 5 etiam ejuſmodi tyro jam ridet illos medii ævi Canoniſtas & Doctores caſuum, qui ultra ſortem aliquid percipiendum admiſerunt, tantummodo non accipiatur titulo *uſuræ*, ſed titulo vel *ejus quod intereſt*; vel *periculi amittendæ*, aut *difficulter repetendæ ſortis*; vel *Emtionis venditionis annuorum cenſuum*; vel *contractus trini*, qui ſcilicet comprehendit & *ſocietatem & aſſecurationem & conventionem de lucro certo minore pro incerto majore*, veluti ſi quis pro mercatura exercenda det certam ſummam pecuniæ Petro, eique relinquat lucrum ea conditione, ut idem quoque ſuſcipiat periculum & tantummodo aliquam de lucro portionem præſtet; quamquam varii Pontifices jam hunc jam illum modum, ceu pallium uſurarum ſuſpectum damnavere. Quid quod creditor pecuniæ trajectitiæ ob hujus periculum recipiens aliquid ex cap. 19, de uſ. uſurarius habeatur? Vid. ad hoc c. Nos itaque, venerationem omnem habentes Canonibus, quibus uſuræ mordentes damnatæ ſunt, Vid. Concil. Eliber. Can. 20, apud Harduin. T. I, col. 252, Cauſ. XIV, Q. IV, C. 7, 10, 11, Diſt. 88, C. 9, §. 1, &c. Canonibus reliquis ſpuriæ uſurarum notioni ſuperſtructis non immoramur, ſed lectorem ad Perill. D. de Martini Poſit. de leg. Nat. cap. XIX, Poſit. 540, ad leges civiles, a quibus determinatio uſurarum dependet, remittimus; dicturi quidem porro aliqua de contractu fœnoris in jure Conſiſtoriali.

Pœnæ in manifeſtum uſurarium de jure Canonico ſtatutæ ſunt, ut 1 oblationes ejus non recipiantur; 2 nec audienda ejus confeſſio nec abſolvendus ſit; 3 non admittatur ad Communionem Altaris; 4 ſepultura Eccleſiaſtica privetur; 5 infamis ſit ipſo genere facti; 6 Eccleſiaſtici officii periculum patiatur; 7 ab obtinenda dignitate excludatur; 8 adpellans non ſit audiendus; 9 nullus intereſſe debeat illius teſtamento. Vid. cap. 1, 3, 11, de uſuris, Cap. 2, eod. in 6. Cap. 11, de exceſſib. Prælat, Cauſ. III, Qu. VII, c. 2. Immo etiam ii, qui oblationes uſurariorum recipiunt, eos tolerare, & ſepelire præſumunt, iiſdem fere cenſuris innodantur. Vid. cit. C. 3, de uſur. & Cap. 1, & 2, eod. in 6, & Conf. Cl. de Riegger l. c. §. 495.

Canones antiqui, qui Clericis uſuras prohibuere, potiſſimum 1, in uſuras a pauperibus exactas, 2 in uſuras etiam a divitibus exactas, eatenus reſpexere, quatenus exercitio fœnoris clerici in negotia & ſtudia ſecularia implicantur. Vid. Concil. Nic. I, cap. 17, apud Grat. Diſt. 47, c. 2, & Cauſ. XIV, Qu. IV, Can. 1, & conf. Cl. de Riegger l. c. §. 490.

Hinc nemo labem uſurariam ob quidpiam pro uſu ſortis non ultra leges acceptum inurere poterit *Montibus pietatis* ſive *Pignorationis Locis*, quæ quidem, ſi eorum prima initia contra violentas Judæorum in Italia exactiones conſtituta ſpectes, ſunt *collationes pecuniarum a ditioribus in locum publicum auctoritate publica hunc in finem factæ, ut indigentes dato certo pignore mutuum pro neceſſitate ſua ſublevanda accipere queant, vel gratis vel dato tantum* cer-

matur. Quid vetat igitur, quin, ſin minus pro pecuniæ fœtu, qui nullus eſſe poteſt, ſaltem pro pecuniæ uſu, (*b*) qui in civili commercio magnas affert utilitates, aliquid exprimam nummulorum? Ita ſane, ſi pecuniæ creditæ adhuc Dominus eſſes. Omnis enim res, ſive fructum gignat, ſive utilitatem pariat, ſive uſum afferat, gignit, parit, affert domino ſuo. At pecuniæ jam creditæ Dominus eſt non qui mutuam dedit, ſed qui mutuam ſumpſit. Neque vero pecuniæ uſus cum ædium, equorum, veſtium uſu æquari, aut conferri poteſt. (*c*) Nam non, uti pecunia credita, ita etiam ædes, equi, veſtes Dominum mutant, nec fiunt accipientis, ſed manent ipſius concedentis. Verum, inquies, niſi Mutuum interceſſiſſet, nullus pecuniæ mutuæ uſus haberi potuiſſet, nec ulla inde tibi parta fuiſſet utilitas. Huc igitur demum tua redit Oratio, ut ipſum *Mutui* officium mercede penſetur, nec amplius ſit gratuitum, ſed mercenarium, contra ac a natura comparatum eſt.

§. III. Cur igitur, ais, *Cenſus* (*d*) ab Eccleſiæ canonibus probati, Reipublicæ legibus defenſi, Chriſtianorum populorum moribus ubique recepti ſunt? Quid aliud ſunt cenſus, niſi *Mutuum* mercenarium *emptionis* ac *locationis* cortice obductum? Tantum *Cenſus* diſtat a fœnore, quantum Emptio a Mutuo. Neque enim *Cenſuiſta* fructus ſuos capit ex pecunia credita, ſed ex re empta, ita ut, ſi fundus, cui empta res illigata eſt, aut alluvione deripiatur, aut incendio abſumatur, aut aliquo alio caſu perimatur,

---

certo pretio pro opera officialium compenſanda & conſervando monte. Vid. Conſt. Leonis X, *Inter multiplices*, & Sixti IV, Conſt. de an. 1479, in qua multis gratiis ad pium hoc miſericordiæ opus divites invitantur.

Ex delictis, quibus patrimonium alterius læditur, obligatio duplex oritur, videlicet ad pœnam, & ad reſtitutionem, adeo, ut jure canonico obligatio reparationum damni per defuncti delictum dati *ex defuncti bonis* præſtandi ad hæredes tranſeat, ſive lucrum ex damno dato ad eos pervenerit ſive non, atque ad id per diſtrictionem Eccleſiaſticam compelli queant. Vid. cap. 5, de Raptor. incend. c. 28, de ſentent. Excom. cauſ. XVI, Can. 3, cap. 3. de Pign. cap. 9, de uſur. cap. ult. de ſepult. Profecto ſi defunctus injunxit, ut hæres damnum reſarciat; an non id ex bonis defuncti reſarciri debet? Cap. 2, de jureju. ſed an non etiam id ſemper defunctus voluiſſe cenſendus eſt? Cauſ. XIV, Qu. VI, can. 1, cap. 4, de Reg. Jur. in 6. Juris naturalis igitur ſimplicitas magis in hiſce canonibus deprehenditur ac in lib. 26, 58, de oblig & act. l. un. Cod. ex delict. defunct. in quant. ten. Her. l. 3, de calumn., quæ obligationem damnum delicto datum reparandi *perſonaliſſimam* eſſe & morte delinquentis extingui ſinunt, ut adeo hæredes ad nihil teneantur, niſi aut lis cum defuncto fuerit conteſtata, aut lucrum in bonis hæreditariis deprehendatur. Verum & harum legum vis, etſi non pro ſtatu naturali abſoluto obtineret, in ſtatu tamen hypotetico conſociationis civilis pro ejuſdem ratione ac bono obtinere ac jure eminentis dominii firmari poteſt. Cæterum Innocentius XI, in Decret. de an. 1679, circa obligationem reſtituendi merito damnavit theſes, ſequentes. Theſ. XXXVIII. *Non tenetur quis ſub pœna peccati mortalis reſtituere, quod ablatum eſt per pauca furta, quantumcumque ſit magna ſumma totalis*. Theſ. XXXIX. *Qui alium monet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad reſtitutionem iſtius damni illati*.

(b) Vid. Boehmer. J. E. P. Lib. V, tit. XIX, §. 3.

(c) Vid. Salmaſium de Uſur. c. 5, pag. 96.

(d) Boehm. l. c. §. 24.

tur, nullos amplius fructus inde laturus ſit *Cenſuiſta*, nec pecuniam ipſam licet ſuperſtes ſit, amplius redhibiturus. Non igitur Cenſus mutuum mercenarium, ſed pura puta Emptio, atque Locatio nulla cum mutuo affinitate, aut vicinitate conjuncta.

§. IV. Neque (uti ſomniat Boehmerus) ii (*e*) qui ſocietatem inierunt, ſuamque ſymbolam ad merces ultro, citroque convehendas contulere, ſuamque lucelli particulam pactam ſociis vendiderunt, fructum ullum ex pecunia credita decerpunt, ſed ex ipſis mercibus coemptis divenditiſque quæſtum comparant, adeo ut ſi infortunium totam illarum mercium negotiationem abſorbuerit, penituſque perdiderit, licet negotiatores aliunde dites ſolvendo eſſent, tamen nulla amplius ex eo naufragio enatandi ſpes pactæ illi pecuniæ ſuperſit. Nec ii, qui pecuniam ſuam credendo rerum ſuarum jacturam facturi, damnumque capturi ſuæ indemnitati (*f*) proſpiciunt, ſuiſque rationibus cumulate conſulunt, pecuniam ex pecunia exterebrant, ſed ſolummodo damnum vitant, providentque, ne quid accipiant detrimenti. Ita qui trajectitiam pecuniam dederunt, & re incolumi, ſibi nummorum corollarium addi poſcunt, id non in pecuniæ, ſed in (*g*) periculi fructu numerandum eſt.

§. V. Jam vero videamus, quod jus dictum fuit Fœnori ab antiquis Eccleſiæ Canonibus, quæque mulcta irrogata. Verum ne per omnia Concilia eamus, & in ſingulis hac de re conſultis, decretiſque penſitandis immoremur, ſatis erit Concilii Nicæni ſententiam explicare. Hoc igitur ſciverunt Nicæni Patres: *Quoniam multi ſub regula conſtituti avaritiam, & turpia lucra ſectantur, oblitique Scripturæ dicentis, QUI PECUNIAM SUAM NON DEDIT AD USURAM, mutuum dantes centeſimas exigunt, juſte cenſuit Sancta, & Magna Synodus, ut ſi quis inventus fuerit poſt hanc definitionem uſuras accipiens, aut ex adinventione aliqua, vel quolibet modo negotium tranſigens, aut hemiolæ, ideſt ſexcupla exigens, vel aliquid tale prorſus excogitans turpis lucri gratia, dejiciatur a Clero, & alienus exiſtat a regula.* Hoc ulcus antea tetigerant Canones qui dicuntur Apoſtolorum cap. 36, 43, Patres Eliberitani an. 306, can. 20, Arelatenſes an. 314, can. 12, Laodiceni an. 320, can. 4, & poſtea retractarunt Patres Carthaginenſes an. 348, c. 13, & an. 397, can. 16, rurſuſque Arelatenſes an. 390, can. 14, atque Trullani an. 691, can. 10. Bingamus O. E. L. XVI, cap. 12, §. 13, & Boehm. J. E. P. Lib. V, Tit. XIX, §. 18, & 23, horum Canonum vim excutientes in diverſa prorſus iverunt. Boehmerus uſuras, modo nimium ſanguinem haud ſugant, non ſolum criminis ſed etiam peccati abſolvit, atque Clericis tantum interdictas fuiſſe, neque quia improbæ, ſed quia cum negotiatione clericorum ſtudiis indigna conjunctæ. Binghamus autem non ſolum peccati, ſed etiam criminis eas damnat. Quid nos autem? Pol inter utrumque mediam inſiſtamus viam, atque Fœnerantes, ſi Laici ſunt, peccati, ſi Clerici, criminis reos pronuntiemus, illos in Foro tantum inter-

(*e*) Boehm. l. c. §. 24.
(*f*) Boehm. l. c. §. 24.
(*g*) Boehm. l. c. §. 39.

terno, seu ſacramentali, hos vero Foro etiam externo ſeu Canonico pœnas luituros. Qui autem tam fidenter affirmare poteſt Boehmerus, Laicorum uſuras ab Canonibus minime improbatas fuiſſe? cum Concilium Carthaginenſe I hiſce uncialibus verbis illa reprehendat: *In noſtro Concilio ſtatutum eſt, ut non liceat Clericis fœnerari; proinde quod IN LAICIS REPREHENDITUR, id multo magis in Clericis debet prædamnari*. Quid Concilium Eliberitanum? *Si quis Clericorum detectus fuerit uſuras accipere, placuit eum degradare, & abſtineri. Si quis etiam Laicus accepiſſe probatur uſuras, & promiſerit correctus jam ſe ceſſaturum, ei veniam tribui. SI VERO IN EA INIQUITATE DURAVERIT, AB ECCLESIA ESSE PROJICIENDUM*. Enim vero poſtrema hæc verba Binghamum in contrariam prorſus ſententiam perpulerunt, qui Laicorum etiam Uſuras de crimine poſtulandas, Canonicæque Pœnitentiæ laboribus frangendas fuiſſe exiſtimavit. Sed non animadvertit homo Chriſtianarum antiquitatum callentiſſimus ibi Eliberitanos Patres de iis Laicis locutos eſſe, qui in eorum hæreſi erant, qui nullam fœnori peccati labem ineſſe contendebant, eoſque proinde non uti fœneratores, ſed uti hæreticos ab Eccleſia fuiſſe extrudendos. Atque hæc ſane opinio, quæ fœnori omnem peccati metum abſterget, ſequioribus Eccleſiæ ſæculis adeo Chriſtianorum animos oppleverat, ut Eccleſia Uſuram hæreſim nominaverit, eaque labe pollutos non ſecus ac hæreticos cenſuris coercendos eſſe voluerit, Concil. Vienn. ann. 1312, relatum in Clem. Un. de Uſuris, §. 4.

Sed ne longiores ſimus, quam par eſt, in re ad ravim uſque decantata, quæ a nobis ſcitu digna hic prætermiſſa ſunt, ea vide apud Benedictum XIV de Syn. Diœceſ. l. 7, c. 1, n. 1, c. 47, n. 12, 13, l. 10, c. 4, n. 1, c. 12, c. 5, n. 4, c. 8, n. 5, c. 5, n. 1, l. 9, c. 9, c. 11, n. 1, & Tom. I, Conſt. 147, quæ incipit, *Vix pervenit*.

QU.

QU. XVIII.

Superbia, Avaritia, Iracundia, Vinolentia, Deſidia, aliaque hujuſmodi numquam ne Judicis Eccleſiaſtici conſpectum ſubire juſſæ ſunt?

§. I. DUO ſunt Sacramenta, quibus potiſſimum Eccleſiæ nititur liberalitas, Baptiſmus, & Ordo Sacer. Ille jus tribuit theſauri Eccleſiaſtici participandi, hic partiendi. Utrumque Religionis noſtræ ſatores, propagatoreſque impietati, improbitatique clauſum eſſe voluerunt.

Actor. XV, 20, 28, Idololatria, hominum cædes, mulierum corruptelæ una cum ſuis ancillulis ab Baptiſterii foribus, omnique ad Eccleſiam aditu deterritæ; quod ſi furtim ingreſſæ, ſtatim non modo Eccleſiæ limine, tectoque, ſed primo etiam introitu, veſtibuloque ejectæ, omniumque Chriſtianorum communitate exterminatæ. (Vid. ſupra Qu. IX, §. 1, 2.)

In Pauli Epiſtola ad Titum c. 1, v. 7, & in I ad Timoth. c. 3, v. 2, & 3, Ordo ſacer majoribus excubiis, cuſtodiis, vigiliiſque defenſus, ab ejuſque ſedibus non ſolum Idolatræ, Homicidæ, Adulteri una cum ſuis ſatellitibus, ſed etiam ſuperbi, avari, iracundi, vinolenti, & ſi qui ſunt hujuſmodi, longe prohibiti; quod ſi irrepſerint, continuo omni dignitate, gradu, locoque moti. *Oportet Epiſcopum ſine CRIMINE eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, non SUPERBUM, non IRACUNDUM, non VINOLENTUM, non PERCUSSOREM, non TURPIS LUCRI UPIDUM* &c.

§. II. Ex hiſce perſpicuum eſt, duo fuiſſe criminum genera. Unum quod etiam Laicos, alterum quod Clericos tantum Judici Eccleſiaſtico ſiſtebat. Prioris generis ſunt Idololatria, Homicidium, atque Adulterium. Poſterioris Superbia, Iracundia, Vinolentia, Avaritia, aliaque hujuſmodi, quæ ab Apoſtolo non *PECCATI*, ſed *CRIMINIS* nomine notantur. Illud porro inter *crimen*, & *peccatum* intereſt, quod *crimina* ad externum Eccleſiæ tribunal vocabantur, *peccata* vero conſcientiæ foro, Sacramentalique pœnitentiæ expianda relinquebantur. Neque hæc diſtinctio *criminis*, & *peccati* nova, ſed vetus, atque ab ipſo Auguſtino in hunc Apoſtoli locum animadverſa. *Apoſtolus* (inquit ille Tract. XLI in Joan. Tom. IX, pag. 126, edit. Pariſ. 1637, pag. 308, edit. Baſil. 1569.) *quando eligit ordinandos, vel Presbyteros, vel Diaconos, & quicumque ordinandus eſt ad Præpoſituram Eccleſiæ*, non ait, *Si quis ſine PECCATO eſt; hoc enim ſi diceret, omnis homo reprobaretur*, ſed ait, *Si quis ſine CRIMINE eſt, ſicut eſt Homicidium, Adulterium, aliqua immunditia Fornicationis, Furtum, Fraus, Sacrilegium & cætera hujuſmodi*. Auguſtini ſententiam illuſtravit Divus Thomas Lect. I Comm. in Cap. III epiſt. I ad Timoth. explicans verba illa: *OPORTET EPISCOPUM IRREPREHENSIBILEM ESSE*:

Nec

Nec eſt dicendum, inquit, *ſicut aliqui dixerunt, quod quicumque peccavit mortaliter, poſt Baptiſmum, non eſt idoneus; quia pauci eſſent tales, ſed IRREPREHENSIBILIS, ideſt non ſubjectus alicui peccato, unde ab aliis reprehendi poſſet; quia indecens eſt, ſi reprehenſibilis ſit reprehenſor*. Et Lect. II Comm. in Cap. I Epiſt. ad Titum, explanans ea verba: *SI QUIS SINE CRIMINE EST: Dicendum eſt*, inquit, *quod aliud eſt crimen, aliud eſt peccatum. Peccatum dicitur quodcumque ſive magnum, ſive parvum, ſive occultum; crimen autem magnum, & infame*.

QU. XIX.

QU. XIX.

Superbiæ, Iracundiæ, Vinolentiæ, Avaritiæ aliiſque hujuſmodi quænam pœnæ conſtitutæ?

§. I. PAulus Apoſtolus imo in pectore defixa gerens ea, quæ Chriſtus diſcipulorum ſuorum auribus, animiſque inculcaverat, (Luc. IX, 46, XII, 25, Matth. XVIII, 1, XX, 26, Marc. IX, 34.) ne videlicet ſuperbe Ethnicorum Regum inſtar in ſuos dominarentur, homines ſuperbia inflatos, faſtu turgentes, dominandi prurigine æſtuantes a Sacrorum miniſterio omnium primos arcendos eſſe pronuntiavit. *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, non SUPERBUM &c.* Idipſum etiam Divus Petrus omnes Eccleſiarum Præſides monitos voluit epiſt. I, cap. V, 2, cum ait: *Paſcite qui in vobis eſt, gregem Dei, providentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum, neque ut DOMINANTES IN CLERIS, ſed forma facti gregis ex animo.* Huc quadrat illud, quod ad Nepotianum ſcripſit Hieronymus epiſt. 2, anno 392. *Eſto ſubjectus Pontifici tuo, & quaſi animæ parentem ſuſcipe... ſed & Epiſcopi Sacerdotes ſe eſſe noverint, non DOMINOS, honorent Clericos, quaſi Clericos, ut & ipſis a Clericis quaſi Epiſcopis honor deferatur. Scitum eſt illud Oratoris Domitii: CUR EGO TE,* inquit, *HABEAM UT PRINCIPEM, CUM TU ME NON HABEAS UT SENATOREM? Quod Aaron, & filios ejus, hoc Epiſcopum, & Presbyteros eſſe noverimus. Unus Dominus, unum Templum, unum ſit etiam miniſterium. Recordemur ſemper, quid Apoſtolus Petrus præcipiat ſacerdotibus: PASCITE EUM, QUI IN VOBIS EST, GREGEM DOMINI, NON UT DOMINANTES IN CLERUM &c. Peſſimæ conſuetudinis eſt, in quibuſdam Eccleſiis tacere Presbyteros, & præſentibus Epiſcopis non loqui, quaſi aut invideant, aut non dignentur audire.* Jure itaque ac merito Alexander III eos objurgat Epiſcopos, qui cum ſuis Clericis perinde agunt, ac cum ſervis, eos male habent, emungunt, detondent, ut ſuas expleant libidines. *Pervenit ad audientiam noſtram,* (ait ille rel. in c. 1, De exceſſ. Præl. & Subd.) *& ſi verum eſt, miramur plurimum, & adverſus vos de jure movemur, quod in Presbyteros, qui ſunt in veſtra Juriſdictione conſtituti, ſingulis annis, quaſi in mercenarios ſervos talliam facitis, quibus, niſi ad voluntatem veſtram pecuniam ſolverint, divinum officium interdicitis, & eos viliter, & inhoneſte tractatis in tantum, quod ipſos laicis deſpicabiles reddidiſtis. Ideo vero hæc, ſi vera ſunt, gravi debent* ULTIONE PUNIRI, *cum Presbyteros quaſi filios, & fratres benigna, ac fraterna debeatis caritate fovere.* Hæc GRAVIS ULTIO, quam Epiſcopis longius evagantibus, ſuique imperii fines tranſilientibus

tibus

tibus minitatur Pontifex, ſatis declarat, Clericorum faſtum, & arrogantiam in *criminibus* ponendam eſſe, (*a*) h. e. in iis malefactis, quæ, uti ait Synodus Romana an. 1074, can. 15, *ACCUSATIONE*, & *CONDEMNATIONE ſunt digniſſima*.

§. II. Superbis Apoſtolus addit iracundos, & percuſſores: *Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, non IRACUNDUM, non PERCUSSOREM*, l. c. (*b*) De hiſce extat celeberrima epiſtola S. Gregorii Magni ad Joannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum data anno 593. *Quid autem de Epiſcopis*, (inquit ille l. 2, epiſt. 52, al. cap.

(a) De exceſſibus Prælatorum & ſubditorum hæc habentur in Jure Canonico. Epiſcoporum exceſſus ſunt: 1 Si clericos ſuos indebitis oneribus, & exactionibus gravent, cap. 7, de Exceſſ. prælat. cap. 6, de cenſ. 2 Si eos vexent cenſuris aliiſque pœnis illegitime inflictis. 3 Si eos inhoneſte tractent, vel deſpicatui ut ſervos mercenarios habeant. 4 Si permittunt, ut unus Presbyter duas habeat Eccleſias matrices, quarum una ad ſuſtentationem ſufficiens eſt, cap. 1, de exceſſ. prælat. 5 Si jura illorum diminuunt, tolluntque aut eripiunt Eccleſias ipſi ſubjectas, cap. 2, ibid. 6 Si indignis beneficia conferant, cap. 2, ibid. 7 Si Monaſteriis & ordinibus regularium præcipiant, aut prohibeant aliquid contra tenorem privilegiorum Papalium, cap. 16, 17, ibid. cap. un. ibid. in Clement. Conf. Cl. de Riegger §. 541, ubi addit 8 inter exceſſus Epiſcoporum etiam generatim numerari, ſi Epiſcopi auctoritate ſua utentes Monarchiæ Pontificiæ præjudicium facere a curia Romana dicantur.

Prælati Epiſcopis inferiores excedunt 1 qui, cum beneficii collationem habeant, illud pro ſuo uſu retinent, & ſe ipſos intrudunt, cap. 3 de Exceſſ. Prælat. 2 Qui Eccleſiam ſuam vel ſibi ſubjectam alteri uniunt, ſine conſenſu Epiſcopi, non obſtante confirmatione Metropolitani, qui in Diœceſi ſui ſuffraganei abſque iſtius conſenſu non debet aliquid hujuſmodi attentare, cap. 8, ibid. 3 Qui ſuis finibus non contenti manus ad ea, quæ ſunt Epiſcopalis dignitatis, extendunt de cauſis matrimonialibus cognoſcendo, injungendo publicas pœnitentias, concedendo etiam indulgentiarum litteras, & ſimilia præſumendo, cap. 12, ibid. ſpeciatim in cap. 7, 15, ibid. cap. 3, de pœnit. Archidiaconorum exceſſus referuntur, qui cum nimii eſſe cœperunt, tandem in pleriſque Eccleſiis eorum poteſtas ſuppreſſa fuit. Conf. Cl. de Riegger l. c. §. 542.

Inferiores & ſubditi Clerici excedunt: 1 Si plures abſque conſenſu Prælati ſibi jura collegii vindicant, cap. 14, de Eccleſ. prælat. 2 Si Vicarius ſibi arroget pecuniam & titulum rectoris principalis, cap. 6, ibid. 3 Si cum malefecerit quis, gloriatur, & in rebus peſſimis exultat, cap. 9, ibid. 4 Si ab Epiſcopo indictas feſtivitates, cenſuras ab eo promulgatas non obſervant, cap. fin. ibid. Concil. Trid. ſeſſ. XXV, cap. 12, de Regul. 5 Si contra præſtitum juramentum canonicæ obedientiæ ſuperiori reluctantur, cap. 15, ibid. 6 Si quis alienos ſubditos in matrimonium conjunxerit. Conc. Trid. ſeſſ. XXIV, Cap. 1, de ref. Matrim. 7 Si quis Presbyter Miſſam incompletam relinquit, Can. 57, Diſt. I, de conſecr. aut celebrat quin in ea communicet: Can. 11, diſt. 2, ibid. 8 Si privilegiis ſibi conceſſis abutantur. Cap. 3, 7, de Privil. & Exceſſ. privil. Conf. Cl. de Riegger l. c. §. 543. Cum quo etiam concludimus: Sufficiat nobis iſta exceſſuum exempla recenſuiſſe, omnia enim enarrare ſupervacaneum foret, cum tot ſint exceſſuum genera, quot officiorum, quæ tamen non ſub una rubrica, ſed per Decretalium libros omnes diſperſa recurrunt.

(b) De Clerico Percuſſore Vid. Diſtinct. 86, can. 25, Diſt. 45, cap. 4, Cauſ. I, Qu. VII, Can. 2, cap. 1, 3, 4. Moderata correctio licet & Clericis & ſuperioribus Eccleſiaſticis vel Religioſis in ſuos ſubditos, maxime præceptoribus in Clericos adoleſcentes in minoribus conſtitutos, ita tamen, ut executionem Clerico vel Monacho committant, ne cenſuram Canonis incurrant. Vid. Diſt. 35, Can. 9, Diſt. 45, Can. 8, Cauſ. XI, Q. I,

cap. 91.) *qui verberibus timeri volunt, Canones dicant, bene Fraternitas veſtra novit. Paſtores enim facti ſumus, non* PERCUSSORES: *& egregius prædicator dicit*: ARGUE, OBSECRA, INCREPA IN OMNI PATIENTIA, ET DOCTRINA. *Nova vero, atque inaudita eſt iſta prædicatio, quæ exigit fidem*. Quamobrem Nicæni Patres an. 787, eos Epiſcopos, qui imperii ſui vires verberibus firmare, & augere ſtudebant, exauctorandos eſſe decreverunt. *Similiter percuſſor Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus per ſe, vel per aliquem alium, quaſi pro hoc timeri volens, deponatur*. Can. 2, C. 1, qu. 7.

§. III. Vinolentiam vitiorum omnium parentum & altricem cum ab omnibus, tum præcipue a viris divino cultui addictis vitandam eſſe plus vice ſimplici monet Apoſtolus. „ Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria: ſed implemini Spiritu Sancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino. *Epheſ. V*, 18. Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, non vinolentum, *l. c. Præclare igitur Hieronymus*: „ VINOLENTUM Sacerdotem & Apoſtolus damnat, & vetus lex prohibet. Sacerdotes, qui miniſtrant in Templo Dei, prohibentur vinum & ſiceram bibere, ne in crapula, & ebrietate aggraventur corda eorum. Sicera Hebræo ſermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare poteſt .... quidquid inebriat, & ſtatum mentis evertit, fuge ſimiliter ut vinum. Nolite, ait Apoſtolus, inebriari vino, in quo eſt luxuria .... qui Altari deſerviunt, vinum & ſiceram non bibant. Sponſa Chriſti vinum fugiat, ut venenum. Vinum, & ebrietas incendium eſt. " Quocirca Canones Apoſtolici cap. 41, Concilium Agathenſe anni 506, & Concilium Lateranenſe IV, Clericos *VINOLENTOS* (*c*) at-

Q. I, Can. 6. Et quidem in modica correctione excluditur appellandi venia per Cap. 3, 26, 31, de appellat.

Alicubi admiſſio Canonicorum ad capitulum exemplo *manu miſſorum vindicta* (Vid. Digeſt. L. XL, T. II.) prævio eodem *virgarum* ritu celebratur, quod dicitur in l. ult. Cod. de emancip. *Inſpeximus vanam obſervationem cuſtodiri, & venditores in liberas perſonas figuratas, & circumductiones inextricabiles & injurioſa rhaphiſmata, quorum nullus rationabilis invenitur exitus*. Minus ſane conveniret adhibere in Clericorum promotionibus quidquam in veram percuſſionem degenerans ex ritibus, quos tribus opificum, jam non ubique, ut antehac, adhibere ſolent.

(c) Clericos vi ſuæ profeſſionis continentiæ ſtudere, omnemque Incontinentiæ ſuſpicionem a ſeſe averuncari debere, nemo eſt, qui ignoret. Ex quo ſane eruitur, ebrietatem quoque, & comeſſationes, omnemque in cibo, & potu exceſſum eiſdem cavendum eſſe.

Quis enim ignorat illud Apoſtoli ad Eph. 5, v. 18. *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*. Et illud Sapientis, Prov. 20, v. 1. *Luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas*. Hinc illud Hieronymi lib. 2 contra Jovinianum: *Eſus carnium, & potus vini, ventriſque ſaturitas, ſeminarium libidinis eſt*. Merito proinde jam pridem Synodus Agathenſis Can. 4, apud Gratian. diſt. 35, Can. 9, dixit: „ Ante omnia a Clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt: itaque eum quem ebrium fuiſſe conſtiterit (ut ordo patitur) aut 30 dierum ſpatio communione ſtatuimus ſubmovendum, aut corporali ſubdendum ſupplicio. "

atque Aleatores (*d*) Cenſurarum aculeis pupugerunt.

§. IV. Turpis lucri cupiditatem ab omnium Eccleſiaſticorum virorum animis exulare jubet Apoſtolus. Hæc vox furtum, uſuram, mercaturam, (*e*) venationem, (*f*) omneſque prophanas (*g*) (*Vid. p.* 131) artes complectitur. De Fur-

Et ſub titulo Decretalium, de Vita, & honeſtate Clericorum, ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III, tamquam honeſtati Clericorum ſumme neceſſarium, refertur: *A crapula, & ebrietate omnes Clerici abſtineant diligenter. Unde vinum ſibi temperent, & ſe vino. Nec ad bibendum quiſpiam incitetur: Cum ebrietas, & mentis inducat exilium, & libidinis provocet incentivum. Unde illum abuſum penitus decernimus abolendum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſuo modo obligant potatores: & ille judicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fæcundiores exhaurit. Si quis autem ſuper his culpabilem ſe exhibuerit: niſi a Superiore commonitus ſatisfecerit, ab officio, vel beneficio ſuſpendatur.*

(d) Etſi enim neque ratio canonum, neque Aſcetarum doctrina ad luſus licitos interdum, & ſolummodo relaxationis cauſa ſuſceptos ſe ſe extendat: S. Thomas 2, 2, q. 168, artic. 2, in corpore, S. Saleſius, Introd. ad vit. devot. l. 3, c. 31: attamen juxta eos fruſtra pallio inde ſumto ſe ſe tegunt ii, qui *quotidiana* tractatione & animum, & affectum luſui applicando hanc recreationem non ſolum faciunt periculoſam, ſed & ſimpliciter malam; aut eam non ſecundum temporis, loci, perſonarum, aliaſque circumſtantias ordinant, aut per id præ aliis ſtudiis clerico dignis apud mundanos homines vel liberalioris converſationis laudem ſectantur, vel ſui acceptionem promotionemque ita conantur præparare. Inculcat hoc Sanctus Chryſ. ſerm. 15 ad pop. Antioch. in auth. Interdic. cod. de Epiſc. & Cleric. cap. 15, de vita & honeſt. Cleric. Trid. Seſſ. 22, c. 1, de reform. Sancti Caroli I Synod. Prov. p. 2, c. 5, Synodi Burdigal. ann. 1583, c. 21, & Bituricen. ann. 1584, Tit. 25, can. 7, Aquenſis 1585, Tit. de vita, & honeſtate Clericor. Avenionen. ann. 1594, c. 32, Narbonen. 1609, quæ Synodi chartarum quoque luſum comprehendunt. Conf. etiam cap. II, de Exceſſ. Prælat. ubi clare reprobatur excuſatio a moribus & conſuetudine.

(e) Diſtingue inter *mercaturam œconomicam & negotiatoriam*. Illa clerico licet; quatenus unicum eſt medium neceſſariam ſuſtentationem ſibi comparandi, l. 8, cod. Theod. de Epiſc. & cleric. Hæc autem, quæ ſolius lucri cauſa ſit, ſub pœna depoſitionis, excommunicationis, & privilegii clericalis *quoad bona* amittendi prohibetur, Diſt. LXXXVIII, Diſtinct. XCI, can. 4, cap. fin. de vita & honeſt. cleric. cap. 6, ne Cleric. vel Monach. Trid. Seſſ. XXII, cap. 1, de Reform. *Nulli Clerico licet cauponariam habere tabernam*, ait Synodus Trident. can. 9, & Synodus Mechlin. anno 1609 ſtatuit, *ut ex cellis ad capitulorum aut cleri adminiſtrationem ſpectantibus lucra non quærantur*. Tit. 17, cap. 7.

(f) Diſtinguunt Canoniſtæ inter *clamoroſam & non clamoroſam* venationem, atque hanc quidem licitam, non illam dicunt. Verum num clamor in venatione liceat aut non liceat, intuitu ferarum capiendarum a venatoribus adtendi quidem poteſt; attamen clericis, qui a Salvatore *piſcatores hominum* facti ſunt, magis adtendendum, an non per hanc æque ac illam venationem cura animarum patiatur. Quod quidem contingit certiſſime, ſi in venationem abripiatur animus, ſi præbeantur mala exempla, taceo ſumma ſcandala, veluti ſi ipſis feſtis diebus, ad quos ſolum divino cultu tranſigendos incitandi ſunt fideles, iidem ad agitandas feras avocarentur; aut dum generatim *panis, qui miſerorum & pauperum victui ſufficeret, panis de Reditibus Eccleſiaſticis collectus, quod eſt patrimonium Chriſti, ad beſtiarum cibum transfertur*. Conc. Aquilej. an. 1596, Tom. 15 Conc. Lab. Rubr. 11, col. 1501. Et illa quidem, quæ venationem raro non comitantur, clericum indecentia (Fleury Diſ. III in hiſt. Eccl. §. VIII.) cauſa ſunt, cur illa adeo clericis prohibeatur in cap. 1, & 2, de cler. venat. Conc. Lateran. IV, can. 15, Trid. Seſſ. XXIV,

Furto, & uſura plura a nobis dicta ſunt ſuperius Qu. XVI, XVII, quibus addimus, veras Clericorum uſuras hoſpitalitatem, pecuniamque in pauperes erogatam eſſe debere. *Primis Eccleſiæ temporibus gloria Epiſcopi*, ait Hieronymus epiſt. 11 ad Nepotianum, *erat pauperum opibus providere, ignominia omnium Sacerdotum propriis ſtudere divitiis.* Hinc Nepotiano ſuadet, ut ejus domus pauperum, & peregrinorum floreat hoſpitiis. Hanc virtutem Chryſoſtomus laudat in Flaviano, *cujus domus*, inquit ſerm. I in Genes. Tom. II, pag. 732, Edit. Francof. *tamquam ipſi ad hoc derelicta ab ejus Majoribus, peregrinis, & advenis patet: omnes, qui undique tribulationes ſuſtinent, veritatis tuendæ cauſa conveniunt, hanc ſibi hoſpitam domum inveniunt, hanc miniſtram, & ita in omnibus famulantem, ut neſciam, utrum hujus, an peregrinorum magis dicenda ſit domus. Immo vero propterea magis hujus eſt, quia peregrinorum eſt: nam & omne, quod noſtrum eſt, ſi ſit nobis commune cum fratribus. Melius enim ſervatur pecunia, quæ in dextera pauperis collocatur.* Quid dicam de iis Clericis, qui mercatura, aliiſque moleſtis, operoſiſque implicantur negotiis, quibus omnibus exauctorationem impendere intelligo ex Concilii Arelatenſis I Can. XIV, & ex Canone VII, qui dicitur Apoſtolorum? *Si quis Clericus turpis lucri cauſa aliquod genus negotiationis exercuerit, depoſitus a communione alienus fiat. Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus ſæculares curas non ſuſcipiat; alioquin deponatur.*

§. V. Multas præterea ibidem virtutes in ſacris Æditiuis requirit Apoſtolus, ad quas vita & moribus exprimendas Concilia, Patres, Pontifices ſuis Canonibus, ſcitis, conſtitutionibuſque omnes Eccleſiaſticos viros ſemper excitarunt, extimularuntque, eiſque etiam cenſurarum calcaria admo-

---

XXIV, cap. 12, de Reform. Si indignum eſt, *qui paulo ante Breviarium manibus tractabant, publice accipitrem deferant; qui cum Angelis in Eccleſia gratiarum actiones & laudes Deo perſolvebant, inter canum latratus & multitudinem verſentur, & incomptis obſtrepant vocibus*, ut ait laud. Concil. Aquilej. *quomodo id non erit quam maxime indignum Paſtoribus, quomodo non contrarium illi, qua Epiſcopi eminere debent, ſanctitati?* Quo reſpicit S. Hieronymus dicens: *Piſcatores invenimus ſanctos in Scripturis Sanctis, ſed penitus non invenimus ſanctum aliquem venatorem.* In Pſal. 90, v. 3.

Sæpius in hac voluntate detentus Epiſcopus tribus menſibus a communione, Presbyter duobus, Diaconus ab omni officio deponi jubetur, Can. I, de cler. venat. & Conc. Trid. l. c. etiam in ſpecie Canonicos comprehendit. Conf. Van-Eſpen, de Inſtit. & off. can. P. II, c. 6, §. 4.

(g) Veluti ſunt officium *procuratoris*, excepta orphanorum & viduarum defenſione, aut cæteroquin munus *Judicis, Adminiſtratoris*, vel *Præfecti* apud ſæculares: porro officium *Tabellionis* ſeu *Notarii publici*, niſi in cauſa inquiſitionis contra hæreticos, multoque magis *ordinatio aciei, præfectura machinarum bellicarum &c.* item EXERCITIUM *artis chirurgicæ, præſertim per inciſionem, & aduſtionem* &c. &c. quibus omnibus intelligitur extremæ neceſſitatis caſus non comprehendi. Neque ad occupationes mere ſæculares refer ſtudium juris civilis, ſi id non animo ſe ſæcularibus & forenſibus miſcendi, ſed tantum ad firmanda ſibi certa judicia arbitro conſcientiæ & bono civi neceſſaria addiſcatur.

Hiſce adde artem macellariorum, aliaſque hujus generis. Hac prohibitione itaque non continentur opera manuum honeſta, quæ ad otium vitandum aut ex licita œconomia ſuſcipiuntur, quandoquidem ipſe Apoſtolus ait:

 Quo-

moverunt, faces addiderunt (*b*).

§. VI. Concludendum hinc eſt, quemadmodum Laici propter crimina Idololatriæ, Homicidii, & Mœchiæ ab omni jure, quod vi Baptiſmi adepti erant, excidebant, ita Clericos propter crimina Superbiæ, Iracundiæ, Vinolentiæ, Avaritiæ, atque alia hujus generis ex iis juribus, quæ vi ordinis Sacri aſſecuti erant, dejectos fuiſ-

Quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtraverunt manus iſtæ. Act. Apoſt. c. 20, v. 34. *Laboramus operantes manibus noſtris*, I ad Cor. cap. 4, v. 12.

(b) Primo quidem eximia puritate animi, ac corporis clerici præfulgere debent. Quî enim clericus in officio perſtringendi aliorum vitia libere, utiliterque verſabitur, niſi ſe talem præſtiterit, ut a nemine reprehendi poſſit?. Chryſoſt. de Sacerd. Lib. V, cap. 3.

Omnis criminis, vel pravitatis ſuſpicio clericis vitanda: namque obſervante Chryſoſtomo *ib.* Lib. VI, cap. 9, homines laici ad conquirendum de Clericis, & ad inferendas adverſus ipſos contumelias, & incuſationes mirum quantum propendent. Ergo omnes illæ actiones clericis vitandæ ſunt, quarum dubia fit, & ſuſpecta natura. Quamobrem Synodus Nicæna univerſis omnino Clericis vetuit *SUBINTRODUCTAM habere mulierem*, præterquam, utique matrem, vel ſororem, vel amitam, vel eas ſolas perſonas, quæ omnem ſuſpicionem excedunt.

Clericis parce, & frugaliter vivendum, quo aliorum inopiæ ſubvenire poſſint. Namque immoderati ſumtus ſemper in Eccleſia habiti ſunt, tamquam iniqua jurium, ac redituum pauperibus deſtinatorum uſurpatio. Veterum Epiſcoporum parciſſimam edendi, potandique tenuitatem, adhæc & vilitatem indumentorum ipſi etiam Gentiles ſunt admirati: Ammianus Marcell. Lib. XXVII.

In quotidianum Eccleſiæ miniſterium ea gravitate, animi ſubmiſſione, ac pietatis ardore Clericis eſt incumbendum, ut illud & divinæ Majeſtati probetur, & fideles religioſa quadam in Deum pietate afficere poſſit. Meminiſſe enim eos oportet ſe & populi ad Deum oratores, & Dei ad populum legatos agere. Ad rem Chryſoſtomus ibid. Lib. VI, cap. 4. *Eum, qui pro civitate tota; quid dico civitate? immo vero pro univerſo terrarum orbe legatus intercedit, deprecatorque eſt apud Deum, ut hominum omnium peccatis propitius fiat, qualem quæſo eſſe oportet?*

In privatis congreſſibus, & colloquiis Clericos doctrinam, prudentiam, & fidelitatem præſeferre oportet, ut ab hominum, quibuſcum colloquuntur, animis vel ignorantiæ caliginem diſpellant, vel errores avertant, vel vitia removeant. Neque enim ad voluptatem, ſed ad utilitatem æquum eſt Clericos cum laicis converſari. Hac ratione Auguſtinum innumeros æque hæreticos ad veritatem, ac ſceleſtos homines ad meliorem frugem reduxiſſe teſtis eſt Poſſidius in *ejus Vita* cap. 9.

Clericis forti, & imperterrito animo Chriſtianæ veritatis defenſio eſt ſuſcipienda. Neque enim hac in re lenitas, ac facilitas, ſed fortitudo, ac pene ferocia adhibenda eſt. *Tametſi*, inquit Nazianz. Orat. XXI, *alioqui pacati, ac moderati ſint Antiſtites; hac tamen in re lenes, & faciles eſſe non ſuſtinent, quum per ſilentium, & quietem Dei cauſſa proditur: verum hic admodum bellaces ſunt atque in confligendo acres, & feroces*. Hujuſmodi fortis, & imperterriti animi exempla plura, eademque admirabilia in veteri Eccleſiaſtica Hiſtoria occurrunt.

Ut Eccleſiarum Præſides virtutibus coruſcare poſſint, bonoque exemplo ſuum gregem paſcere, debent in ſua Eccleſia reſidere. Quamobrem multa a ſacris Canonibus adverſus non reſidentes ſtatuta ſunt. Epiſcopus igitur, qui neque obtenta licentia, neque ſuffragante ratione profectus, tertio menſe non redit, amittit omnes fructus Epiſcopatus tempori, quod ſupra eſt, reſpondentes, & hinc ultra ſpatium ſemeſtre ſi remaneat, redituum unius anni pars quarta perit; quod ſi per alios ſex menſes in hujuſmodi abſentia perſeveraverit, aliam quartam partem fructuum amittit. Creſcente vero contumacia Archiepiſcopus ſuffraganeos abſentes, Archiepiſcopum abſentem ſuffraganeus Epiſcopus antiquior ſub pœna interdicti in Eccleſiam ingreſſus Summo Pontifici denunciare debet. Vid. Concilium Trid. ſeſſ. VI, cap. I, ſeſſ. XXIII, cap. 1, de reform.

fuiſſe; & quemadmodum Laici Anathemate ex juribus ſibi Baptiſmo partis dejiciebantur, ita etiam Clericos depoſitione ex Sacri Ordinis privilegiis deturbatos fuiſſe.

QU.

---

form. ubi etiam Parochi cæterique Curati non reſidentes privantur fructibus pro rata temporis, ſi abſint ultra bimeſtre, ultra quod tempus citra gravem cauſam ipſis licentia dari prohibetur. Ex quibus verbis patet, Epiſcopis inferiores nec bimeſtre abſque data licentia abeſſe poſſe.

Statutæ iſtæ pœnæ ante omnem ſententiam declaratoriam obtinent, & hinc illico fructus in conſcientia reſtituendi ſunt.

Impendendi ſunt ejuſmodi fructus in fabricam Eccleſiæ, vel pauperes aliaſque pias cauſas.

Obligatur quoque Curatus, cui cauſa per Epiſcopum cognita & probata abeſſe licet, ut Vicarium idoneum ab ipſo Ordinario adprobandum cum debita mercedis adſignatione relinquat.

Cauſæ ad abſentiam Epiſcopi neceſſariæ, ſi non repentinæ ſint vel notoriæ, diſquiruntur a Summo Pontifice vel Metropolitano vel Suffraganeo antiquiori reſidente.

Tam probatio cauſæ legitimæ abſentiæ, quam ipſa licentia in ſcriptis, & hæc quidem etiam gratis fieri debet. Vid. Concil. Trid. l. c.

QU. XX.

Quid habes de Laicorum, atque Clericorum Pœnitentia?

§. I. HActenus de Criminibus, quæ Laicos Clericoſque ad Eccleſiaſticum tribunal rapiebant, quæque eos e juribus ſibi Baptiſmo, atque Ordine Sacro partis exturbabant: nunc vero de modis, atque artibus, queis ammiſſas reparare res, in eumque, unde exciderant, locum reſtitui poſſent.

§ II. Anathematis mucrone ictis, atque Depoſitionis enſe perculſis nullum aliud ſupererat remedium, quod tanto vulneri mederi poſſet, quam publica, atque Canonica Pœnitentia (*a*). Utrum vero hujuſce Canonicæ Pœnitentiæ curriculum non ſolum Laicis, ſed etiam Clericis præſertim Majoribus conficiendum eſſet, litigant inter ſe magni nominis Scriptores. Morinus l. 4 de Pœnit. c. 14, & Natalis Alexander H. E. Sæc. III, Diſſ. XI, & Juveninus de Sacrament. Diſſertat. VI, de Pœnitent. quæſt. VI, c. 8. Art. I, §. 3, contendunt, Clericos Majores, h. e. Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos, tribus prioribus Eccleſiæ Sæculis non ſecus ac Laicos publicæ Pœnitentiæ addictos fuiſſe. Petrus autem Couſtantius, aliique tuentur, Majores Clericos nunquam ne tribus quidem prioribus Sæculis ad publicam & Canonicam Pœnitentiam fuiſſe alligatos. Utrique multa argumentorum vi, magna monumentorum copia, ingenti teſtium caterva opinionem ſuam fulciunt, muniunt, ac vallant. Utrorumque gratiam inire nobis poſſe videbimur, ſi pronuntiemus, & Laicis, & Clericis idem Pœnitentiæ ſtadium decurrendum fuiſſe, eaſdemque ſtationes agendas, ſed Clericis ſeorſum a Laicis.

§ III. Ita ut ſentiamus, faciunt ea, quæ Sanctus Leo Magnus ſcripſit in epiſtola 92 ad Ruſticum Narbonenſem data cap. 2. *ALIENUM EST*, inquit, *A CONSUETUDINE eccleſiaſtica, ut qui in Presbyterali honore, aut in Diaconi gradu fuerint conſecrati, ii pro crimine aliquo ſuo per manus impoſitionem remedium accipiant pœnitendi: quod ſine dubio ex APOSTOLICA TRADITIONE deſcendit . . . . Unde hujuſmodi lapſis ad promerendam miſericordiam Dei PRIVATA EST EXPETENDA SECESSIO.* Hæc S. Leo Sæculo V medio, ex quibus verbis omnes colligunt, Clericos Majores temporibus S. Leonis ſeorſim a Laicis Pœnitentiam agere conſueviſſe. At S. Leo hanc conſuetudinem non novam, ſed inveteratam, non ſuis temporibus ortam, ſed ab ipſa Apoſtolorum traditione profectam affirmavit.

§ IV.

(*a*) De Pœnitentia Vide ſupra Lib. I, Qu. XII, n. c.

§ IV. Unicum igitur perfugium tum Laicis, tum Clericis Eccleſiaſticorum criminum reis in una Pœnitentia ſitum erat; & licet a ſacris Canonibus præſcripti eſſent ſui ſingulis Pœnitentibus gradus, ſuumque ſingulis ſtationibus tempus eſſet præfinitum, tamen in Epiſcoporum poteſtate erat, hoc tempus contrahere, ſpatium a Canonibus conſtitutum coercere, labores temperare, immo Pœnitentem ab Infima, intermediis ne ſalutatis quidem, ad ſupremam ſtationem, perducere (*b*). Atque hoc ſane erat, quod nos modo *Indulgentiam* appellamus. Hanc indulgentiam antiquiſſimi Eccleſiæ Patres vel prolixioribus Pœnitentium lacrimis, vel meritorum magnitudine, vel Martyrum precibus, obſecrationibuſque permoti tribuere non dubitarunt. Quæ igitur ſuccenſendi ratio, ſi modo Romana Eccleſia vel peregrinationibus, militiiſque pro Chriſtiana fide ſuſceptis, vel laboribus pro Chriſto exantlatis, vel jejuniis, elemoſynis, precationibuſque ad Deum fuſis indulgentias largitur? At hæ indulgentiæ veterum Pœnitentiam omnem de medio ſuſtulerunt. Quam mihi veterem Pœnitentiam memoras, quæ nonniſi Idololatriæ manifeſto crimine conſtrictis imponi ſolebat? & ſi Homicidis, & Mœchis etiam indicta fuit, iis non tamquam Homicidii, & Mœchiæ reis, ſed tamquam ethnicorum mores olentibus, Idololatriæ ſuſpicione laborantibus fuit imperata. (Vid. ea quæ ſupra diximus Qu. IX, § 1, & ſeqq. Qu. XIV, § 1, & ſeqq. Qu. XIV, § 1, & ſeqq. & Lib I, Qu. XII, § 4.) Ubi ab omni Idololatriæ metu reſpiravit Eccleſia, ſtatim publica illa atque Canonica Pœnitentia Chriſtianos liberavit. Ut vero ſupereſſent veteris illius ſeveritatis veſtigia, iis criminibus, quæ olim non longe ab Idololatria abeſſe, aut certe ethnicorum mores referre putabantur, cujuſmodi ſunt hæreſis, ſchiſma, ſimonia, homicidium, adulterium, aliaque hujus generis, cenſurarum nota inuſta adhuc manet; Pœnitentiæque, quæ deſunt, partes, viceſque ſupplent *INDULGENTIÆ*.

§ V. Sed priſcis Eccleſiæ temporibus, inquis, Indulgentiæ ad Purgatorii pœnas effugiendas nullam vim habere credebantur, at in Pœnitentiarum laboribus circumcidendis, atque amputandis unice conſiſtebant. (Bingham. O. E. lib. XVIII, cap. IV, § IX, Boehmer. J. U. P. Lib. V, tit. 38, §. 21.) Verum ſi Pœnitentiarum labores in hac vita ſuſcepti, toleratique, (Mat-

(b) Concil. Nicæn. can. 12. *Quicumque autem metu, & lacrymis, & tolerantia & bonis operibus converſionem & opere, & habitu oſtendunt, hi impleto auditionis tempore, quod præfinitum eſt, merito orationum habebunt communionem. Poſtmodum vero licebit Epiſcopo aliquid humanius de his ſtatuere.*

Concil. Ancyran. can. 5. *Statuimus, ut Epiſcopi modo converſationis examinato, poteſtatem habeant vel humanius erga eos agendi, vel plus temporis adjiciendi. Ante omnia autem & præcedens vita, & quæ conſequuta eſt, examinetur, et ſic eis impertiatur humanitas.*

Vigilius Papa epiſt. II ad Eleuther. cap. 3. *In æſtimatione Fraternitatis tuæ, aliorumque Epiſcoporum per ſuas Diœceſes relinquatur, ut ſi qualitas, & Pœnitentis devotio fuerit approbata, indulgentiæ quoque remedio ſit vicina.*

(Matthæi II, (*c*)) alterius vitæ pœnis vitandis proſunt, ſi Indulgentiæ eamdem vim habent, ac Pœnitentiæ, hancque vim, teſte Divo Paulo II ad Corinth. II, 10, non ab hominibus, ſed ab ipſo Chriſto mutuantur, quis non videt, Indulgentias, dum nos a pœnis Canonicis liberant, etiam a Purgatorii pœnis noſmet liberare? Sed de Indulgentiis ſatis jam a nobis dictum eſt Lib. I, qu. XXXIII.

QU.

(c) Cyprianus de Lapſis p. 137, Edit. Brem. *Orare oportet impenſius, & rogare, diem luctu tranſigere, vigiliis noctes & fletibus ducere, tempus omne animoſis lamentationibus occupare; ſtratos ſolo adhærere, cinere, in cilicio, & ſordibus volutari . . . . . . QUIBUS PECCATA PURGANTUR: Eleemoſynis frequenter inſiſtere, QUIBUS A MORTE ANIMÆ LIBERENTUR.*

QU. XXI.

Quid habes de Abſolutione Canonica? quatenus ea differt a Sacramentali?

§ I. QUI primis Eccleſiæ Sæculis externum Eccleſiæ forum cum interno permixtum, implicatumque fuiſſe contendunt, nec aliud tribunal extitiſſe, in quo de peccatis, aliud in quo de criminibus cognoſceretur, ſtatueretur, judicaretur, ſed ad unum, idemque ſubſellium errata omnia vocata, unaque Abſolutione dimiſſa fuiſſe; (Morinus de Sacram. Pœnit. cap. 10, n. 1, Eſpenius J. E. U. Part. III, tit. IV, c. 1, § 5, & in tract. Hiſtorico Canonico de Cenſ. Eccl. cap. XI, § 2.) ii ſane una cum Zuinglio, Calvino, Wigando, Illyrico Pœnitentiæ Sacramenti leges omnes evertunt, nec quidquam inter hoſce, & illos intereſſe video, niſi quod hi Sacramentum Pœnitentiæ & re, & verbo tollunt, illi autem re tollant, verbo relinquant.

§ II. Age vero externum primævæ Eccleſiæ Forum ingrediamur. Hoc conſtabat Judice, Accuſatore, & Reo. Judex erat Eccleſiæ Senatus, qui, ſi Epiſcopus reus actus, ex Provinciæ Epiſcopis, alias ex Epiſcopo loci, Presbyteris, Diaconiſque cogebatur. Nam Cyprianus epiſt: 16, Eccleſiaſtici Judicii formam deſcribens ait: *Peccatores per manus impoſitionem EPISCOPI, ET CLERI Jus Communicationis accipere ſolitos fuiſſe*. Ad hoc Forum non arceſſebantur niſi Eccleſiaſticorum criminum rei, (Vid. ſupra Qu. IX.) nec ſine Accuſatore, accuſationiſque Libello Judicium inſtituebatur. Quod ſane intellexiſſe videtur Optatus Milevitanus, cum Macario, licet homicidii reo, a nemine tamen accuſato Communionem non denegavit. *Exempla ſileantur*, inquit, *dicamus & vos, quod dicitis, reum fuiſſe Macarium. Quod ſi fuit, ACCUSATORE SILENTE, A NOBIS NON LICUIT ABSTINERI . . . . Non enim poteſt quis in una cauſa eodem momento duas portare perſonas, ut in eodem Judicio & accuſator eſſe poſſit, & judex*. Accuſatus ter in jus vocabatur, ut defenſioni locus non deeſſet. Eutychetem accepimus ter a Synodo Chalcedonenſi in Judicium fuiſſe citatum. Si citatus ſui præſentiam denegaſſet, Contumaciæ reus habebatur; ſi vero coram adfuiſſet, tunc de impacto ſibi crimine interrogabatur, quidque pro ſe dicturus eſſet, audiebatur. Teſtes exinde producebantur, & poſtquam eorum dicta utrinque excuſſa, momenta omnia perpenſa, ac veritas ex abdito eruta, tandem accuſatus vel abſolvebatur, vel condemnabatur. Condemnati vel ab Eccleſia pellebantur, arcebanturque, ſi, quam in Baptiſmo pepigerant, fidem fefelliſſent, (Vid. ſupra Qu. IX, § 2.) vel e gradu dejiciebantur, ſi iis cri-

criminibus, quæ ſacro Ordine initiandi ejuraverunt, ſe ſe ingurgitaſſent. (Vid. ſupra Qu. XVIII.) Hujuſce diſciplinæ adſtipulatorem habemus Tertullianum Apol. c. 39. *Nam judicatur magno cum pondere, ut apud certos de Dei conſpectu, ſummumque futuri Judicii præjudicium eſt, ſi quis ita deliquerit, ut a communicatione Orationis & conventus, & omnis ſancti commercii relegetur. Præſident probati quique ſeniores, honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti*: Et Cyprianum epiſt. 52. *Hanc conſcientiam criminum jam pridem timebat Novatus, propter hoc ſe non de Presbyterio tantum, ſed & communicatione prohiberi pro certo tenebat: &, urgentibus Fratribus, imminebat cognitionis dies, quo apud nos cauſa ejus ageretur, niſi perſecutio antea veniſſet. Quam iſte voto quodam evadendæ, & lucrandæ damnationis, excipiens, hæc omnia commiſit, & miſcuit, ut qui ejici de Eccleſia, & excludi debebat, judicium Sacerdotum voluntaria diſceſſione præcederet, quaſi evaſiſſe ſit pœnam, præveniſſe ſententiam.*

§ III. Finge animo, eum, qui crimine accuſatur, condemnatum fuiſſe, atque ab omni non ſolum Eccleſiæ limine, ſed etiam tecto prohibitum fuiſſe, quod Anathema, ſeu excommunicatio maxima dicebatur. (Vid. Juveninum de Sacram. Diſſ. XII. de Cenſur. Qu. V, cap. 1, art. 2, § 3.) Si is hanc ſententiam, omniaque Eccleſiæ bona inſuper habuiſſet, nil aliud Eccleſiæ reliquum erat, quam ut illius malo illacrimaret. Sin vero hanc expulſionem ægre tuliſſet, atque ſupplex ad Eccleſiæ fores acceſſiſſet, ibique mœſtus, ac ſordidatus, admiſſique criminis pœnitens multa prece oraſſet, ut in Eccleſiam, ac priſtinum locum reſtitueretur, tunc Eccleſia non aliter recipiendum, reſtituendumque eſſe decernebat, quam ſi longa, ac diuturna pœnitentiæ ſuæ ſpecimina, atque documenta eſſet præbiturus. Itaque in Pœnitentium tabulis deſcribebatur, quo uno ab Anathemate abſolutus eſſe cenſebatur, illique ſtatim Eccleſiæ aditus patebat, atque inter audientes locus dabatur. (a) Ubi diu inter audientes immoratus fuiſſet, primum ad genuflectentes, tum multis vigiliis, jejuniis, laboribuſque perfunctus ad conſiſtentes gradum faciebat, quo ſane aſceſſu piorum communionis, ac precum conſors fiebat. Licet autem Fidelium precibus, & ſacrificiis intereſſet; tamen nec ſua munera offerre, nec Euchariſtiæ particeps eſſe ſinebatur, ac tum demum totius Cleri ſuffragiis, (in quibus Cenſurarum Abſolutionis vis conſiſtebat) & Oblationum & Euchariſtiæ dignus dijudicabatur, cum Conſiſtentiæ ſtadium emenſus totius Pœnitentiæ curriculum ſtrenue, naviterque confeciſſet. Et quamquam tum iis, qui Pœnitentiam auſpicabantur, tum iis, qui ad Pœnitentiæ calcem decucurriſſent, ab Epiſcopo & Clero *manus imponi* conſueverint, tamen hic ritus non ita neceſſarius, ut ſi forte defuiſſet, non ideo Pœnitentes a Cenſurarum vinculis exſoluti haberentur & eſsent.

§ IV.

(a) Canones Nicæni XI, XII, & Ancyrani IV, VI, IX, Flentium gradum prætereunt, utpote Pœnitentiæ præmitti ſolitum, atque primum Pœnitentiæ gradum in Auditione collocabant.

§.IV. Habes veterem formam externi Fori Eccleſiaſtici. Jam vero confer illam cum legibus fori interni, atque intelliges profecto, quantopere fallantur ii, qui priſcam Eccleſiam duplici Foro caruiſſe, atque externi tantum Fori abſolutione contentam fuiſſe vociferantur. Ac primo quidem nemo neſcit, eam ſemper fuiſſe Pœnitentiæ Sacramenti legem, ut ſaltem peccata omnia, quæ lethifera vocantur, etiam penitus abdita, ipſæque mentis cogitationes Chriſti Legato ſint detegendæ. Contra vero ſcimus, in Foro externo, ſeu contentioſo nonniſi Crimina Eccleſiaſtica, (Vid. ſupra Qu. IX.) quibuſque publico judicio convicti eſſent, reorum Confeſſionibus neceſſario (*b*) fuiſſe patefacienda. (Vid. infra Qu. XXII.) Fac igitur, illum in Apoſtaſiæ crimen incidiſſe, qui alia etiam ſcelera intimo animo conceperit. Fac, illum lacrimis, ac mœrore confectum coram Eccleſiaſtico Conventu ſuum Apoſtaſiæ crimen quo jam manifeſte conſtrictus tenetur, confeſſum eſſe, ac publica canonicaque Pœnitentia defunctum ab Epiſcopo, Cleroque Canonicæ Abſolutionis ſententiam, &, ſi vis, manuum etiam impoſitionem tuliſſe. Hunc tu ideo Pœnitentiæ ſacramentum accepiſſe, atque omnium peccatorum abſolutum eſſe arbitrabere? Hunc tu illico Euchariſtiæ participem facies? Hunc non ad aliud tribunal prius mittas, in quo omnium ſuorum erratorum Confeſſionem edat, ſacramentalemque Abſolutionem conſequatur? Quid quod Canonica Abſolutio aliquando abſentibus etiam data, (Vid. Morinum, & Juveninum l. c. diſſ. VI, Qu. VII, c. 4, art. 1.) & nonnunquam etiam a Diaconis tributa? (*c*) Fuit quoddam tempus, quo Canonica Pœnitentia, proindeque Canonica Abſolutio ſemel tantum conceſſa. (*d*) Fuit cum

(b) *Unus ex illis Epiſcopis, qui ſchiſmatici Novatianum ordinaverant, cum ad Eccleſiam pœnitens reverteretur, intrabat Eccleſiam lacrimans, & confitens peccatum ſuum, propter quod cenſura fuerit notatus.* Cornel. apud Euſeb. Lib. VI, cap. 43, pag. 243. Cyprian. Ep. 11, §. 1, pag. 32. Confeſſionem factam in foro externo vocat *Exomologeſim graviſſimi, atque extremi delicti*, h. e. illius delicti, propter quod fuerat cenſura inflicta.

(c) Cyprian. epiſt. 18. Quoniam video facultatem ad vos veniendi nondum eſſe, & jam æſtatem cœpiſſe, quod tempus infirmitatibus aſſiduis, & gravibus infeſtatur, occurrendum puto fratribus noſtris; ut qui Libellos a Martyribus acceperunt, & prærogativa eorum apud Deum adjuvari poſſunt, ſi incommodo aliquo, & infirmitatis periculo occupati fuerunt, non expectata præſentia noſtra apud Presbyterum quemcumque præſentem, vel ſi Presbyter non fuerit repertus, & urgere exitus cœperit, *apud Diaconum quoque* exomologeſim facere delicti ſui poſſent, ut manu eis in pœnitentiam impoſita, veniant ad Dominum cum pace, quam dari Martyres litteris ad nos factis deſideraverunt.

(d) Concilii Eliberitani Patres audire præſtat, qui plus vice ſimplici ſecundæ Pœnitentiæ beneficium pœnitentibus interdicendum eſſe inculcant. Can. enim III ajunt: *Si qui poſt Pœnitentiam fuerint mœchati, placuit ulterius non eis dandam eſſe communionem, ne luſiſſe de Dominica communione videantur.* Tum Can. VII repetunt: *Si quis forte fidelis poſt lapſum mœchiæ, poſt tempora conſtituta, accepta Pœnitentia denuo fuerit fornicatus, placuit nec in fine eum habere communionem.* Inculcant idem tertio Can. XLVII, *Si quis fidelis habens uxorem non ſemel ſed ſæpe fuerit mœchatus, in fine mortis eſt conveniendus. Quod ſi ſe promiſerit ceſſaturum, detur ei communio. Si*

 reſu-

cum ne in ſupremo quidem vitæ diſcrimine permiſſa erat (*e*). Qui unquam hæc cum Sacramenti Pœnitentiæ legibus componi, nequue poſſunt? Quid igitur ſentiendum? Quid ſtatuendum? Aliud profecto, quemadmodum noſtris, ita & priſcis temporibus fuiſſe Forum externum, aliud internum inter ſe omnino diverſa, ac diſſimilia, nullo vinculo connexa, nullo cognationis, affinitatis, ac propinquitatis fœdere conſtricta. In illo Eccleſia ſuas perſequebatur injurias; in hoc ſuas Deus condonabat. In illo Judices ſedebant ii omnes, qui Vicaria Eccleſiæ perſona induti erant; in hoc nonniſi ii, qui Chriſti legatione fungebantur, atque adeo Sacerdotio præditi erant. In illo omnia ad humanorum Judiciorum formam compoſita, Accuſator, Teſtes, Judex, Reus, ſententia ſuffragiis lata, damnatio & ejectio, nec ſine ſatisfactione reverſio ac reconciliatio; contra in hoc idem Reus, Accuſator, & Teſtis, nunquam non ore, rituque divinitus inſtituto Abſolutionis prolata ſententia, & venia etiam ante ſatisfactionem data.

§. V. Fatendum igitur eſt, id ſervatum fuiſſe & in priſca Eccleſia, quod nunc cuſtodiri videmus, nimirum, eos, qui Cenſuris Eccleſiaſticis irretiti erant, Pœnitentiæ ſpatio decurſo, Canonice abſolutos, ac fidelium communioni reſtitutos, antequam Euchariſticis epulis accumberent, auriculari Confeſſione, cujus uſus perpetuus, ac conſtans in Eccleſia fuit, (*f*) ſacramentalique abſolutione omnes animæ ſuæ maculas eluiſſe. Quid ii, qui nullam Cenſuram Eccleſiaſticam promeriti, alicujus culpæ ſibi tantum conſcii erant? Conventui ne Eccleſiaſtico ſe ſe ſiſtebant? Nihil ſane minus, ſed piaculari tantum Pœnitentiæ Sacramento ad ſacrum Chriſti convivium ſe ſe comparabant. Quid ii,

---

reſuſcitatus (h. e. ſi convaluerit) *rurſus fuerit mœchatus, placuit ulterius non ludere eum de communione pacis*.

Idem N. 7, Herm. Lib. II, mandat. 4. *Debet* (maritus) recipere peccatricem, quæ Pœnitentiam egit, ſed non ſæpe. Servis enim Dei Pœnitentia una eſt.

Clem. Alexandr. Strom. L. II, Cap. XIII. Eum ergo, qui recipit remiſſionem peccatorum, non oportet amplius peccare; nam in prima & unica peccatorum Pœnitentia ea fuerit eorum, qui prius fuerint in Gentili & prima vita, ea, inquam, quæ fuit in ignorantia, iis etiam qui vocati ſunt continuo proponitur Pœnitentia, expurgans locum animæ a peccatis, ut fides fundetur.

Tertull. de Pœnit. Cap. VII. Deus collocavit in veſtibulo Pœnitentiam ſecundam, quæ pulſantibus patefaciat: ſed jam ſemel, quia jam ſecundo: ſed amplius nunquam, quia proxime fruſtra. Et Cap. IX. Hujus Pœnitentiæ ſecundæ & unius quanto in ante negotium eſt, tanto operoſior probatio eſt.

Origen. Hom. XV in Levit. In gravioribus criminibus ſemel tantum vel raro Pœnitentiæ conceditur locus. Iſta vero communia, in quæ frequenter incurrimus, ſemper Pœnitentiam recipiunt, & ſine intermiſſione redimuntur.

(e) Vid. Sel. Ibid. num. 13, N. 14. Concil. Eliberit. Can. I. Placuit ut quicumque poſt fidem baptiſmi ſalutaris adulta ætate ad templum Idoli idololatraturus acceſſerit, & fecerit quod eſt crimen capitale, nec in fine eum communionem ſuſcipere. Tum Can. II. Flamines, qui poſt fidem lavacri & regenerationis ſacrificaverunt, eo quod geminaverunt ſcelera accedente Homicidio, vel triplicaverunt facinus cohærente Mœchia, placuit eos nec in fine accipere communionem.

(f) Vid. Juveninum de Sac. Diſſert. VII, Qu. V, Cap. 1, Art. II, §. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

ii, quibus in ſupremo vitæ diſcrimine Abſolutio Canonica denegabatur? Quid ii, quibus ſemel tantum concedebatur? Hoſce certe, niſi Pœnitentiæ Sacramento adjuvari potuiſſe fatearis, anchoram omnem ſalutis æternæ dempſiſti.

QU. XXII.

Occultorum criminum reis publica ne Pœnitentia neceſſe erat?

§. I. UTrum occultorum criminum rei ad publicam Pœnitentiam adigendi eſſent nec ne, inveſtigaturi, non loquimur de ea Pœnitentia, ad quam fideles aut pietatis ſtudio, aut Confeſſariorum prudentia, conſiliove ducebantur, ſed de ea loquimur Pœnitentia, quæ Canonum præſcripto, Eccleſiæque ſententia erat ſubeunda, quæque proinde *Canonica* dicebatur; atque hanc ego quidem nego & pernego occultis criminibus infligendam unquam fuiſſe.

§. II. Innumeris prope ſunt Canones, qui rem hanc nobis confirmant; ſed unum tantum in præſenti afferre lubet Concilii III Carthaginenſis, quo cautum fuit, ne ad Publicam Pœnitentiam quiſquam compelleretur, *niſi ob publicum, & vulgatiſſimum crimen, quod Univerſa Eccleſia novit*. Can. 3. Jure ſane, ac merito. Nam Pœnitentia Canonica via erat, ac ratio Eccleſiaſticæ Communionis recuperandæ. Eccleſiaſticam igitur Communionem amiſerint neceſſe eſt ii, quibus hæc Pœnitentia neceſſe erat. *Agunt homines Pœnitentiam*, inquit S. Auguſtinus epiſt. 108 ad Seleucianum, *ſi poſt Baptiſmum ita peccaverint, ut excommunicari, & poſtea reconciliari mereantur; ſicut agunt in omnibus Eccleſiis ii, qui proprie Pœnitentes appellantur*. Non aliis ergo Publica, & Canonica Pœnitentia decreta, quam iis, quibus excommunicationis nota aliqua erat affixa. (Vid. ſupra Quæſt. IX, §. 5.) Atqui excommunicatio iis tantum indici poterat, qui manifeſto crimine convicti, ac conſtricti tenerentur. (Orig. Hom. 20 in Joſue, Concilium Carthag. VI, an. 419, can. 6, 7.) (*a*) Præ-

(a) Van-Eſpen J. E. U. Part. V, pag. 62, Edition. Lovan. 1732, Canone VI, in Codice 132. „ Item placuit, ut ſi quando Epiſcopus dicit, aliquem ſibi ſoli „ proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque „ ille neget: non putet ad injuriam ſuam „ Epiſcopus pertinere; quod illi ſoli non creditur, etſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe „ dicit neganti nolle communicare. "

In margine ad Canonem 99 Concilii vulgo Africani tom. 2 Concil. Edit. Labbæanæ pag. 1669, notatur ad hæc verba, nolle communicare: In Edit. Mog. inſeruntur hæc verba, *ſecrete* tamen interdicat ei communionem donec obtemperet.

Canone VII, in Codice 133. „ Quamdiu „ excommunicatio non communicaverit ſuus „ Epiſcopus, eidem ab aliis non communicetur Epiſcopis: ut magis caveat Epiſcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis „ documentis convincere non potrit. "

Hos duos Canones minus apte in hoc Codice diviſos eſſe ipſe Canonum tenor ſatis oſtendit; & notatur ad citatum Canonem 99 Concilii vulgo Africani, ubi ut unus idemque Canon conjunguntur.

Ex his Canonibus colligitur, quod tunc temporis Fideles ſua peccata Epiſcopis *ſecreto* interdum confiterentur: quandoque Epiſcopus ob hæc crimina tametſi *occulta*, etiam

Præclare Auguſtinus Homil. 50. *Neminem a communione removere poſſumus niſi vel ſponte confeſſum, vel in aliquo Judicio ſive ſæculari, ſive Eccleſiaſtico convictum*. Si igitur publica & Canonica Pœnitentia nemini imperata, niſi ei, qui excommunicationis nota compunctus erat, ſi nemo ab hoc dedecore afficiebatur, niſi qui publica criminis macula eſſet notatus, neceſſario conſequitur, occultorum criminum reos extra publicæ, & Canonicæ Pœnitentiæ teli jactum poſitos fuiſse.

§. III. Quæ adverſus hanc noſtram ſententiam, ex omni antiquitate proferuntur exempla, vel de privata Pœnitentia, vel de iis Pœnitentiæ laboribus, qui ſponte ſuſcipiebantur ſunt intelligenda. Ne pluribus te te detinam, adi ſis Conſtantinum Roncagliam, qui apud Natalem Alexandrum Tom. VI, pag. 167, Edit. Paris. an. 1742, ea omnia argumenta, quæ contra afferri ſolent, refellit, diluit, evertit.

QU. XXIII.

iam excommunicaret, & publicam Pœnitentiam imponeret; licet ad eam ſuſcipiendam invitos cogere non poſſet in foro externo, niſi aliis documentis crimina probari poſſent.

QU. XXIII.

Quando nam crimina habebantur ita PUBLICA, ut Cenſuræ Eccleſiaſticæ, atque Canonicæ Pœnitentiæ locus eſſet?

§. I. Ut crimina ita *publica* haberentur, ut Excommunicationi, publicæque inde Pœnitentiæ locus eſſet, duo neceſſaria eſſe videbantur. I Ut plene, planeque probari poſſent. II Ut nota eſſent, atque pervulgata. Ac primo quidem nemo poterat excommunicari, proindeque neque publicæ Pœnitentiæ addici, (Vid. ſupra Qu. XXII.) niſi antea fuerat condemnatus, nec quiſquam prius condemnari, quam illius crimen compertum fuerit, atque deprehenſum. Deinde excommunicatio in iis tantum criminibus locum habebat, quæ non ſolum Deo, ſed etiam Eccleſiæ injuriam conflaſſent. (Vid. ſupra Lib. I, qu. XII, §. 2.) At Eccleſia tunc lædi dicitur, cum crimen ita notum eſt, ac pervagatum, ut exemplum facti relinquatur.

§. II. Hæc fuit apud veteres Eccleſiæ Patres *publici criminis* ſimplex notio. Ubi vero ad ſequiora Eccleſiæ tempora ventum eſt, Decretaliſtæ rem hanc ſua ſimplicitate ſpoliarunt, eamque argutiis, tricis, minutuliſque diſtinctionibus referſerunt. Hinc natæ eæ voces (*a*) *Publicum*, (*b*) *Manifeſtum*,

---

(a) Vid. Reiffenſt. Lib. V Decret. T. I, §. 5, n. 243. *Publicum* multipliciter ſumitur, præcipue autem ſunt tres gradus ſeu ſpecies illius, ut poſt Suarez, de Charit. Diſput. 8, ſect. 6, in princ. bene notat Palao, Tract. 6, diſp. 3., pun. 13, n. 1. Prima ſpecies, primuſve, & maxime genericus gradus *publici* eſt id, quod ſaltem a duobus ſcitur, & conſequenter probari poteſt: Tale enim a Jure jam publicum, item probabile dicitur, arg. l. hæredes palam ff. de Teſtam. & qui teſtan. can. *Conſuluiſti*, 20, v. *Spontanea*, cau. 2, q. 5, Fagn. l. c. n. 53, & n. 121, ac citatis cum aliis: quod *publicum* cum *pene occulto* convenit. Alter gradus *publici* eſt, quod non tantum probari poteſt, ſed jam pluribus ita notum eſt, ut fama de illo exiſtat; quod etiam *Manifeſtum* dicitur; item etiam *Famoſus*. Tertius, & ſupremus *publici* gradus eſt, quod ita jam notum eſt, ut nullo modo amplius celari, aut negari valeat; & tunc etiam *Notorium* dicitur; unde *Publicum* ſe habet tamquam genus, *Manifeſtum* autem, *Famoſum*, & *Notorium* tamquam ſpecies; ut proin omnia notoria, & manifeſta, ſint etiam publica; ſed non omnia publica ſint manifeſta. Navarrus cap. 27 Manual. num. 255, Fagnanus in c. *Veſtra* de Cohabit. Cleric. & mulier. num. 52, poſt Abbatem *ib*. n. 11, & alii.

(b) Id. ibid. num. 245. *Manifeſtum* (proprie loquendo) dicitur, quod eſt publice, & famoſe notum ex certa ſcientia, & certis Auctoribus. Ita in re communis, Jo: Andreas in cap. Veſtra de Cohab. Cler. & mulier. n. 9, & ibi Abbas num. 12, Fagnanus n. 55, Tuſchus litt. N. concl. 104. Dicitur *famoſe notum*, quia ut quid vere dicatur *manifeſtum*, debet concurrere fama; quæ tamen ad eſſe *publicum* non requiritur: proin *manifeſtum*

ſtum, (*c*) *Notorium*, *Notorium Juris*, *& Notorium facti*, *Notorium Diſpoſitionis*, *præſumptionis*, *probationis*, *Notorium facti tranſeuntis*, *permanentis*, *interpolati*. Hinc ex cantilenæ: *Quæ manifeſta ſunt*, *Judiciarium ordinem non requirunt* .... *Si factum eſt notorium*, *non eget teſtium depoſitionibus* ....*Evidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris* ....*Ubi crimen eſt notorium*, *non poteſt appellari* ... *Notorium*, *tametſi non allegatum*, *Judex ex officio ſupplere valet* .... *Notorium tollit ignorantiæ præſumptionem* ... *Super Notorio ferri poteſt ſententia die feriata* .... *In notorio crimine ſententia valet etiam ſine ſcriptura*; aliaque hujuſmodi; tot enim ſunt, ut loquaciſſimum valeant delaſſare.

§. III. Plura hac de re ſcire cupienti in promtu ſunt Diſſertationes Strauchii, Eberardi, Orthii, & Strykii, quas, cum res tulerit, cumque otium fuerit, legere per te poteris.

QU. XXIV.

ſtum & *publicum* in hoc diſtinguuntur quod ad *Manifeſtum*, non autem ad *publicum* requiratur fama. Fagnanus loc. cit. num. 65, & ibi Butr. n. 33, arg. c. 1, de poſtul. Præl.

Dicitur *ex certa ſcientia*, *& certis Auctoribus*. In quo differt a *Fama* & *Rumore*. Nam *Fama* non requirit certam Scientiam, nec rumor certum Auctorem, ut conſtat ex Lib. 2, Tit. 10, §. 12. Sed illa provenit etiam ex ſola ſuſpicione, & *Rumor* ex incerto Auctore, uterque eſt quandoque fallax. Abbas l. c. n. 12, Fagnanus l. c. num. 93. Non ſic *manifeſtum*, utpote pro quo neceſſe eſt, quod plures certi adſuerint Auctores, qui per certam Scientiam, & ſenſum corporeum cognoverunt, & deſuper teſtimonium dare poſſunt.

(c) Vid. Pichlerium Tom. I, pag. 467, *Jus Metropoliticum*.

num. 20. Dicitur delictum *notorium*, quod vel de jure, vel ex ipſo facto ita certum eſt, ut nulla amplius diſcuſſione indigeat, vel nulla tergiverſatione celari poſſit, c. 24, de V. S. Unde alia eſt *notorietas Juris*, quæ habetur per ſententiam Judicis, quæ tranſiit in rem judicatam, vel per ſpontaneam Rei in Judicio confeſſionem, vel per probationem in Judicio legitime ſfactam. Alia autem *notorietas facti*, quæ habetur ex præſentia populi, viſu vel alio ſenſu percipientis, ut ſi major pars, aut in parva communitate decem, vel etiam ſex (melius relinquitur arbitrio Judicis determinatio numeri) proprio ſenſu perceperunt delictum.

Vide etiam Boehmerum J. E. P. Lib. V, tit. I, §. 9, & ſeqq.

QU. XXIV.

Quinam Eccleſiaſticorum Judiciorum Ordo in criminibus puniendis? (a)

§. I. ANtiquiſſimorum Eccleſiæ temporum memoriam ultimam repetenti, atque Apoſtolica monumenta revolventi, nulla, quæ Eccleſiæ propria eſſet, ac peculiaris Judiciorum habendorum, forma viſa mihi eſt, ſed quanta quanta erat, qua in maleficiis puniendis primitiva

(a) Sicut in cæteris bene multis, ita & in forma, atque ordine judiciorum criminalium varia, pro varietate temporum fuiſſe deprehenditur Eccleſiaſtica diſciplina. Suos habuit mores, ſuaſque leges ætas antejuſtinianea; ſuos mores, ſuaſque leges habuerunt ſequentes ætates uſque ad ſæculum duodecimum, poſt quod Decretales Pontificum Maximorum normam judiciis præbere potuerunt; ſuos denique mores, ſuas denique leges habuerunt recentiora tempora; ut omittam dicere, etiam ſingulares fuiſſe, atque etiamnum eſſe variarum Provinciarum conſuetudines.

Hinc hodie hac in re non tam inquirendum eſt, quid ſcriptis juris Codicibus contineatur, quam quid invexerint mores publica auctoritate comprobati.

Olim ab Apoſtolica ætate uſque ad Juſtinianum Principem, ſeu ad ſæculum ſextum, planior erat, atque expeditior in Eccleſia criminalium judiciorum forma. Crimina a criminibus diſtinguebantur: in hac diſtinctione quærebatur, an crimina talia eſſent, quæ legibus publicis coercita pœnis eſſent, ceu reipublicæ pernicioſa: an talia eſſent, quæ tantum ex ſententia Canonum pœnis, aut pœnitentiis publicis coercerentur; item an graviora eſſent, an leviora. Item rei a reis ſecernebantur: in hac parte quærebatur, an qui crimen admiſiſſent, Clerici eſſent, an laici. Non æqualis erat in omnibus ſpeciebus ratio procedendi.

Erant enim crimina quædam, adverſus quæ & publicis legibus pœna dicta erat, & Canonibus aut pœna Eccleſiaſtica fuerat impoſita, aut publica pœnitentia, ceu in homicidio, in perjurio, in adulterio, in blaſphemia, & ſimilibus.

Etiamſi leviora crimina eſſent, atque etiam extra pœnam legibus publicis obeundam: tum ſeu admiſſa eſſent a Clericis, ſeu a Laicis, mutua charitas unumquemque fidelem ſuadebat, ut reum corriperet, quæ appellabatur fraterna correctio. Si reus nihilominus pervicax in delinquendo conſiſteret, qui corripuit, denunciabat reum apud Epiſcopum, qui auctoritate ſua gravius reum admonebat; & ſi hic contumax inde fuiſſet, Epiſcopus aut pœnitentia eum damnabat, aut cenſuris terrebat pro modo contumaciæ.

Hæc denunciatio, quæ dicitur Evangelica, admodum diſtat ab illa denunciatione judiciali, & quæ locum facit hodie inquiſitioni ſpeciali.

Huic denunciationi proxima eſt alia denunciationis ſpecies, quæ Canonica appellatur, & locum habet, ubi avertendum eſt delictum necdum admiſſum, quod admitti timetur; veluti cum quis impedimenta denunciat futuri matrimonii, aut futuræ ordinationis Clericorum, ut matrimonium, & ordinatio, quæ alias illegitime fierent, ne admittantur.

Harum denunciationum, ſive de Evangelica, ſive de Canonica agatur, præcipuus finis

vâ utebatur Eccleſia, eam totam ad unas Naturalis Juris regulas exquiſitam fuiſſe invenio. Aberant tunc eæ, quæ poſtea e Laicali in Eccleſiaſticum Forum irrepſerunt, Inquiſitiones, reorum Quæſtiones, tormenta, cruciatus, vincula, carceres, cuſtodiæ, illi ſatellites, armigeri, ſtipatores, verbo Ci-

nis eſt, & ſemper fuit fraterna correctio, atque emendatio; quando e converſo poſt denunciationem judicialem adhuc monere reum poteſt publica vindicta.

Cum graviora crimina eſſent, ſed ex iis, quæ Canonibus tantum Eccleſiaſticis pœna coercebantur, tum excitabatur Epiſcoporum ſollicitudo, ut juxta Canonum ſententiam aut ad indicendas pœnitentias publicas, aut cenſuras, aut pœnas Eccleſiaſticas deveniretur, ſive Clerici rei eſſent, ſive Laici. Cum e converſo graviora crimina eſſent, quibus dicta foret publicis legibus pœna, ceu reipublicæ pernicioſis; tum judicia de hoc criminum genere Magiſtratibus publicis relinquebantur, ſive rei Clerici eſſent, ſive Laici. Tantum Epiſcopi apud Principes, magiſtratuſve publicos intercedebant, ut pœnas ſanguinis non inferrent, ſinerentque potius, ut reus ad Eccleſiam converſus, præſertim ſi jam ad Eccleſiam confugiſſet, pœnitentia publica diu peragenda in Eccleſia expiaretur, eaque ratione reipublicæ æque, ac Eccleſiæ ſatisfieret.

Si talia erant crimina, contra quæ leges publicæ æque ac Canones Eccleſiaſtici pœnam dixiſſent, hinc Epiſcopus ad pœnam Canonicam inferendam progrediebatur: illinc publici Magiſtratus, quod ſui muneris erat, implebant, niſi Epiſcopus interceſſiſſet, & non inanis interceſſio fuiſſet.

Ubi judicio Epiſcopi cauſſa dirimebatur, hoc diſcrimen intercedebat inter Clericum, & Laicum reos, quod Laicus aut anathemate, aut cenſura damnaretur, aut in publicam pœnitentium ſtationem ejiceretur; Clericus deponeretur a gradu, immo & penitus ab Eccleſia ejiceretur, ſi crimen atrociſſimum eſſet; numquam publicæ pœnitentiæ addiceretur ſententia Epiſcopali. Tantum admittebatur ad pœnitentiam publicam Clericus, ſi poſtquam anathematizatus eſſet, & omnino ab Eccleſia ejectus pœnitentiam devote popoſciſſet, qua tamen in ſpecie numquam in Clericalem ordinem reſtituebatur.

Præterea ante Juſtiniani tempora, vix apparet uſus procedendi per ſpecialem Epiſcoporum inquiſitionem. Facilius conſtare poteſt de uſu inquiſitionis generalis, in qua tamen Epiſcopus non judicem agebat, ſed providum patrem. Accuſatio erat modus ordinarius, quo crimina apud Epiſcopum deferrentur. Cæterum accuſatus poterat adverſus accuſatorem ſeſe alterius gravis criminis exceptione tueri, ideſt accuſatorem ab accuſando repellere. Re enim vera nonniſi viri probi, & de calumnia haud ſuſpecti admittebantur. Si de Presbyteri accuſatione ageretur, nonniſi cum magna circumſpectione accuſatio admittebatur, videlicet accuſator, etiam antequam criminis probationes ederet, in ipſo accuſationis actu, duos, aut tres teſtes adducere debebat.

Id conſonat cum præcepto Pauli Apoſtoli, qui in Epiſt. I, c. 5, ita Timotheum monebat: *Adverſus Presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus.*

Hæc accuſatio, ſi de Clericis Epiſcopo inferioribus ageretur, fiebat apud Epiſcopum, in Conventu Cleri totius. Si reus de Epiſcopali judicio quereretur, apud Superiorem, ut plurimum in Synodo Provinciali judicium retractabatur. Ubi vero de Epiſcopo ipſo ageretur, in Provinciali Concilio cauſſa proponebatur, e cujus Concilii definitione totum negotium pendebat.

Reus accuſatus in judicium vocabatur, ſi citatus non compareret, etiam tertio vocabatur, edicto propoſito peremtorio, juxta modum agendi in civilibus cauſſis. Si nec tertio vocatus ſe in judicio ſiſteret, contra ipſum, ceu contumacem, procedebatur. Si comparuiſſet, ejus exceptiones recipiebantur, ſive quibus accuſatorem ab judicio repelleret, ſive quibus ſuam innocentiam demonſtraret. Hæc ſimpliciter, & veluti ſummario judicio peragebantur. Interveniebant notarii, qui & libellum accuſationis, & defenſionis rei, & teſtium monumenta ſcripto commendabant. Ubi crimen probatum eſſet aut monumentis ac accuſatore prolatis, quibus reus convince-

Civiles, Forenſeſque uſus, mores, conſuetudines ab Eccleſia penitus exulabant. Una bonitatis, æquitatiſque lex Judiciis præerat Eccleſiaſticis, quæ neminem puniendum eſſe vult, niſi prius accuſatus, iterum iterumque vocatus, ac plene planeque manifeſto crimine convictus fuerit.

§. II.

retur, aut ipſa rei confeſſione, contra reum juxta Canones ſententia proferebatur. Ubi accuſator in probatione deficeret, & de rei innocentia conſtaret, reus abſolvebatur, & accuſator plectebatur talione, ideſt eadem pœna, quam voluit de accuſato ſumendam. Si res dubia adhuc eſſet, cogebatur reus, ut ſe ſe jurejurando purgaret apud Sanctorum Martyrum reliquias. Cum reus jurejurando teſtatus fuiſſet innocentiam ſuam, tamquam pro innocente ſententia pronunciabatur.

Interea ſi clerici quemquam accuſare vellent de publico crimine, monebantur, ne id facerent Epiſcopo inconſulto, immo potius, ut crimen Epiſcopo denunciarent, ope concepta, futurum, ut Epiſcopus pii parentis more & reo conſuleret, & reipublicæ proſpiceret utilitati, reum ipſum emendando, & certæ pœnitentiæ juxta canones ſubjiciendo.

A temporibus Juſtiniani Imperatoris viſa eſt diſciplina paulliſper immutari. Quippe idem Imperator, poſtquam in novel. 83 ſtatuiſſet quidem crimina a clericis admiſſa a Præſidibus provinciarum cognoſci oportere, ſed extra ordinem, ideſt, ut ipſe ait, *non tranſcendente lite duorum menſium ſpatium, & ad ſacrorum canonum præſcriptum*; deinde in novel. 123, c. 8, decrevit, ſe non permittere *citra imperialem juſſionem* Epiſcopum pro qualibet cauſa, etiam criminali, ad civilem judicem, vel militarem producere, aut exhibere invitum; & in cap. 21 ejuſdem novellæ generaliter de cauſſis clericorum, & monachorum ita ſtatuit: *Si crimen fuerit, quod adverſus quamlibet memoratarum perſonarum, Clericorum, Monachorum, Diaconiſſarum, Monaſtriarum, Aſcetriarum inferatur: ſiquidem apud Epiſcopum aliquis accuſatur, & ipſe veritatem invenire potuerit, ab honore, & gradu hunc ſecundum Eccleſiaſticas regulas dejiciat; & tunc competens judex hunc comprehendat, & ſecundum leges litem examinans cauſſæ finem imponat.*

Poſt has Juſtiniani leges factum eſt, ut ex una parte coerceretur publicorum magiſtratuum poteſtas, ſive in eo, quod citra imperialem juſſionem in cauſſis criminalibus de Epiſcopis judicium ferre prohibiti fuerint, ſive in eo, quod in cauſſis criminalibus Clericorum inferiorum, ac Monachorum, pati primum debuerint ab Epiſcopo ferri depoſitionis ſententiam, quo caſu apud Epiſcopum edita accuſatio fuiſſet; ex altera parte cum liberior, tum amplior reddita fuerit Epiſcoporum poteſtas, quæ prævenire poterat magiſtratus publicos poſita penes Epiſcopos accuſatione, ita ut non primum publici magiſtratus pœnas judicio ſuo inferrent, quam cauſſa eſſet apud Epiſcopos definita, & reus ab honore ſuo Epiſcopali ſententia dejectus.

Inciderunt hæc in ea adjuncta temporum, quibus magis magiſque recedi aut debuit, aut potuit a vetere judiciorum criminalium Eccleſiaſticorum diſciplina; quamquam ſenſim id factum fuerit pro modo & ordine adjunctorum. In primis raro fiebant conventus clericorum apud Epiſcopum, minus quoque frequentia erant Concilia provincialia. Ergo in cauſſis criminalibus Epiſcoporum raro eveniebat, ut judicium fieret. In cauſſis clericorum inferiorum, ſoli Epiſcopi ſine cleri conventu non ſemel judicium ſuſtinebant, reoſque deponebant. Hinc querelæ graves, ac communes. Secundo a temporibus Juſtiniani res Græco-Romani Imperii in peſſum ire cœperunt in Occidentali Eccleſia; publicorum magiſtratuum a Græcis Imperatoribus præpoſitorum poteſtas contemtui habebatur. Principes hoſtes Imperii, Epiſcoporum gratiam ſibi conciliantes, multum Epiſcopis deferebant, ac ſæpenumero Epiſcopos in conſortium publici regiminis admittebant. Hinc major evaſit, ac liberior poteſtas Epiſcoporum in criminalibus cauſſis præſertim clericorum, ſive quod Imperatorii magiſtratus præſto non eſſent, ſive quod hoſtes Imperii in occidente dominantes multa Epiſcopis indulgebant. Ubi Imperium in fruſta diſciſſum eſt, paſſim Epiſcopi una cum Miſſis, ſive Delegatis Principum oppida, & urbes luſtrabant, judicia quæque etiam criminalia indiſcriminatim exerce-

§. II. Accuſator certe etiam in primis Eccleſiæ incunabulis deſideratus, iſque Accuſator, in quo Fidei integritas, innocentia vitæ, morum probitas

---

cebant; inquiſitio generalis in reos certis formulis inſtituta eſt. Inſuper cum Gothi, Vandali, atque Longobardi, atque hujus generis homines Europæ dominantes multos ſuos ritus judiciales invexiſſent, ritus iidem etiam in judiciis Eccleſiaſticis recepti ſunt. Inter iſtos ritus fuit purgatio reorum vulgaris, quæ locum habebat, ubi reus accuſatus in ſuſpicionem criminis adduceretur, nec ſatis crimen probatum eſſet, ubi teſtes teſtibus repugnarent, ubi accuſator de calumnia ſuſpectus eſſet: fiebat autem per ferrum candens, per aquam frigidam, & ſimilia, immo etiam monomachia, ſive duello. Qui illæſus a diſcrimine exiret, innocens habebatur; contra eum, qui in diſcrimine victus fuiſſet, ſententia proferebatur. Epiſcopi, ac Sacerdotes ſacris officiis hanc vulgarem purgationem auſpicabantur, Deum tentantes, & pene Divina miracula expectantes. Certe hæc ratio non in omnibus Eccleſiis peræque probabatur; immo alicubi, præſertim auctoritate Maximorum Pontificum, damnata eſt. Præterea jura feudorum inducta, in quibus fides vaſſallorum in conſpectu Parium curiæ jurejurando ſpondebatur, adhibitis etiam pluribus jurisjurandi ſociis, qui conjuratores dicebantur, occaſionem præbuerunt novo purgationis generi, quo ſcilicet qui ſuſpectus erat, aut de crimine reus, aut de calumnia accuſator, aut teſtis, jurejurando ſuam innocentiam teſtabatur, adhibitis conjuratoribus numero plurimis. Hinc appellaverunt purgationem Canonicam, propterea quod fuerit Canonibus Antiſtitum confirmata præ purgatione vulgari. Denique ad inſtituenda judicia publica Epiſcoporum in cauſſis criminalibus Clericorum, plurimum valuit conſtitutio Friderici Imperatoris, quæ legitur in authentica *ſtatuimus*, cod. de Epiſc. & Cleric. & qua ſtatutum eſt, neminem poſſe etiam in criminali cauſſa Eccleſiaſticam perſonam trahere ad ſæculare judicium.

Ut ut hæc conſtitutio edita fuerit, ac promulgata, non tamen peræque inter varios illius ætatis Imperii caſus obſervata moribus eſt in omni criminum genere: eam ob rem, qui de foro Epiſcopali tunc ſcripſerunt, diſputationibus potius rem diſcutiebant, quam certis doctrinis. Gratianus ipſe canonum collector, & ſcholarum parens ſæculo duodecimo ita digeſſit hujus generis quæſtiones in cauſſa II, q. 1, ut vix quid ipſe ſentiret, propoſuerit.

In hoc rerum ſtatu deventum eſt ad ea tempora, quibus editæ ſunt decretalium collectiones ſub finem ſæculi duodecimi, & recentiore ætate. Cœperat tunc ſtudium civilis Romanæ prudentiæ jungi ſtudiis Eccleſiaſticæ diſciplinæ. Fora ipſa publica novam formam acceperant ex moribus plurium nationum. Juriſdictio Epiſcopalis aucta plurimum fuerat. Ergo forum Eccleſiaſticum inſtar fori publici inſtitutum, fori, inquam, publici, quod partim dirigebatur legibus Romanorum, partim moribus variarum nationum. Tum fuit recepta ſpecialis inquiſitio, tum inſtituti promotores fiſcales, qui accuſatores vice fungerentur, eamque ob rem accuſatio omnis pene exolevit: tantum admiſſa denuntiatio, quæ inquiſitioni ſpeciali viam ſtrueret. Quando Synodorum infrequens erat conventus, ſoli Epiſcopi ſæpe judicis partes ſuſtinebant juxta mores jamdiu receptos, conquerentibus cæteroqui clericis univerſis. Epiſcopi plures loca conſtruere cœperunt ad reorum cuſtodiam; inde opus habuerunt apparitoribus & miniſtris curiæ. Ut verbo dicam, Epiſcopale forum inſtar fori publici eſſe cœpit. Interea quando plures Clerici conquerebantur, reſcriptis Maximorum Pontificum multa exacta ſunt ad veterum Canonum diſciplinam: hæc reſcripta collectionibus decretalium inſerta ſunt, & in jus commune abiverunt. In Conciliis ſequentibus, præſertim in Tridentino, plura etiam ſalubriter decreta, ac compoſita. Denique ut publica utilitas cum Clericorum honore, & Eccleſiarum decore, cum moribus etiam diu firmatis, ac privilegiis clericalibus conciliaretur, ac componeretur, initæ ſunt pactiones conſenſione utriuſque poteſtatis, ſive ratione certorum criminum, in quibus clerici adhuc judiciis publicis ſubjiciantur, ſive ratione formæ in judiciis Epiſcopalibus obſervandæ; præſertim pœnæ inferendæ. Ubi publicæ pactiones non expreſſe interceſſerunt, conſuetudines diu receptæ plurimum valent. Ergo hodie res hæc univerſa aut moribus, aut concordatis regitur, ac pendet.

bitas elucelceret (*b*), quique non occultum, ſed publicum crimen in Judicium detuliſset. Hujuſce Accuſatoris neceſſitatem ſatis indicaſse videtur D. Paulus, cum Timotheum monuit, *ne adverſus Preſbyterum ACCUSATIONEM reciperet, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus*: (I. ad Timoth. cap. 5) quibus verbis non ſolùm Accuſatore opus eſse ait D. Paulus, ſed etiam duobus, aut tribus teſtibus, ex quibus intelligatur, non agi de crimine occulto, ſed de eo, quod pluribus notum jam ſit, quodque plene, planeque probari poſſit. Neque duos aut tres hoſce teſtes requirit Paulus, ut condemnationi, ſed ut ipſi Accuſationi locus ſit. Quod ſi Paulus in epiſt. I ad Corinthios, cap. 5, inceſti reum, licet a nemine accuſatus fuiſset, tamen diris devoverit, res erat ejus modi, quæ in omnium ore, atque oculis verſabatur. *Nec enim*, ait Auct. quæſt. teſtam. Oper. Auguſtin. inſertus, qu. 102, *accuſatore opus erat, aut teſtibus. Publice enim novercam ſuam loco uxoris habebat. Non deeſt Accuſator ei, quem Notoria Fama accuſat.*

§ III. Omnium autem Judiciorum inſtituendorum principium, ac fundamentum eſſe Citationem, atque ea ſine omnia, quæ adverſus abſentes aguntur, viribus carere, humana omnia, ac divina jura clamant. Nec a Deo ipſo omniſcio Adam condemnatus fuit, niſi prius vocatus & auditus. (Genes. 3,9.) Nec ab Eccleſiæ Conciliis adverſus hæreticos ſententia unquam dicta, niſi prius dies illis dicta fuiſſet. Vide Conc. Chalcedonenſis Actionem III, habitam die 13 Octobris, an. 451.)

§ IV. Quantopere autem cordi ſemper fuerit Eccleſiæ, ut nemo indicta cauſa judicaretur, damnareturque, intelligi poteſt ex illis Optati Milevitani verbis Lib. VII. „ Scriptum eſt, „ ante cognitam cauſam neminem eſ- „ ſe damnandum . . . . Dicite Ma- „ carium confeſſum eſſe culpam, & „ noſtram ſiluiſſe ſententiam. " *Atque ex Auguſtini Homilia 1 de Pœnit.* „ Nos a communione prohibere quem- „ quam non poſſumus, niſi aut ſpon- „ te confeſſum, aut in aliquo ſive Sæ- „ culari, ſive Eccleſiaſtico Judicio no- „ minatum, atque convictum."

§ V. Mera eſt ærugo, aterque loliginis ſuccus, quem Sancto Cyrillo illinunt recentiores hæterodoxi, cum illum in Concilio Epheſino Accuſatoris ſimul & Judicis partes geſſiſſe per ſummam impudentiam calumniantur. (Boehm. J. E. P. Lib. V, tit. 1, § 10.) Etenim in Concilio Epheſino non tam actum fuit de ſententia ferenda adverſus Neſtorium, quam de ſententia a S. Cæleſtino Summo Pontifice jam lata executioni mandanda. Nec Neſtorius Neſtoriique doctrina a S. Cyril-

(b) Bingham. O. E. Lib. V, cap. 1, §. 5. Si crimen Eccleſiaſticum Epiſcopo intentabatur, tunc examinari perſonas accuſatorum oportebat; ut hæreticis non liceret orthodoxos Epiſcopos pro rebus Eccleſiaſticis accuſare. Præterea autem & ſi aliqui eorum ab Eccleſia ob aliquas cauſſas prius condemnati & ejecti vel excommunicati eſſent, ſive ex clero, ſive ex laicorum ordine, nec eis licebat Epiſcopum accuſare, priuſquam proprium crimen abſterſiſſent. Similiter autem & ii, qui prius rei facti accuſatique erant, non prius ad Epiſcopi vel aliorum clericorum accuſationem erant admittendi, quam ſe objectorum ſibi criminum inſontes oſtendiſſent. Concilium *Chalcedonenſe* addit *Clericos vel laicos, Epiſcopos aut Clericos accuſantes, non indiſcriminatim, nec citra inquiſitionem ad accuſationem recipi debere, niſi eorum exiſtimatio prius examinata fuerit.*

rillo, ſed a S. Cæleſtino Papa ſacris deteſtationibus confixa fuit, ut ex illorum temporum Hiſtoria intelligi facile poteſt. Nam ut primum Neſtorius Conſtantinopolitanus Epiſcopus nefariis tumultibus vexare cœpit Eccleſiam, ſtatim S. Cyrillus rei hujus Sanctum Cæleſtinum Pontificem Maximum certiorem fecit, hæc ad illum ſcribens: *Quoniam Deus in hiſce rebus vigilantiam a nobis exigit, & vetus Eccleſiarum conſuetudo ſuadet, ut ejuſmodi res Sanctitati tuæ indicentur, ſcribo plane neceſſitate adactus*. Narrat ille, quemadmodum ſemel atque iterum Neſtorium hortatus fuerit, ut ab inſana ſententia recederet, *ſed nihil omnino* (pergit) *apud illum profeci*. Nihilo tamen ſecius profitetur, non ante ſe a Neſtorii communione receſſurum, quam S. Cæleſtinus ſententiam ſuam hac de re protulerit, quam ipſe ſequetur. „Non prius au„tem (*ſubjicit*) illius communionem „palam, aperteque deſerimus, quam „hæc ipſa pietati tuæ indicaremus. „Digneris proinde, quid hic ſentias „præſcribere, quo liquido nobis con„ſtet, communicare ne nos cum illo „oporteat, an vero libere eidem de„nunciare, neminem cum eo com„municare, qui ejuſmodi doctrinam „fovet, ac prædicat.“ Sanctus Cæleſtinus Sancto Cyrillo reſpondit, ejus laudans epiſtolam, eumque accerrimum fidei defenſorem prædicans. Neſtorium autem reprehendit, atque hanc in illum pronuntiat ſententiam, cujus exequendæ curam S. Cyrillo demandat. „Auctoritate tecum noſtræ Sedis ad„ſcita, noſtra vice uſus HANC E„XEQUERIS DISTRICTO VIGORE „SENTENTIAM; ut aut infra decem „dies pravas cogitationes ſuas ſcri„pta profeſſione condemnet, & hanc „ſe de nativitate Chriſti Dei noſtri „fidem tenere confirmet, quam & „Romana, & tuæ Sanctitatis Eccle„ſia, & Univerſalis devotio tenet; „aut niſi hoc fecerit, mox Sanctitas „tua illi Eccleſiæ proviſura a noſtro „eum corpore modis omnibus ſciat „eſſe removendum.“ Cyrillus Ægyptiorum Epiſcoporum Synodum Menſe Novembri anni 430 coegit, ex qua Synodicam Epiſtolam ad Neſtorium miſit, ſimulque illi perferendam curavit epiſtolam, quam ipſi Neſtorio S. Cyrillus ſcripſerat, qua depoſitionis ſententia continebatur, niſi intra decem dies ſuas blaſphemias ejuraret. Hæ epiſtolæ Neſtorio redditæ fuerunt die trigeſima Novembris. Diebus decem elapſis Neſtorius adduci non potuit, ut palinodiam caneret. Verum cum Synodus Œcumenica non ita multo poſt habenda eſſet, ſatius eſſe S. Cyrillus exiſtimavit Synodum expectare, ut ejus præſidio Sancti Cæleſtini ſententiam exequi poſſet, Neſtoriumque in ordinem redigere. Cœpta fuit Synodus Epheſina die 22 Junii anno 431. Præfuit S. Cyrillus S. Cæleſtini Summi Pontificis nomine, ut in Actis habetur: *Cyrillus Sanctiſſimi, Sacratiſſimique Romanæ Sedis Archiepiſcopi locum obtinebat*. Neſtorius ſemel, iterum, atque tertio citatus fuit, ut Synodo præſens adeſse vellet, cumque ille Synodo intereſse detrectaſset, lectis ejus blaſphemiis, lectaque S. Cæleſtini epiſtola, qua Neſtorii depoſitio continebatur, & comperto Neſtorium in ſua ſententia perſiſtere, S. Synodus ſententiam depoſitionis a S. Cæleſtino jam latam exequuta eſt. „Coacti per ſacros Canones, & Epi„ſtolam Sanctiſſimi Patris noſtri, & „comminiſtri Cæleſtini Romanæ Ec„cleſiæ Epiſcopi, lacrymis ſubinde „perfuſi ad lugubrem hanc contra „Neſtorium ſententiam neceſsario ve-

„ni-

„ nimus. Igitur Dominus noſter Je-„ ſus Chriſtus, quem ſuis ille blaſ-„ phemis vocibus impetivit, per ſan-„ ctiſſimam hanc Synodum eumdem „ Neſtorium Epiſcopali dignitate pri-„ vatum, & ab Univerſo Sacerdo-„ tum conſortio, & cætu alienum eſ-„ ſe definit.“ Quin etiam in litteris de Neſtorii depoſitione ad Imperatores a Synodo miſſis teſtantur Patres, ſe Sancti Cæleſtini ſententiam exequutos eſse. *Laudamus*, inquiunt, *Cæleſtinum Sanctiſſimum Magnæ Romæ Epiſcopum, qui ante noſtram ſententiam hæretica Neſtorii dogmata condemnarat, noſque in ferenda contra ipſum ſententia anteverterat*. Quid pluribus opus eſt, ut palam fiat, S. Cyrillum ſententiæ adverſus Neſtorium in Concilio Epheſino non latorem, ſed executorem extitiſse, ac falſitatis, errorisque plena oppido eſse quæ effutiunt adverſarii, S. Cyrillum Accuſatoris, & Judicis perſonam in Epheſina Synodo ſuſtinuiſse?

§ VI. At omnium Conciliorum, quæ hucuſque habita ſunt, nullum eſt, in quod tantopere rabiem ſuam evomant Proteſtantes, quam Tridentinum. Clamant igitur, (Boehm. l. c. §. XI.) in eo Concilio illos ſediſse Judices, qui Lutheri, Lutheranorumque inimici erant infenſiſſimi. Tridentinos Patres Lutheranarum hæreſum inimicos fuiſse, res ipſa docet; Lutheri vero, ejuſque aſseclarum fuiſse inimicos, ita ut ſi etiam hæreſes illæ non extitiſſent, tamen illæ inimicitiæ futuræ fuiſsent, qui affirmare hoc potes? Quod ſi vero ii omnes, qui ſchiſmata, hæreſeſque oborientes, erumpenteſque in ipſo ortu extinguere, atque opprimere annituntur, adverſus eaſdem hæreſes obortas jam gliſcenteſque ſuffragium ſuum ferre, ac Judices eſse prohiberentur, de Chriſtiana veritate, ac fide actum prorſus eſset. Quæ amplius ſchismata tolli, quæ hæreſes extirpari, quæ vitia excindi, qui errores evelli amplius poterunt, ſi Religionis cuſtodes, fidei defenſores, divinæ veritatis aſsertores, ſi qui ad Eccleſiæ excubias, vigiliaſque divinitus poſiti ſunt, ſi qui clamant, hoſtes eſse intra mænia, ſi denique belli duces, ac principes prœlio abſtinere, de præſidio ac ſtatione decedere, caſtra deſerere, Urbis tuitionem defenſionemque relinquere, ac præcipuam civium ſuorum curam abjicere deberent? Si iis omnibus, qui a nova Lutheri doctrina abhorrebant, a ſententia in Concilio ferenda abſtinendum fuiſset, næ Fides, ac Religio ſuis hoſtibus proterenda, ac conculcanda relicta eſset.

Quod de Concilio Tridentino dictum eſt, id de aliis etiam Conciliis dictum volo.

QU.

QU. XXV.

Quinam Judiciorum Eccleſiaſticorum ordo in litibus dirimendis?

§ I. PRincipio Eccleſia in controverſiis ſuis dirimendis non clamoſa, longa, difficili, valdeque impedita, uti nunc, ſed pacata, brevi, planaque, ac ſimplici judicandi forma utebatur. Nullæ tunc Judiciorum formulæ, nullæ conteſtandarum litium cantiunculæ, nulli in Judiciaria texenda tela nodi, nulli laquei, nulli circuitus, nullæ ambages erant, *Conventionum, Reconventionum, Civilium, Prætoriarumque actionum, exceptionumque* nomina Eccleſiæ inaudita, *Interdicta* ne de facie quidem nota, verbo tricæ omnes forenſes procul abeſſe juſſæ, omniſque Curiarum ſtrepitus omni Eccleſiæ aditu prohibitus, reſque omnis parvo tempore, nullis impendiis, maximo contendentium pacis, concordiæque bono, optimaque cum gratia componebatur.

§ II. Qui pro tribunali (*a*) ſedebant, non ſolum illud præ oculis habebant, ut ſuum unicuique tribueretur, ſed in eo etiam operam ponebant ſuam, ne diſſidentium animi exaſperarentur, ne inter eos benevolentia refrigeſceret, charitas relangueſceret, amor minueretur, ne auri cupiditas, atque avaritia eorum animis ſubreperet. Quare dies, quæ dicitur Lunæ, Judiciariis controverſiis aſſignata, ut litigatores, ſi quid turbatum eſset intus in animo, ante diem ſolis ſpatium, ac tempus haberent ad ſe ſe colligendum, & ad reſides iras ponendas, atque ita die dominica, uti monet Apoſtolus I ad Timoth. *puras manus ſine ira, & diſceptatione levarent*. (Auctor Conſtit. Lib. II, cap. 47.)

§ III. Atque hic quidem mos, atque conſuetudo longo ſæculorum decurſu in Eccleſia tenuit, nec niſi ſæculo undecimo Eccleſiaſticorum Judiciorum converſio fieri, illaque antiqua litium animorumque componendorum ratio Eccleſiæ tribunal deſerere viſa eſt. Cœperunt enim eo tempore, in Italia præſertim, finitimiſque Regionibus civilium legum ſtudia valde admodum florere, maximaque in laude haberi, illique ſoli aliquo in numero eſse putabantur, qui de jure Civili alacriter poſsent reſpondere; cæteræ vero artes frigere, nullæ eſse, ac conticeſcere jubebantur. Itaque ſolus Juſtinianus per ea tempora totam pene litterariam Rempublicam regebat, Tribonianus ſcholas omnes, omnia gymnaſia tum publica, tum privata occupabat, nihil in Exhedris niſi Civilia Jura exaudiebantur, nulla Academia erat in qua Romanorum leges non reſonarent.

§ IV.

(*a*) Epiſcopus medius inter Presbyteros conſidebat; ſtabant Diaconi tamquam adparitores. Si quæ graviora incidiſſent negotia, quibus definiendis civile Preſbyterium, ſive Urbis Epiſcopalis Presbyteri ſatis eſſe non viderentur, Synodus Diœceſana, ad quam omnis totius Diœceſeos Presbyteri, vel etiam Provincialis, ad quam totius Provinciæ Epiſcopi conveniebant, indicebatur.

§. IV. In tanto Civilium legum ſtrepitu Clerici omnes (ad Eccleſiam enim tunc temporis tamquam ad Aſylum pulſæ undique litteræ confugerant, jamque obtinuerat conſuetudo, ut litterati quicumque eſſent, Clerici appellarentur) Clerici inquam omnes civili ſcientia ita ſe abdiderant, ita ejuſdem cognoſcendæ ſtudio exarſerant, ita in eis ſacrarum litterarum, Canonumque ſtudium tepuerat, atque elanguerat, ut Concilium Turonenſe, & Honorius III, lato Canone, jactoque Anathemate (c. 3, & c. 10, Ne Clerici, vel Monachi) tantum illum, nimiumque legum ediſcendarum æſtum, ardoremque comprimere & ſedare, illumque in ſacris ſcientiis languorem, teporemque excitare, ac concaleſacere conati ſint.

§. V. Cum tanta igitur apud Eccleſiaſticos viros fortuna tunc gauderent civiles leges, ut eæ ſolæ eorum ingenia detinerent, animos exercerent, ſtudia commoverent, non potuit non evenire, quin illæ e ſcholis, ex exhedris, e circulis ad Eccleſiæ forum per eoſdem homines traducerentur. Tunc enim vero primum cœperunt Eccleſiaſticæ Curiæ *Dilationibus*, *Exceptionibus* perſtrepere; tunc Epiſcoporum aulæ mutuis *Petitionibus*, *Articulis*, *Interloquutionibus* reſonare, tunc *Appellationes*, earumque *fatalia*, *Apoſtoli Dimiſſorii*, *Reverentiales*, *Refutatorii* Eccleſiaſticorum ſellas obſidere, tunc denique *Aſſeſſores*, *Advocati*, *Graphiarii*, *Procuratores*, *Apparitores* Eccleſiæ tribunal circumſtare.

§. VI. Cum igitur humanarum legum prudentia, & in omnium Clericorum ſcholis, pluteiſque regnaret, & in cunctis Judiciis dominaretur, factum eſt etiam, ut Eccleſiæ regimini ii præficerentur, qui & diu antea cum Triboniano vixerant, & in foro multum verſati erant, quique proinde Juſtinianei Juris homines erant callentiſſimi. Hic ego quid memorem Alexandrum III, virum civilium rerum prudentiſſimum? quid Innocentium III, qui humanæ legis omnes latebras, rimulas, ſinus, receſſus, cellulas ita ſcrutatus erat, ut nihil omnino in Jure eſſet, quod illius mentem lateret? quid Bonifacium VIII, Joannem XXII, alioſque plures Summos Pontifices, in quibus mira civilis ſcientiæ vis eluxit? Hi ſiquidem omnes, quotieſcumque de ordinanda lite interrogabantur, conſulebanturque, in reſpondendo, & in jure dicundo, leges civiles, quarum erant peritiſſimi, præ oculis ferentes, nullam aliam Eccleſiaſticarum cauſarum inſtituendarum, agendarum, ſolvendarumque rationem præſcribebant, niſi quam a Juſtiniano ipſi didicerant, ita ut ſæcularia Judicia primum clam, ſenſim, quaſique per cuniculos, nullo jure, vitio temporum in Eccleſiam ingreſſa, tandem per ipſos Pontifices juſſa ſint in ea conſiſtere, atque controverſias Eccleſiaſticas omnes moderari.

§. VII. Hic locus a nobis poſtularet, ut telæ Judiciariæ texendæ rationem traderemus (*b*). Verum cum in Eccleſiaſtica Judicia Leges Civiles pe-

dem

(b) Judicia alia ſunt ſummaria, alia ordinaria. Summaria dicuntur, in quibus inſuper habentur judiciorum ritus, & ſollemnitates; dummodo ea, quæ natura judicii poſtulat, teneantur, veluti citatio rei, probatio ex parte actoris, & admiſſio exceptionum ex

par-

dem intulerint, in iiſque modo prorſus dominentur, ideo totam hanc Spartam Juris Civilis ſtudioſis relinquimus.

QU.

---

parte rei. Sunt quædam cauſſæ, in quibus ſtatutum eſt, ut ſummario judicio procedatur, quales ſunt matrimoniales, cauſſæ mercedum, & miſerabilium perſonarum, & aliæ. Judicia ordinaria dicuntur, in quibus præter ea, quæ natura judicii poſtulat, adhibentur ritus omnes legibus præſtituti.

§. V, ib. Omnia Judicia Civilia (de criminalibus hic amplius non loquar) hanc formam ordinariam habent. Exordium fit a vocatione in jus, ſeu citatione rei, ut coram judice ſe ſiſtat, actori petenti reſponſurus, & exceptiones, ſi quas habet, allegaturus. Si citatio omittatur, quæcumque acta ſucceſſerint odio rei prorſus irrita ſunt.

Romani veteres diſtinguebant vocationem in jus a citatione; atque hoc diſcrimen poſtulabat ſingularis judiciorum diſciplina, qualis apud illos in uſu erat; nimirum apud illos & perſona, & officium magiſtratuum diſtinguebantur a perſona, & officio judicum. Magiſtratus juriſdictione prædıti erant. Ipſi judicem dabant, & ſententiam dati judicis exequebantur. Judices tantum notionem habebant, ideſt poteſtatem cognoſcendi de cauſſa, & ſententiam ferendi. Ergo primum opus erat, ut actor apud magiſtratum conſtitueret reum, ut judex deſignaretur: hæc dicebatur in jus vocatio. Judice conſtituto a magiſtratu, reus erat apud judicem conveniendus. Hæc dicebatur citatio. Recentioribus ſæculis cum Magiſtratus per ſe judicia exercuerunt, tum ea diſtinctio in jus vocationis, & citationis evanuit. In foro Eccleſiaſtico vix ea diſtinctio locum unquam invenit.

In judiciis ordinariis citatio fit exhibita ab apparitore ſcriptura, & quidem exhibita reo ipſi, ſi inveniatur, aut relicta apud domeſticos, vel vicinos, ſi domi reus non inveniatur, aut appenſa ad fores domicilii rei, ſi abſens ſit, & ignoretur, quo loco degat. In ea ſcriptura non modo actoris, & rei nomina deſignanda ſunt, verum etiam deſignandum nomen judicis, apud quem reus convenitur, item locus judicii, ac dies: deinde cauſſa eſt exprimenda, ob quam reus convenitur, ut inde deliberare reus queat, quid ſibi agendum ſit.

Si reus vocatus minime compareat poſt tria judicis edicta, aut poſt unum edictum, quod unum pro omnibus dicitur, ac peremtorium, reus ipſe tamquam contumax habetur. Contumacia autem admittitur a reo, ſive reus expreſſe profiteatur, ſe comparere nolle, ſive dolo latitet, ne inveniatur. Contumacis pœna eſt, ut actor, quod petiit, conſequatur, ut reus teneatur ad luendas impenſas ab actore factas, ut interim actor mittatur in poſſeſſionem bonorum rei, ut reus magis magiſque ad ſe in judicio ſiſtendum concitetur.

Actor cum primum ad judicem accedit, petiturus ut reus judicis auctoritate citetur, libellum debet judici exhibere. In eo actoris, & rei nomina deſcribenda ſunt, ſpecialis exhibenda petitio, & ſummatim exponendæ cauſſæ petitionis, ut inde conſtet, quæ, & qualis actio proponatur. Impetrato citationis edicto, citatoque reo, actor debet iterum apud judicem ſe ſiſtere, propoſiturus quid ipſe petat, & legitimis argumentis probaturus ſe rite, ac juſte petere. Cum reus citatus ſe quoque in judicio ſiſtit, ſeque legitimum contradictorem actori opponit, tum dicitur fieri conteſtatio litis; cujus conteſtationis effectus præcipuus eſt, ut quæ actio forte temporaria foret, inde perpetua reddatur.

Tempore litis conteſtatæ olim fiebat juramentum calumniæ ſive ab actore, ſive a reo; ita dictum, quod actor juraret ſe ſine calumnia actionem inſtituiſſe, & ſine calumnia ſe judicium perſecuturum; e converſo juraret reus, ſe ſine calumnia obſiſtere, ac propoſiturum eas, quæ ſibi competunt, exceptiones. Hodie vero hoc jusjurandum præſtari amplius non ſolet, forte ne frequens detur perjuriis occaſio.

Actoris munus eſt, quod contra reum propoſuit, probare, niſi reus confeſſione ſua actorem ipſum ab onere probandi levet. Hanc ob cauſſam admittuntur in judiciis rei interroga-

rogationes, quas appellant *poſitiones*, eo conſilio, ut ſi reus fateatur, actor a probatione eximatur, ſi reus neget, actor probare teneatur. Probationis cauſſæ ad hæc ſumma capita reducuntur: videlicet ad inſtrumenta, ad teſtes, ad ocularem inſpectionem, ad notorium, ad famam, ad præſumtionem. Probatio modo plena eſt, ſi talis ſit, quæ judicis animum expleat; modo ſemiplena, ſi talis ſit, quæ judicem movere quoquomodo poſſit, non tamen omnino perſuadeat. Sæpe cum probatio ſemiplena eſt, defertur actori jusjurandum, quod ſuppletivum dicitur; actore autem jurante, probatio habetur, ac ſi plena fuiſſet. Ubi actor non probet quod propoſuit, reus abſolvitur.

E converſo rei munus eſt, ſi quas habet contra actorem exceptiones proponere, easdemque probare: qua in parte receptum eſt, reum excipiendo quodammodo fieri actorem, ideſt probare debere exceptionis cauſas eisdem modis, quibus actor cauſſas actionis probare debet. Sæpe inter actorem, & reum proponuntur mutuæ petitiones; liberum enim eſt reo actorem in eodem judicio reconvenire, etſi de alia re, & cauſſa agatur; & in hac parte actor nequit perſonam electi judicis declinare, etſi alias ejus judicis jurisdictioni non ſubeſſet. Si contra exceptiones actor opponere velit, ipſa oppoſitio appellatur replicatio. Atque ita per varias oppoſitiones ad cauſſæ inſtructionem utrinque contenditur.

Exceptionum reo competentium plura ſunt genera: aliæ enim ſunt declinatoriæ, veluti ſi judex ſuſpectus dicatur; aut minime competens; aliæ dilatoriæ, veluti ſi opponatur, nondum veniſſe tempus, quo actio proponi in judicio poſſit; aliæ peremtoriæ, quæ actionem prorſus elidunt, veluti ſi dicatur, jam ſolutam eſſe pecuniam, quæ debita erat, & petitur.

Cauſa utrinque perorata Judex ad ſententiam pronunciandam devenit, & niſi aliud obſtet, ad prolatam etiam exequendam. Triplex autem eſt ſententiarum genus: aliæ dicuntur a pragmaticis ſententiæ *proviſionales*, quæ litem minime dirimunt, immo vix ad cauſſam pertinent, de qua contenditur, ſed ſpectant certa interim emergentia adjuncta, quibus abs judice ſit conſulendum. Veluti cum de cauſſis divortii inter virum, & uxorem diſputatur, & interim judex decernit, ut vir alimenta uxori ſeorſim viventi ſuppeditet. Aliæ dicuntur ſententiæ *interlocutoriæ*; quæ utiles quidem ſunt ad cauſſam inſtruendam, & ad clariora reddenda litis argumenta; non tamen litem ipſam dirimunt univerſam; veluti cum judex pronuntiat, cauſſas ſuſpicionis a reo propoſitas inanes eſſe, edita inſtrumenta nullo vitio laborare, aut ſimilia; aliæ denique dicuntur ſententiæ *definitivæ*, quæ toti judicio finem imponunt, quibus propterea reus, aut abſolvitur, aut damnatur.

Sententia debet eſſe certa, a competente judice pronunciata, vocatis partibus prolata, in loco Curiæ publicata, ſi de ordinario judice agatur, denique in ſcripturam redacta. Vix opus eſt admonere ſententiam debere eſſe juri conſentaneam.

Niſi a ſententia fuerit intra tempus legitimum appellatum, eadem ſemper tranſit in rem judicatam, quæ pro rei veritate exiſtimatur. Excipe caſum, quo ſententia ſit ipſo jure nulla, vel quo ſine peccato quis ſententiam exequi nequeat, quod quandoque contingit in cauſſis matrimonialibus.

Finge enim vero, judicem pronunciaviſſe, matrimonium conſiſtere inter eos, quorum uni certo conſtat, ſe conſanguineum conjugis eſſe. Iſte non tenebitur parere judicato, c. 7, de re judicata.

Pronunciata ſententia nihil aliud ſupereſt, quam ut executioni mandetur, niſi executio ſuſpenſa fuerit interpoſita appellatione. Porro exequi ſententiam illius eſt, qui ſententiam pronunciavit. Berard. *Inſtit. Canon.* II, pag. 101, §. 3.

QU. XXVI.

Quænam Cauſſæ in Foro Eccleſiaſtico agitari Solitæ? (a)

§. I. IN cunis adhuc vagiebat Eccleſia, cum Apoſtolico Canone cautum fuit, ne Chriſtiani apud Ethnicos Judices ſuas agerent cauſſas, ſed ad Eccleſiæ Seniores ſeu Presbyteros eas deferrent. *Audet aliquis veſtrum*

(a) Eccleſiaſtico Foro potiſſimum reſervatæ ſunt Cauſſæ omnes ſpirituales, vel ſpiritualia negotia ſpectantes: quumque de his agatur, omnes ἀδιαφόρως æque Clerici, ac laici ad Eccleſiaſticum tribunal eas deferre jubentur. Earum porro aliæ ſunt Civiles, Criminales aliæ. In civilium cenſu primo ſunt cauſſæ de Sacramentis, quas profecto pro eorundem ſubſtantia, quin ad Eccleſiaſticum judicem unum, & *privative*, ut dicitur, ſpectent, in dubium revocare nullus poteſt. Quamobrem proprium, ac præcipuum unius Epiſcopi munus eſſe, quos idoneos noverit, ad ſacerdotium promovere, ex his alios ad excipiendas fidelium confeſſiones, alios vero ad animarum curam habendam deſignare, cæteraque id genus præſtare, res eſt inter Catholicos extra omnem dubitationis aleam poſita.

Verum ex hujus Synodi cauſſis vix, aut ne vix quidem aliæ ad contentioſum forum producuntur præter Beneficiarias, & Matrimoniales, quum ſcilicet de validitate Matrimonii agatur, aut Sponſalium: *Toto* Tit. de Sponſ. & Matrim. Trid. Seſs. XXIV, de Ref. Matrim. cap. 2. Uti quoque ad Epiſcopum ſpectant cauſſæ de Divortio, & ſeparatione conjugum quantum ad torum: Cap. I, & 2, de *Divortiis*. Benedictus XIV De Syn. Diœceſ. Lib. VII, Cap. 35, num. 4. Adhæc quum ex Regula Juris Judex competens in principali competenter etiam jus dicat in acceſſorio: Leg. I, Cod. de Ordin. Judic. & Leg. III, Cod. de *Judiciis*: hinc Judex Eccleſiaſticus, ubi de Matrimonii cauſſa cognoſcit, poſſet etiam de dote, de donationibus nuptialibus, de præſtandis alimentis cognoſcere: Cap. 15, de *Foro* compet. niſi contrarium uſu, moribuſque receptum eſſet: ſcilicet, ut emergentes ejuſmodi quæſtiones Judici laico definiendæ relinquantur. Benedictus XIV *ibid.*

Cauſſæ Beneficiariæ, atque adeo etiam juriſpatronatus, quippe quæ vel ſpirituales, vel prope ſpirituales, jure ordinario ad Eccleſiaſticum pertinent tribunal: Cap. 21, de Jurepatron. Cap. 3, de *Judiciis*, jure, inquam, ordinario: namque, uti ſapienter monet Benedictus XIV *ibid.* n. 7, quædam ex hujuſmodi cauſſis, vel ex privilegio Apoſtolico, vel ex diuturna conſuetudine judici laico dijudicandæ reſervantur.

Cauſſæ funerariæ partim ad forum Eccleſiaſticum partim ad ſæculare ſpectant. Olim Eccleſiaſticæ ſepulturæ politiam conſtituere Epiſcoporum proprium munus erat. At jure novo Eccleſiaſtici quidem juris eſt, quibuſnam indulgenda, vel deneganda Eccleſiaſtica ſepultura ſit, decernere, controverſias de electione ſepulturæ exorientes definire, tempus efferendis, humandiſque fidelium cadaveribus deſignare, ac demum de uſu Crucis Parochialis, de abuſionibus, quæ hoc in capite a Clericis inducantur, de juribus funerariis inter Eccleſias, Eccleſiaſticoſque diſtribuendis, aliaſque id genus controverſias cognoſcere, ac terminare. Cæterum laicos ad conſueta funeraria jura perſolvenda compellere, exſequiarum pompæ modum præſcribere, funebres adparatus conſtituere, aliaque id genus, hodierni mo-

ſtrum (inquit Paulus I ad Corinthios 6.) *habens negotium adverſus alterum judicari apud iniquos , & non apud ſanctos? an neſcitis, quoniam ſancti de hoc mundo judicabunt? & ſi in vobis judicabitur mundus, indigni eſtis, qui de minimis judicetis. Neſcitis, quoniam Angelos judicabimus? quanto magis Sæcula-*

---

mores, Regiæque ſanctiones ſæculari Poteſtati reſervant.

Jure Decretalium plures cauſſæ ad Eccleſiaſticum Forum ſpectabant. Ac primo Cauſſas Decimarum ad Eccleſiaſticum tribunal pertinere olim edixerunt Alexander III Cap. 5, & 6, de *Decimis*, & Innocentius III *ibidem* Cap. 26, & 32. Atqui tum in aliis Regionibus, tum vel maxime in noſtris jam inde ab pluribus ſæculis mos inolevit, ut fideles nonniſi a laica Poteſtate ad decimas perſolvendas compellantur, tum ut controverſiæ hoc caput ſpectantes in tribunali laico diſcutiantur.

Olim jure communi, invadentes bona quævis, jurave Eccleſiaſtica Epiſcopali foro parebant, a quo per cenſuras ad reſtituenda injuſte ablata compellebantur: Can. III, VIII, & IX, Cauſſ. 12, Qu. II, Cap. 2, *de Privilegiis*. Porro ſubſecuti noſtri mores poſſeſſoris perſonam potius, quam rem Eccleſiæ intuentes, jamdudum ejuſmodi cauſſas in laicum tribunal invexere. Idem intelligas de cauſſis ad emphiteutas, conductoreſque Eccleſiaſticorum prædiorum ſpectantibus, aliiſque Pontificio, vel Epiſcopali conſenſu initis conventionibus.

Cauſſas quoque ex iis contractibus emergentes, quibus voti, vel jurisjurandi ſanctitas aliqua ratione admixta videretur, olim ſibi vindicabant Epiſcopi, & quidem jure Decretalium: Cap. 13, *de Judiciis*, Cap. 22, de *Jurejurando*, & Cap. 3, de *Foro competenti* in VI. At id juris jamdiu antiquatum eſt. Quoties enim in ejuſmodi cauſſis de jurejurando, ejuſve vi excitentur quæſtiones, hæ a Judice laico, ceu acceſſoriæ, rite agitantur. Unde perjurii exceptio nullo impedimento eſt, cur judex laicus ulterius procedat. Quinimmo ubi inſtructo rite judicio conſtiterit, contractum vel ipſo jure, vel ob aliquem juris defectum irritum eſſe, ipſum quoque juramentum, ceu contractui adnexum, ex ſe cadere exiſtimant. Cæterum nemini ſive laico, ſive Clerico contra jusjurandi religionem agere fas eſt, niſi rationabilem ob cauſſam a Summo Pontifice, vel ab Epiſcopo relaxationem impetret: Cap. 2, & 8, de *Jurejurando*.

Cauſſæ etiam Teſtamentariæ olim Eccleſiaſticæ fuerunt. Fidelibus enim in uſu fuit, jam inde a primis ſæculis, Epiſcopis ſua teſtamenta conſignanda tradere, iiſdemque eorum exſecutionem committere, & quidem adſentientibus ipſis Imperatoribus: Leg. XXVIII, Cod. de Epiſc. & Cler. Authent. *eidem* legi ſubjecta. Qua de re jure Decretalium 1, Cauſſæ omnes Teſtamentariæ, ſcilicet ubi de validitate, ſolemnitatibus, aliiſque id genus teſtamenta ipſa ſpectantibus ageretur, ad Eccleſiaſticum Tribunal referebantur: paſſim in Tit. de *Teſtamentis*.

Alexander III, cap. 10, & 11, *ibid.* omnem adhiberi fidem ſtatuit Teſtamentis, præſertim ad pias cauſſas, a Parochis, aliiſve Presbyteris coram duobus, tribusve teſtibus conſcriptis. Id quoque Benedictus XIII in Syn. Rom. firmavit, Tit. XX, Cap. 1.

Demum ſi quis inteſtatus decedebat, uſus invaluerat, ut Teſtamentum per Epiſcopum ſuppleretur, ac certa hæreditatis portione piis operibus reſervata, reliquum hæredibus legitimis diſpertiretur: Gonzalez in Cap. 10, & 11, *ibid.* Thomas Part. III, Lib. I, Cap. 24. Eadem Synodus Rom. *ibidem* Cap. 2. At vero tria hæc Capita ſecutis temporibus, præſertim in noſtris Regionibus, Eccleſiaſticis Tribunalibus adempta ſunt.

Antiquitus jure æque Civili, ac Canonico Epiſcopis facultas erat proſpicere, ut piæ fidelium diſpoſitiones exſecutioni mandarentur, atque adeo fideles etiam laicos ad eaſdem implendas adigere: Leg. XXVIII, Cod. de Epiſc. & Cler. Juſtin. Novell. CXXXI, Cap. II, Cap. 3, & 13, de *Teſtamentis*. In noſtris Regionibus iſtiuſmodi cauſſæ habebantur, tamquam Laici fori.

Poſtremo ad forum Eccleſiaſticum jure Decretalium pertinent cauſſæ omnes miſerabilium perſonarum, viduarum, pupillorum &c. cæte-

tularia. Sæcularia quidem Judicia ſi habueritis, ἐξουθενημένους (*b*), *qui ſunt in Eccleſia illos conſtituite ad judicandum*. Quantum hinc Epiſcopis, qui eamdem poſtea in judiciis reddendis perſonam ſuſtinuere, ac primum Presbyteri, acceſſerit Juriſdictionis pondus, & onus intelligi poteſt ex Divo Auguſtino, qui ſem. XXIV in Pſal. 118, ita hunc Divi Pauli locum interpretatur. *Conſtituit talibus cauſis Eccleſiaſticos Apoſtolus cognitores* (*c*) *in Foro prohibens jurgare Chriſtianos*. Et de oper. Monach. cap. 29. *Cauſis alienis de negotiis ſæcularibus vel judicando dirimendis, vel interveniendo præcidendis nos affixit Apoſtolus, non utique ſuo, ſed ejus, qui in eo loquebatur, arbitrio.*

§. II. Quod ab Apoſtolo vetitum fuit Chriſtianis erga Judices Ethnicos, id ipſum ſub Principibus Chriſtianis ab Eccleſia interdictum fuit Clericis erga Judices Laicos. Quid ni autem? Si ideo Chriſtiani ab Apoſtolo vetiti fuerunt lites ſuas ad Ethnicorum Judicium deferre, ne opinio mutuæ caritatis, quam Chriſtiani fovere debebant, minueretur, cur non & Clericorum, qui omnium virtutum exemplo aliis omnibus prælucere debent, lites & jurgia ab Laicorum oculis removenda? Hinc in Nicæna Synodo an. 325, can. 5, ſancitum fuit, ut quotannis ſemel, atque iterum in ſingulis provinciis haberentur Concilia, quæ Clericorum controverſias dijudicarent. Hujuſce canonis meminit Innocentius I in epiſt. ad Victricium Rothomagenſem c. 3. *Si quæ autem cauſæ vel contentiones inter Clericos tam ſuperioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, ut ſecundum Synodum Nicænam congregatis ejuſdem Provin-*

eatenus, ut hiſce perſonis ſuas civiles cauſſas præſertim pecuniarias, etiam adverſus Laicos, in Eccleſiaſticis tribunalibus agere fas eſſet. Hoc intuitu ad Forum Epiſcopale Laicorum cauſſæ haud raro trahebantur, & aliquando, Judice Laico in exhibenda juſtitia negligente, illam adverſus Laicum Judex Eccleſiaſticus exercebat: Cap. 15, & 26, de Verbor. Signific. & Cap. 6, 10, & 11, de *Foro Compet.* Atqui utrumque hoc caput uſu receptum non eſt, ac præcipue de poſteriore ingenue fatetur Covarruvias Pract. Quæſt. Cap. VI, n. 1. *Hoc certe ſcio, eam Canoniſtarum opinionem apud Regia Hiſpaniarum, & Galliæ prætoria riſui equidem fore; tantum abeſt, ut ea in uſum, & praxim recepta ſit.* Porro meminerint Epiſcopi, ipſis, omnibuſque curam animarum habentibus præcepto divino mandatum eſſe pauperum, aliarumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere: Trid. Seſſ. XXIII, de Refor. Cap. 10, Conc. Mediol. III, Cap. 18.

(b) Bingham. l, pag. 126, Not. a. Lighfoot in I Cor. VI, 4. Referenda eſt vox ἐξουθενημένοις non ad infimos de plebe, ſed ad infimos de claſſe Judiciaria. Claſſis iſta hos ordines habuit in ſubſelliis judaicis, ſecundum quorum morem & diſpoſitionem loqui Apoſtolum, eſt vero ſimillimum. 1 Erat *Synedrium magnum*, e ſenioribus conſtans LXXI. 2 Erat *Synedrium viginti trium-virale* in civitatibus nobilioribus. 3 Erat *conſeſſus trium-viralis* in unaquaque ſynagoga. 4 Erat *conſeſſus auctorizatus* vel authenticus. 5 Erat *conſeſſus non auctorizatus*: ἐξουθενημένος, *non authenticus*.

(c) In l. 9, Cod. Theodoſ. 27, 5. *Cognitor* ſumitur pro quæſitore, & Judice.

Suetonius in Ner. c. 15, diſtinguit inter *Juriſdictionem*, & *Cognitionem*. Juriſdictionem ordinariam eſſe ait, & Magiſtratuum, cognitionem autem extraordinariam, puta Principis, vel eorum, quibus Princeps id negotii dedit.

vinciæ Epiſcopis jurgium terminetur. Longius progreſſi ſunt Chalcedonenſis Concilii Patres an. 451, qui can. VIII propoſitis pœnis Clericos a Laicali Foro deterruerunt. *Si quis Clericus habet cum Clerico litem, aut negotium, proprium Epiſcopum non relinquat, & ad Sæcularia Judicia non excurrat: ſed cauſam prius apud proprium Epiſcopum agat, vel de Epiſcopi ſententia apud eos, quos utraque pars elegerit, Judicium agitetur. Si quis præter hæc fecerit, CANONICIS PŒNIS ſubjiciatur*. Quod ſi quæris, quænam eſſent hæ pœnæ Canonicæ, audi eas ex Patribus Concilii Carthaginenſis III. *Placuit*, inquiunt illi can. 9, *ut quiſquis Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum ſeu Clericorum, cum in Eccleſia ei crimen fuerit intentatum, vel civilis cauſa fuerit commota, ſi relicto eccleſiaſtico Judicio, publicis Judiciis purgari voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia, locum ſuum ammittat, & hoc in Criminali Judicio. In civili vero, PERDAT QUOD EVICIT, ſi locum ſuum obtinere voluerit. Cui enim ad eligendos Judices undique patet auctoritas, ipſe ſe indignum fraterno conſortio judicat, qui de univerſa Eccleſia male ſentiendo, de Judicio Sæculari poſcit auxilium*. Hæc eadem recinunt Concilium Veneticum Can. IX, Cabilonenſe I, Can. XI, Matiſconenſe Can. VIII, Milevitanum Can. XIX, Toletanum III, Can. XIII, Pariſienſe V, Can. XII, aliaque, quæ deinceps Concilia habita fuerunt, in hanc eamdem ſanctionem unanimi fere conſenſu, ac voce conſpirarunt.

§. III. Hoc Eccleſiaſticum forum, juriſdictionemque adeo abeſt, ut Chriſtiani Imperatores Epiſcopis eriperent, auferrent, ut quin etiam ſuis legibus confirmare, atque tueri voluerint. Conſtantinum Magnum ferunt in Nicæna Synodo has auro, cedroque linendas voces protuliſſe: *Vos Dii eſtis a vero Deo conſtituti: ite & inter vos cauſas veſtras diſcutite, quia dignum non eſt, ut judicemus Deos*. Euſeb. de Vita Conſtantin. Lib. III, cap. 10, Rufin. Lib. I, cap. 2. Dictum Principis ſapiens facta ipſa confirmarunt. Nam legem edidit, qua omnes Epiſcoporum ſententias ratas eſſe juſſit, cunctiſque Provinciarum Præſidibus edixit, ut illarum vindices eſſent, atque ultores. Euſeb. de Vita Conſtantin. Lib. IV, cap. 27. Conſtantinum ſequuti ſunt Valens, Gratianus, & Valentinianus, Theodoſius Magnus, Valentinianus III, uti videre eſt in Cod. Theod. Lib. XVI, tit. II, l. 23, tit. ult. l. 3, Novell. 12, ad calcem Codicis Theodoſiani, atque ut alios mittam, Juſtinianus l. 4, §. 4, de Epiſcop. Audient.

§. IV. Neque vero ſolum in Clericorum cauſis, Eccleſiaſticiſque controverſiis Judicum officio Epiſcopi fungebantur, ſed etiam in omnibus fere rebus, quæ in aliquam controverſiam vocabantur, arbitri eligebantur. Auguſtinus Confeſſ. Lib. VI, c. 3, hæc narrat de Ambroſio Epiſcopo: *Non quærere ab eo poteram, ſicut volebam, ſecludentibus me ab ejus aure, atque ore catervis negotioſorum hominum, quorum infirmitatibus ſerviebat, cum quibus quando non erat, quod perexiguum temporis erat, aut corpus reficiebat neceſſariis ſuſtentaculis, aut lectione animum*. De Auguſtino vero hæc habet Poſſidius cap. 19. *Cauſas eorum audiebat diligenter, ac pie; & eas aliquando uſque ad horam refectionis; aliquando vero tota die jejunans, ſemper tamen noſcebat, ac dirimebat*.

§. V. Qui autem factum fuerit, ut Epiſcopi tantam illius auctoritatis jactu-

jacturam fecerint, ut vix umbram, atque imaginem modo retinere videantur, ſi ſcire voles, conſulere poteris Vaneſpenium J. E. U. Part. III, tit. I, cap. 2, qui hæc omnia erudite, & laute pertractat, unde præter partium ſtudium, nihil eſt, quod diffidere poſſis.

QU. XXVII.

Quid habes de altero Metropolitarum Jure Ordinario?

Metropolitarum eſt ne Synodos Provinciales indicere, eiſque praeeſſe?

§. I. Concilium Antiochenum in encæniis habitum anno 341, Marcellino, & Probino Conſulibus, cui nonaginta (al. 97.) interfuerunt Epiſcopi, hoſce tulit Canones: *Propter Eccleſiaſticas cauſſas, & quæ exiſtunt, controverſias diſſolvendas, optime placuit, ut per ſingulas Provincias bis in anno Concilia celebrentur . . . . Admoneant autem Comprovinciales Epiſcopos ii qui in amplioribus, ideſt in Metropolitanis Civitatibus degunt . . . . Nec liceat aliquibus apud ſemetipſos Concilia SINE METROPOLITANORUM CONSCIENTIA, ET CONSENSU FACERE, quibus de omnibus cauſſis conſtat permiſſum eſſe Judicium*. Can. 20. *Perfectum vero Concilium illud eſt, ubi INTERFUERIT METROPOLITANUS ANTISTES*. Can. 16. Qui ab hiſce Canonibus Provincialium Conciliorum indicendorum, regendorumque poteſtatem iis, qui modo a nobis Metropolitæ vocantur, factam eſſe putant, (De Marca Conc. Sacerd. & Imper. Lib. VI, c. 13, §. 1, Vaneſpenius, J. E. U. P. I, tit. XX, c. 1, §. 1.) Chronologiam clariſſimum Hiſtoriæ lumen, optimamque Eccleſiaſticorum ſtudiorum ducem, ac magiſtram minime conſuluerunt. Nam Sæculo IV, quo hi canones conditi fuerunt, nomen *Metropolitani* Exarchorum ſolummodo proprium erat, nec niſi Sæculo V Epiſcopi minorum Provinciarum Præſides *Metropolitanorum* nomine donati ſunt. (Vid. ſupr. Quæſt. II, III.) Ipſe enim vero Ferrandus Diaconus, qui Sæculo VI floruit, & S. Leo Magnus, qui Sæculo V univerſam rexit Eccleſiam, hoſce Canones non de minorum Provinciarum Conciliis, nec de minoribus Metropolitanis, ſed de Conciliis Regionalibus, ac Metropolitanis majoribus loquutos fuiſſe dijudicarunt. Ferrandus enim Canonem XVI Antiochenum ſic reddidit: *Ut Synodus PLENARIA tum dicatur, cum Epiſcopus Metropolitanus aderit*. Leo vero Pontifex Canonis Niceni V, & Antiocheni XX auctoritatem ſequutus hæc ſcripſit ad Univerſos Siciliæ Epiſcopos: *Quare illud primitus pro cuſtodia concordiæ, atque unitatis exigimus, ut quia ſaluberrime a Sanctis Patribus* (Nicænis can. V, & Antiochenis can. XX.) *conſtitutum eſt, binos in annis ſingulis Epiſcoporum debere eſſe conventus, terni ſemper ex vobis ad diem 3 Kalendas Octobres Romam Fraterno Concilio ſociandi indiſſimulanter occurrant: quoniam adjuvante gratia Dei facilius poterit provideri, ut in Eccleſia Chriſti nulla naſcantur ſcandala, nulli naſcantur*

erro-

errores, cum coram Beatiſſimo Apoſtolo Petro id ſemper in commune tractandum fuerit, ut omnia ipſius conſtituta, Canonumque Decreta apud omnes Domini Sacerdotes inviolata permaneant. Vaneſpenius l. c. contendit, S. Leonem hìc loqui de Conciliis compoſitis ex iis Epiſcopis, qui Romano Pontifici non tamquam Patriarchæ, ſed tamquam Metropolitano ſuberant. At Sicilia temporibus S. Leonis, qui anno 461 vitam ſuam poſuit, ſuum habebat Metropolitam Syracuſarum Epiſcopum, uti liquet ex litteris Conſtantini Imperatoris ad Chreſtum Syracuſanum apud Euſebium l. 10, c. 5. Non igitur de Concilio Romano Provinciali, ſed de Concilio Romano Regionario, ſeu Nationali tunc loquebatur Leo Papa. *Siquidem*, ait Bellarminus, *primis ſexcentis, vel octingentis annis Summi Pontifices ad graviora negotia dijudicanda cogebant CONCILIA NATIONALIA EPISCOPORUM ITALIÆ*. Si igitur Magnus Leo, ut Nicæno, Antiochenoque Canonibus faceret ſatis, Urbicariorum, Italicorumque Epiſcoporum Concilium convocabat, ſi tunc & in Urbicaria Diœceſi ſuus Siculis, ſuus Calabris, (Vid. ſupra Lib. II, Qu. IX, §. 3, N. 1.) ſuus Campanis (Vid. *ibid.* N. q.) & in Italica Regione ſuus Mediolanenſibus, ſuus Aquilejenſibus, ſuus Ravennatibus erat Metropolita, (*a*) perſpicuum eſt, S. Leonem facto ipſo dijudicaſſe, Antiochenum, Nicænumque Canonem non ad Provinciales Synodos, nec ad minores Metropolitanos, ſed ad Nationalia Concilia, & Exarchos pertinere,

§. II. Alii igitur fontes quærendi nobis ſunt, ex quibus Provincialium Conciliorum indicendorum, habendorumque poteſtatem in minores Metropolitas derivare poſſimus. Cum minores Metropolitæ, ſeu ii qui modo Archiepiſcopi vocantur, ſi primam illorum originem ſpectemus, nihil aliud ſint, quam Majorum Metropolitarum, ſeu Patriarcharum Vicarii, adjutores, atque adminiſtri, (Vid. ſupra Qu. IV, §. 3, 4.) eorumque poteſtas omnis Patriarchis accepta referenda (Vid. ſupra Qu. VI, §. 3, Qu. VII, §. 1, 2.) jus Provincialis Syno-

di

(a) Vid. Bernardum de Rubeis Diſſ. Var. erudit. Cap. 21, §. 4, pag. 231. Duabus in Italia Metropolibus, *Mediolanenſi*, & *Aquilejenſi*, cauſam dedit *Ambroſii*, & *Valeriani* ſollicitudo in extirpanda Ariana hæreſi in *ſeptem Italiæ Provincias* invecta, purgandiſque Eccleſiis ea lue infectis, ac Epiſcopis ordinandis qui veram ſinceramque fidem profiterentur. Monumenta Eccleſiæ Aquilejenſis lege loco citato. Id vero adnotandum eſt: *in ſeptem illis Italiæ Provinciis*, ut dicebantur, *nonniſi duos exſtitiſſe Metropolitas*, laudatos *Mediolanenſem*, & *Aquilejenſem*: majoremque partem earum Provinciarum, *Æmiliam*, *Liguriam*, *Flaminiam*, *Alpes Cottias*, ac *Rhætias*, & *Venetiæ ſaltem partem* uni obnoxiam fuiſſe primo illo tempore *Metropolitæ Mediolanenſi*: partem vero *Venetiæ*, & Iſtriam ad Aquilejenſem ſpectaſſe Metropolitam, qui deinde in totam Venetiam jus ſuum extendit, atque Noricum, & Rhætias. *Ravennatis Metropoleos* ſerior eſt inſtitutio.

Et pag. 237. Doctiſſimorum virorum ſententia firma eſt, qui *Metropolitanam prærogativam*, nonniſi *quinto Eccleſiæ ſæculo*, acceſſiſſe *Ravennati Eccleſiæ* opinantur. Quo id anno acciderit, non ita facile dictu; cum nimium implexa ſit Antiſtitum Ravennatium Chronotaxis. Illud utique certum videtur, *primam* Comprovincialium Epiſcoporum, quam peregerunt Ravennates, ordinationem fuiſſe *Marcellini Vicohabentini*; cum a Chryſologo referatur inter *primordia generantis matris* Eccleſiæ Ravennatenſis, doloribus etiam, & angoribus affectæ ob reſiſtentiam *Me-*

 tro-

di convocandæ, regendæque non aliunde quam a Patriarchis repeti poſſe videtur, qui a Concilio Nicæno, Antiochenoque admoniti, ut quotannis bis ſuorum Coepiſcoporum Senatum vocarent, haberentque, id oneris, ac muneris etiam minorum Metropolitarum proprium eſſe voluerunt. Quamquam ipſum *Metropolitani* nomen, quod Sæculo V ineunte cum Epiſcopis minorum Provinciarum Præſidibus communicatum fuit, effecit, ut quæ majoribus Metropolitanis ab Canonibus permiſſa erant, ea Metropolitani minores, qui poſt medium Sæculum V ſoli METROPOLITANI appellabantur, ſibi vindicarent, atque aſſererent. (Vid. ſupra Lib. II, Qu. XXII, §. 7.) Quinimmo ipſi Canones, qui Sæculo V, quique poſtea de Metropolitanis editi ſunt, rem Metropoliticam Metropoliticum nomen aſſectantem, comitantemque & ad minorum Provinciarum Præſules devenientem haud gravate proſequuti ſunt. Hinc Anatholius Patriarcha Conſtantinopolitanus in *recentioribus* Chalcedonis anno 451 a minoribus Metropolitis hujuſce canonis cultum, atque obſervantiam popoſcit. *Statuit hæc Sancta Synodus ſecundum Canones Patrum bis in anno Epiſcopos in id ipſum in unaquaque provincia convenire, quo Metropolitanus Epiſcopus probaverit, & corrigere ſingula, ſi qua fortaſſe emerſerint*. Can. 19, ex Dionyſ. Exig. Sed temporum difficultas non ſolum Patriarchas a Nationalibus, ſed etiam Metropolitanos a Provincialibus Conciliis celebrandis deterrebat. Neceſſe itaque fuit, ut primum Synodus Quini-ſexta, deinde Nicæna II Œcumenica VII, anno 787, hoſce ad Synodos ſemel ſaltem in anno cogendas cenſurarum calcaribus exſtimularent. *Quoniam* (inquiunt Nicæni Patres can. 6.) *Canon eſt, qui dicit, bis in anno in unaquaque Provincia per Congregationes Epiſcoporum fieri oportere quæſtiones Canonicas propter vexationem, & quod itineri peragendo minus ſufficerent, qui congregabantur, ſtatuerunt Sancti Patres Sextæ Synodi* (Quini-Sextæ, ſeu Trullanæ), *quovis modo, & quacumque ex cauſa ſemel in anno fieri, & delicta corrigi. Hunc ergo canonem & nos renovamus... SI QUIS AUTEM METROPOLITANUS hoc fieri non curaverit præterquam vi, vel neceſſitate, vel aliqua juſta de cauſa, canonicis pœnis ſubjiciatur*. Ex Anaſtaſ. Biblioth. Hanc Synodum hiſce verbis non alios quam minorum gentium Metropolitas allocutam fuiſſe, illorum temporum mores, & ſermo ſuadere videntur. Hunc Canonem redintegravit Innocentius III in Concilio Lateranenſi IV, anno 1216, præcipiens, ut *Metropolitani ſingulis annis cum ſuis ſuffraganeis non omittant celebrare Concilia, ſicut olim a S. Patribus fuerat conſtitutum*. Cap.

25, de

---

tropolitæ Mediolanenſis. Hinc vero hæc *Marcellini ordinatio* debuit prior eſſe ordinatione *Cornelii Epiſcopi Forocornelienſis*, cujus occaſione ſermonem habuit Chryſologus, qui numeratur CLXV, nullus enim in hoc partu ſpiritnali *dolor*, & *angor* indicatur, jam quieſcente ab querelis Antiſtite Mediolanenſi. Sedem Ravennatenſem adhuc adminiſtraſſe Chryſologum anno 449, aut inſequenti, ejus evincit Epiſtola *ad Eutychem* inter Acta Synodi Chalcedonenſis anno 451 celebratæ. Vide Caput ſuperius XVIII, num. VII. Joſephi Aloyſii Amadeſii conſule Diſſertationem *de Metropoli Eccleſiaſtica Ravennatenſi*, quæ exſtat in Veneta Operum Sancti Petri Chryſologi editione anni 1750.

25, de Accuſat. Verum hic Lateranenſis Canon parum promovit, ſiquidem Gregorius IX, anno 1275, ad Archiepiſcopum Narbonenſem ſcribens queritur, Conciliorum celebrationem ubique fere terrarum penitus quaſi interiiſſe. Baſileenſes Patres omni ope adnixi ſunt, ut Epiſcoporum conventus exſuſcitarentur, decernentes, ut *Concilium Provinciale ad minus ſemel de triennio ad triennium celebraretur*: quod a Leone X, in Concilio Lateranenſi V inſtauratum; a Concilio demum Tridentino (*b*) confirmatum fuit Seſſ. 24, cap. 2, de Reform. hiſce verbis: *Metropolitani per ſe ipſos, ſeu illis legitime impeditis, Coepiſcopus antiquior intra annum ad minus a fine præſentis Concilii, & deinde quolibet ſaltem triennio poſt octavam Paſchæ Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſeu alio commodiore tempore pro more Provinciæ non prætermittat Synodum in Provincia ſua cogere.* (*c*)

QU.

(b) Benedict. XIV de Syn. Diœceſ. Lib. I, cap. VI, §. 4. Sed quoniam poſtea hæc diſciplina relaxata fuerat, & Synodorum celebratio intermiſſa, idcirco plerique religionis ſtudio permoti, Tridentinos Patres urſere, ut illam inſtaurarent. Inter petitiones ab Oratoribus Regis Chriſtianiſſimi factas in Synodo Tridentina, atque ex Angelo Maſſarello ejuſdem Concilii Secretario relatas tom. 8 *ampliſſimæ Collectionis veterum Scriptorum*, & *Monumentorum editæ* a Martene, & Durand. col. 1311, trigeſima quarta & ultima hæc eſt: *Decernat Sancta Synodus, ut non ſolum Synodi Epiſcopales quotannis ſemel, ut minimum, ſed etiam tertio quoque anno Provinciales congregentur, in quibus de his, quæ ad ſtatum Eccleſiaſticum pertinent, diligenter tractetur, de miniſtrorum delictis mature cognoſcatur, & in eos, qui deliquerint, ſevere animadvertatur.* Quibus petitionibus antiquo jure innixis, libenter indulſit ſacrum Tridentinum Concilium, diſtricte præcipiens ſeſſ. 24, cap. 2, de reform. ut a ſingulis Metropolitanis quolibet triennio Synodus Provincialis cogatur.

(c) Berard. comm. in J. E. U. Diſſ. I, cap. 4, pag. 25. De Conciliis Provincialibus innumera propemodum tradi poſſent ex omnium fere ſæculorum diſciplina, ex omnium fere Chriſtianarum Provinciarum uſibus comprobata. Verum, quod omnium utiliſſimum eſt, in diſciplina recens in Concilio Tridentino conſiſtam, in quo cap. 2, ſeſſ. 24, de reform. decretum eſt, ut illa, ſicubi omiſſa ſunt, pro moderandis moribus, corrigendis exceſſibus, controverſiis componendis, aliiſque ex ſacris Canonibus permiſſis, renoventur, præceptumque, ut Metropolitani per ſe ipſos, ſeu illis legitime impeditis, Coepiſcopus antiquior intra annum ad minus a fine Tridentini Concilii, & deinde quolibet ſaltem triennio commodo tempore non prætermittat Synodum in Provincia ſua cogere; quo Epiſcopi omnes, & alii, qui de jure, vel conſuetudine intereſſe debent, exceptis iis, quibus cum imminenti periculo transfretandum eſſet, convenire omnino teneantur. Item præceptum, ut Epiſcopi, qui nulli Archiepiſcopo ſubſunt, (idem dicendum de Archiepiſcopis, qui nullos ſuffraganeos habent, uti tradidit Benedictus XIV de Synodo Diœceſana lib. 2, cap. 4, idem etiam dicendum de Abbatibus, qui *nullius* Diœceſis eſſe dicuntur) aliquem vicinum Metropolitanum ſemel eligent, in cujus Synodo Provinciali cum aliis intereſſe debeant, & quæ ibi ordinata fuerint obſervent, & obſervari faciant, ſalva manente in reliquis eorum exemtione, & privilegiis. Itaque quolibet ſaltem triennio celebrari Provincialia Concilia Tridentini Antiſtites voluerunt, qua ſane lege non conſtitutum adparet, ne frequentius celebrarentur, ſed potius ne diutius celebratio differretur.

Id. *ibid.* Quod autem ibidem dicitur, teneri ſuffraganeos Epiſcopos, immo & exemtos electione facta convenire, niſi legitima

& gra-

& gravis cauſſa illos excuſet, conſonat vetuſtis Canonibus, can. 5, 9, 10, 12, 13, & 14, diſt. 18, & quidem indicta in negligentes pœna excommunicationis, dicto can. 12, quæ tamen in eo tantummodo conſiſtebat, ut Epiſcopus ad Synodum non accedens ſua Diœceſi contentus eſſe deberet, non negotia Provinciæ totius, ne pro virili quidem parte attingere, uti dicitur in dicto can. 10. Præterea quod legimus apud Tridentinos Antiſtites; legitime impedito Archiepiſcopo ad Coepiſcopum antiquiorem pertinere convocationem Synodi, non ſolum indicat, Synodum a Vicario Generali Archiepiſcopi convocari non poſſe, ſed etiam neque convocari poſſe a Vicario Capitulari, Archiepiſcopali Sede vacante; quod enim de Epiſcopo impedito dicitur, facile ob ſimilem, immo & urgentiorem rationem extenditur ad eum uſum, quo Sedes Archiepiſcopalis vacet. Nomine Coepiſcopi antiquioris eum intelligo, qui cæteros ſuffraganeos ordinationis tempore præcedat; præterea eum, qui vere ſuffraganeus ſit, non alium, forte exemptum, qui illud Concilium Provinciale elegerit, quod conſonare videtur integro contextui Tridentini Decreti. Inſuper obſervandum eſt, Epiſcopo Comprovinciali impedito licere quidem delegatum nomine ſuo ad Synodum mittere; non quidem ad eum finem, ut ſuffragium in Synodo ferat, ſed ut ea explicet Synodo, quibus occurri poſſit, ac debeat, conſilio ſuo aliorum ſententias adjuvet, Canoneſque ſtaturos redux ad Epiſcopum adferat, can. 9, diſt. 18. Hunc ipſum ob finem advocabuntur, & admittentur in Concilio Capitula Cathedralium Eccleſiarum, ad quæ pertinebit res emergentes palam exponere, ac ferre conſilium, non ſuffragium. Quamobrem deducitur, jus ſuffragii penes ſolos Epiſcopos eſſe; non Epiſcopos autem, ſeu eos, qui quaſi Epiſcopali jurisdictione non gaudent, etiamſi ex conſuetudine Synodo intereſſe deberent, jure tantum ſuppeditandi conſilii gaudere.

QU. XXVIII.

Concilia Provincilia ulla ne indigent Sedis Apoſtolicæ auctoritate?

§. I. Iſidorianæ Decretales (rel. in Can. 1, 2, 6, Diſt. XVII.) in falſi crimen vocatæ ſunt, eo quod Chriſtianæ Reipublicæ obtruſerint, nullum Concilium ratum eſſe, quod auctoritate Sedis Apoſtolicæ fultum non fuerit. (Febron. de Stat. Eccleſ. T. I, cap. 3, §. 9, n. 4, 5, Fleur. Lib. XLIV hiſt. n. XXII, §. *La matiere*, & Diſcours IV ſur l' hiſt. n. II.) Non is ego ſum, qui hoſce Canones germanos, ac ſinceros Marcelli, Julii, Symmachi Romanorum Pontificum fœtus eſſe velim. Illud tamen affirmare mihi poſſe videor, ſententiam, quam hi Canones præ ſe ferunt, nec veritati, nec antiquitati eſſe inimicam.

§. II. Neque vero, ut evincam, ea Concilia, quæ Apoſtolicæ Sedis auctoritate non nituntur, irrita eſſe atque infecta, in medium proferam Patres Concilii Chartaginenſis anni 416 ad Innocentium I ita ſcribentes: *Hoc itaque geſtum, Domine Frater, ſanctæ charitati tuæ intimandum duximus, ut ſtatutis noſtræ mediocritatis etiam APOSTOLICÆ SEDIS ADHIBEATUR AUCTORITAS*, (Tom. I Collection. Harduin. col. 1214.) Nec Patres Milevitanos eundem Innocentium orantes, ut ea quæ ipſi in ſuo Concilio edixiſſent, is trabali clavo figeret. „Quia „ te Dominus gratiæ ſuæ præcipuo „ munere in Sede Apoſtolica collocavit, talemque noſtris temporibus „ præſtitit, ut nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, ſi APUD „ TUAM VENERATIONEM, QUÆ „ PRO ECCLESIA SUNT SUGGERENDA, TACUERIMUS." (Tom. I Collect. Hard. col. 1221.) Nec memoro Synodum Africanam anni 418, ſtabilitatis ſuæ firmamentum a Zoſimo Papa petentem. (Baronius ad an. 417, num. 19, & ſeqq.) Nec Tellenſem a Leone Magno, nec Arauſicanam a Bonifacio II robur ac vires ſibi comparantem. (Epiſt. Bonif. Tom. II Collect. Hard. col. 1109, Mabillon. in Sæc. I Benedict. pag. 646, Ven. Edit.) Nam præterquam quod in hiſce Conciliis agebatur de Fide, quæ una eademque in omnibus eſſe debet, quæque proinde ad Summi Pontificis doctrinam tamquam ad Lydium lapidem ab omnibus debet explorari; (Vid. ſupra Lib. II, Qu. XIV, §. VI, & Lib. I, Qu. VI.) hæc omnia exempla elidi poſſent plurimarum aliarum Synodorum exemplis, quas Sedes Apoſtolica nec confirmavit unquam, nec infirmavit.

§. III. Alia igitur arma quærenda nobis ſunt, quæ illarum Decretalium cauſam tueantur, atque defendant, quæque oſtendant, Concilia Provincialia, niſi ea Sedes Apoſtolica fulciat, atque ſuſtentet, in unis Epiſcoporum humeris haud cohærere. Rem facili nego-

negotio conficies, modo cogites, omnem Eccleſiam Patriarchalem Sedem Apoſtolicam dici & eſſe, (Vid. ſupra Lib. II, Qu. VIII.) nullam eſſe Metropoliticam Poteſtatem, quæ a Patriarchali ſeu Apoſtolica Sede profecta non ſit, (Vid. ſupra Qu. IV, §. 3, 4, Qu. V, VI, VII, §. 1, 2, & Lib. II, Qu. XXII, §. 1, 2.) omnemque Provincialem Synodum caducam eſſe, atque infirmam, cui Metropolitani deſit auctoritas: (Vid. ſupra Qu. XXVII.) illas vero Decretales nihil aliud ſibi velle, quam Provinciales Synodos nonniſi ab Metropolitis indicendas, habendaſque, ab Metropolitis, inquam; quibus ab Patriarchali, Apoſtolicaque Sede indicendarum, habendarumque poteſtas facta fuerit. Eo nimirum tunc temporis Arianorum Epiſcoporum temeritas, & audacia proceſſerat, deveneratque, ut nulla nec Metropolitarum, nec Exarchorum ratione habita turmatim congregarentur, conventicula ac conciones ſeditionum nutriculas celebrarent. Quid referam Concilium Antiochenum anni 328, al. 330, in quo Euſtathius Epiſcopus Antiochenus, vir in omni virtutum genere ſummus, per ſummam injuriam Sede ſua dejectus fuit? Quid dicam de Synodo Cæſareenſi an. 333, & Tyria an. 335, in quibus Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus magnus ille Nicænæ Fidei defenſor, ac propugnator per vim ſua eſt Eccleſia deturbatus? Quid denique verba faciam de cœtibus Conſtantinopolitanis ann. 336, 338, in quibus Marcellus Ancyranus, & Paulus Conſtantinopolitanus viri & doctrina, & pietate eximii ſuæ dignitatis cingulo exuti fuerunt? Atque hi quidem erant ii Epiſcoporum cœtus, atque congreſſus, quos præ oculis habuerunt eæ Decretales, (ſeu, ut melius dicam, illi Canones, ex quibus eæ Decretales ab Iſidoro contextæ ſunt) cum decrevere, nulla vi eas pollere Synodos, quas ſua auctoritate Sedes Apoſtolica non communierat, h. e. quas Metropolitæ Vicariam Patriarchæ perſonam gerentes non convocarant.

§. IV. Equidem haud inficiari auſim, Iſidorum pinguiori Minerva, & craſſiore filo illas Decretales contexuiſſe, multa peccaſſe, Apoſtolicam Sedem non aliam quam Romanam eſſe ratum, quæ omnium Apoſtolicarum ſeu Patriarchalium Eccleſiarum propria ſunt, ea uni Romanæ Eccleſiæ attribuiſſe; Concilia a Conciliis minime diſtinxiſſe, ſed Concilia omnia Regionalia, Patriarchalia, Provincialia uno nomine appellaſse, quæque de Regionalibus dicebantur, ea Provincialibus affinxiſse. Adde nominum inſcriptiones fide laborantes, Chronologiam non firmo talo incedentem, plura verba non tempori, non loco, non rei congruentia. Verum hæc omnia non impediunt, quominus illarum Decretalium ſententia vera ſit, atque optimæ vetuſtatis, & quominus illud maneat, nullum Provinciale Concilium ratum eſse poſse, quod Apoſtolicæ Eccleſiæ auctoritate fultum non fuerit. Vides, quam facile Iſidori Decretales ſanari poſſint. (Vid. ſupra Lib. I, in Procem. Qu. VII.)

§. V. Quod ſi igitur Metropolitani eam omnem, quam habent Provincialia Concilia cogendi habendique poteſtatem, ab Patriarchali, ſeu ab Apoſtolica Sede ſibi factam acceperint, jure ſuo uſi ſunt Patriarchæ Romani, cum ſuperioribus Sæculis ſæpe ſæpius ab ſuo latere legarunt ſapientiſſimos viros, qui Provincialibus Conciliis præ-

præſiderent; (a) nec eſt, cur modo Latini conquerantur Metropolitæ, ſi recentioribus hiſce temporibus juſſi ſint Provincialium Synodorum confirmationem ab Romana Patriarchali, Apoſtolicaque Eccleſia poſtulare, atque expectare. Neque cuiquam ante Petrum de Marca (de Conc. Sac. & Imp. Lib. VI, cap. 4, n. 12.) in mentem venit dicam ſcribere Sixto V, qui (Conſtitut. XVII, Tom. IV Bullar. part. 4, pag. 396.) Sacræ Concili Congregationi poteſtatem fecit, ut Provincialium Conciliorum Decreta expenderet, emendaret, atque Apoſtolica auctoritate roboraret. Dicam certe non ſcripſerunt anno 1565 Valentini Patres, anno 1570, 1661 Mecllinienſes, anno 1582 Toletani, anno *1609* Narbonenſes, anno *1616* Salernitani, atque ut de pluribus aliis taceam, Mediolanenſes Patres a S. Carolo Borromæo coacti, qui Provincialia Concilia omnia ab ſe celebrata ab Apoſtolica Sede confirmanda curarunt. Vide ſis Collectionem Conciliorum Hiſpaniæ ab Cardinale de Aguirre concinnatam Tom. IV, epiſtolam Cardinalium Warmienſis, Aquavivæ, Urſini datam die 27 Maji 1571. Cardinali Granvellano Archiepiſcopo Mechlinienſi, epiſtolam Cardinalis Arigonii datam 27 Novembris *1611*, Tom. II Collect. Hard. col. 54, & Cardinalis Lancelloti die 23 Auguſti *1616*, & Fagnanum ad cap. firmiter, de Summa Trinitate, num. 48. (*b*).

QU.

(a) Fleury Diſcours quatrieme, num. 2. Il né s'eſt préſqué plus ténu dé Conciles dépuis lé douziémé Siécle, où n'ayént préſidé des Légats du Pape.

(b) Marchetti Critic. della Storia Eccleſiaſt. del Fleury Tom. I, art. 1, §. 1, num. 8. Incominciamo dalla maſſima accuſa, che dà il Fleury alle Novità Iſidoriane; quella, che tanto gli ſta a cuore, che ripete ſovente, e che dice aver rovinata tutta la Diſciplina Eccleſiaſtica. „ Eſſe dice lo Storico, „ poi proibiſcono di tenere alcun concilio, „ benchè Provinciale, ſenza permiſſione del Papa. " Ed altrove. „ Si dice nelle falſe Decretali, che non è permeſſo tener Concilio, ſenza l'ordine, o almeno ſenza la „ permiſſione del Papa. Voi che avete letto queſta Storia vi avete voi veduto *niente di ſimile*, non dico già nei primi tre „ ſecoli, *ma fino al nono*? " Tralaſcio altre più ſimili doglianze. Acciò dunque poſſa vederſi, *ſe niente di ſimile* ci preſenti la ſtoria precedente, ſentiamo colle parole medeſime ciò, che ne dice *Iſidoro*. Due lettere ha egli finte col nome del Pontefice Giulio I, e nella prima di eſſe parla così: *Apoſtolica tenet Eccleſia, non oportere præter ſententiam Romani Pontificis concilia celebrari*. E ciò egli ripete a nome del Concilio Niceno, nell' altra lettera a nome dello ſteſſo Pontefice *Giulio*: in due di *Marcello*: nella ſcritta a *S. Atanaſio*, e agli Egiziani: a *Felice* II, nella quinta di *S. Damaſo*, e altrove. Ecco preciſamente i ſenſi che l' Impoſtore ci ha ſcritti, i quali hanno ſomminiſtrata la ragione al Sig. *Fleury* di addebitare della deſcritta Maſſima *Iſidoro*. Ma vi ha egli *niente* di ſimile in tutta la Storia precedente? Vediamolo. Noi abbiamo una genuina lettera del Pontefice ſuddetto *S. Giulio* I, il quale ſedè nella Cattedra Romana dall' anno *337*, al *352*, cioè a dire circa ſeicento anni prima d' *Iſidoro*, e in eſſa dice così: *An ignari eſtis, hanc eſſe conſuetudinem, ut primum nobis ſcribatur, ut hinc, quod juſtum eſt definiri poſſit?* Non ſono libri apocrifi *Socrate*, *Sozomeno*, *l' autor della Storia tripartita*, e ben più vecchj del Mercatore. Or bene: il primo di eſſi dice così: *Cum Eccleſiaſtica regula interdictum ſit, ne præter ſententiam Romani Pontificis quidquam ab Eccleſiis decernatur*. *Sozomeno* dice lo ſteſſo: *Eſſe enim legem ſacerdotalem, ut irrita habeantur, quæ præter ſententiam Romani Epiſcopi fuerint geſta*. Se dunque nei Concilj faceanſi

Jus Metropolit. cum.

dalle Chieſe tutte le determinazioni occorrenti, ed aſſerito vedeſi, che niuna determinazione poſſa farſi *præter ſententiam Romani Epiſcopi*; che legge Eccleſiaſtica vi è, che nulli dichiara gli atti, che faccianſi *præter ſententiam Epiſcopi Romani*; e tutto ciò chiaramente aſſerito ritrovaſi negli indubitati monumenti del ſecol *quarto*, e del *quinto*; giuſta ſembrar può l'illazione, che nella precedente ſtoria ritroviſi *qualche coſa di ſimile* a ciò, che *Iſidoro* avea detto: *non oportere præter ſententiam Romani Epiſcopi concilia celebrari*, o come diſſe l'Autor citato della Storia tripartita: *Non oportere præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari*: facendo parlare lo ſteſſo Giulio I. E notate, che nella ſteſſa Storia del *Fleury* lib. XII, n. X, voi troverete eſpreſſo ben chiaro, che in un'occaſione di un Concilio *particolare* tenuto in Antiochia l'anno 312, il *Greco* Storico antico contemporaneo *Socrate* ci trova l'irregolatità, che a tal Concilio niuno intervenne in nome del Pontefice *Giulio*, allegando per ragione: „ qu' „ il y ait un canon, qui defende aux Egli„ ſes de *rien ordoner* (non altri che *Fleury* „ quivi parla traducendo Socrate) *ſans le* „ *conſentement de l' Eveque de Rome*. " Ecco *alcuna coſa di ſimile* alla Maſſima d' Iſidoro nello ſteſſo Storico noſtro, e nei molto precedenti tempi.

„ Queſta critica oſſervazione è ſtata fatta „ a Fleury molto tempo prima da P. Houſta „ Agoſtiniano. Anzi ſi dovrebbe dire, che „ il Sig. Ab. Marchetti l'abbia da lui copia„ ta. Non mi fa male, che egli abbia o pen„ ſato d'accordo col P. Houſta, o abbia da „ lui tolti queſti rifleſſi: mi ſpiace ſolo, che „ non abbia poſto mente alla ſolidiſſima riſ„ poſta fatta a queſto Frate dall' Apologia „ Fleuriana, che certamente non dovea diſ„ ſimulare. Eccola. Il P. Houſta ſi è getta„ to contro queſt' articolo ſeguendo il ſuo „ metodo, che è di diſſimulare le ragioni, e „ le prove dello Storico. Baſteracci dunque „ di traſcrivere ciò, che ſu queſto argomen„ to diſſe il Fleury per farne vedere la ſoli„ dità, e per ribattere le obbiezioni di que„ ſto Frate Agoſtiniano. *Il eſt dit dans les* „ *fauſes decretales* (*Fleury* Diſcours pag. „ 183, §. 2.) *qu' il n' eſt pas permis de* „ *tenir de Concile ſans l' ordre ou du mo-* „ *ins la permiſſion du Pape. Vous qui avez* „ *lù cette hiſtoire, y avez-vous rien vu de* „ *ſemblable, je ne dis pas dans les trois* „ *premiers ſiecles, mais juſque au neu*„ *vieme? Je ſcai que l' autorité du Pape* „ *a toujours été neceſſarie pour les Conci*„ *les generaux, c' eſt ainſi que ſe doit en*„ *tendre ce que dit l' hiſtorien Socrates,* „ *qu' il y a un canon qui defend aux Egli*„ *ſes de faire aucune regle ſans le conſen*„ *tement de l' Eveque de Rome. Et Zozo*„ *mene dit, que le ſoin de toutes les E*„ *gliſes lui appartient, a cauſe de la di*„ *gnité de ſon ſiege. Mais quant aux Con*„ *ciles Provinciaux & ordinaires, les cor*„ *recteurs Romains du decret de Gratien* „ *ont reconnu que l' autorité du Pape n'* „ *y eſt pas neceſſaire. En effet y a t-il la* „ *moindre trace de permiſion ou de conſen*„ *tement du Pape dans tous ces Conciles,* „ *dont Tertulien, Saint Cyprien, & Eu*„ *ſebe font mention, ſoit au ſujet de la* „ *páque, de la reconciliation des penitens,* „ *ou du bapteme des heretiques? Fut il* „ *mention du Pape dans ces trois grands* „ *conciles d' Alexandrie, qui furent tenus* „ *ſur l' affaire d' Arius avant le Concile* „ *de Nicee?*

„ Tutto ciò che quì dice il Fleury è sì „ chiaro, e sì convincente, e tanto demon„ ſtrativo per provare, che non ſi credette „ anticamente d' eſſervi biſogno della per„ miſſione del Papa per tenere i Concilj Pro„ vinciali, che il buon P. di Houſta non „ osò di eſporre queſte ragioni agli occhi de' „ ſuoi Lettori, perchè non ve ne ſarebbe „ ſtato neſſuno, che non aveſſe deriſa la di „ lui impertinenza d'aver l'ardire di negare „ un fatto sì ben provato. Non vi rincreſca „ pertanto di eſaminare ciò che objetta que„ ſto buon uomo contro una Maſſima sì „ certa. Intende d' impugnare ciò che dice „ il Fleury, che il conſentimento del Papa „ non è neceſſario ſe non per li concilj Ge„ nerali, e che in queſto ſenſo devonſi in„ tendere le parole di Socrate, e di Sozo„ meno.

„ Il P. De Houſta objetta quì, che So„ crate, e Sozomeno nel luogo cita„ to parlano della lettera del Papa Giulio „ agli Orientali. Ora non puoſſi dire, ag„ giugne queſto Religioſo, *che in queſta let-*

„ *tera*

„ *tera ſi trattaſſe di un Concilio Genera-*
„ *le*. Ma queſto buon Padre, che parla con
„ tanto di confidenza non ha apparentemen-
„ te letta la lettera, che è in queſtione.
„ Non ſi può ſe non mandarlo a leggerne l'
„ eſtratto, che ne fece il Fleury (Tom. 3,
„ l. 12, p. 25.) nella ſua ſtoria. Quel che
„ ne porta è preciſo, e formale, e non ſi
„ può accuſarlo d'aver tradoto malamente
„ il reſto. Il Papa Giulio, che vi parla a
„ nome degli Occidentali, ſi lamenta, che
„ ſi aveſſe ſentenziato contro di S. Atanaſio, e
„ Marcello di Ancira ſenza la partecipazio-
„ ne dei Veſcovi d'Occidente. *Biſognava*,
„ dice il Papa, *ſcrivere a tutti noi, affin-*
„ *chè il giudizio foſſe pronunziato da tut-*
„ *ti. Imperciochè erano Veſcovi, erano Chie-*
„ *ſe, che ſoffrivano, e non Chieſe del co-*
„ *mune, ma Chieſe, che aveano da ſe ſteſſi*
„ *governate gli Apoſtoli. Perchè non vi*
„ *ſi ſcriveva ſpecialmente in riguardo del-*
„ *la Città di Aleſſandria? Non ſapevate,*
„ *che queſt' era il coſtume di ſcriverci dal bel*
„ *principio, e che di qua dovea venire la*
„ *deciſione?* Queſte ſono le parole, che So-
„ crate, e Sozomeno ebbero in viſta quan-
„ do ſcriſſero, che vi è un Canone, che
„ proibiſce alle Chieſe di fare neſſuna regola
„ ſenza il ſentimento del Veſcovo di Roma.
„ Il Papa Giulio non ſi lamenta nella ſua
„ lettera, che ſiaſi fatto in Oriente un re-
„ golamento Eccleſiaſtico ſenza il ſuo con-
„ ſenſo, ma che ſi abbia giudicato
„ un Veſcovo d' una Cattedra Appoſtoli-
„ ca. *Non ſapevate*, dice, *che queſt'*
„ *era il coſtume di ſcriverci dal bel prin-*
„ *cipio?* è coſa chiara, che queſto Papa in
„ così dicendo faceva rifleſſo a quel che
„ s'era paſſato nel ſecolo precedente in ri-
„ guardo di S. Dioniſio d'Aleſſandria. Era
„ entrato queſti in ſoſpetto d'eſſere in errore
„ ſulla conſoſtanzialità del Verbo, e ſe n'e-
„ rano portati i lamenti al Papa Dioniſio,
„ appreſſo il quale il Veſcovo d' Aleſſandria
„ ſi giuſtificò. Queſto paſſo era regolare,
„ poichè quel Veſcovo non avea altro ſupe-
„ riore che il Papa. Giulio ne conchiudeva,
„ che ſi avrebbe dovuto ricorrere a ſe, ſe vi
„ erano dei lamenti contra S. Atanaſio,
„ perchè non ſi trattava di Chieſe, e Veſco-
„ vi Comunali, *ma di Chieſe, che gli A-*
„ *poſtoli da ſe ſteſſi avevano governate.*
„ Oſſerva di più il Fleury, che biſogna
„ molto conſiderare queſte parole del Papa:
„ *biſognava ſcrivere a tutti noi. Queſte pa-*
„ *role*, dice lo Storico, *pare che ſi ſtenda-*
„ *no a tutti i Veſcovi dell' Italia, e forſe*
„ *dell' Occidente, imperciocchè queſt' era il*
„ *coſtume di conſultarla in quei incontri,*
„ *come teſtifica S. Ambrogio, cogl' altri Ve-*
„ *ſcovi, in una lettera ſcritta all' Impera-*
„ *tor Teodoſio il Grande quarant' anni do-*
„ *po di ciò.*

„ Sembra dunque, che il penſiero del Pa-
„ pa Giulio era, che per ſindicare, e con-
„ danare il Veſcovo d' una gran Sede, co-
„ me quella d'Aleſſandria, biſognava ragu-
„ nare un Concilio Generale. Veggiamo, che
„ nel ſecolo ſeguente il Papa Innocenzo I
„ era dello ſteſſo ſentimento per raporto ai
„ Veſcovi di Conſtantinopoli, come appari-
„ ſce dalla maniera con cui diportoſſi nell'
„ affare di S. Giovanni Griſoſtomo. Scriſſe
„ più volte, che per giudicar quel Santo bi-
„ ſognava convocare un Concilio Generale
„ dei Veſcovi d' Oriente, e d' Occidente.
„ Socrate, e Sozomeno non ignoravano que-
„ ſti fatti; e non è poſſibile, che in parlan-
„ do di ciò, che dice il Papa Giulio nella
„ ſua lettera agl' Orientali abbiano creduto,
„ che queſto Papa abbia voluto dire, che
„ non ſi può tener neſſun Concilio ſenza ſua
„ permiſſione. Vedevano farſi il contrario
„ tuttodì. E' dunque giuſto, e più ragio-
„ nevole d'intender le loro parole della ne-
„ ceſſità del conſenſo del Papa pei Concilj
„ Generali come ſpiega il Fleury. "

Di più il Sig. Ab. Marchetti in queſta objezione diſſimula l' interpretazione, che Pier de Marca nel ſuo libro de Conc. Sac. & Imp. (Lib. V, cap. 12, §. 1, 2, 3.) dà ai paſſi di Giulio, di Socrate, e di Sozomeno, e ſorpaſſa la ſpiegazione, che di tutti queſti paſſi ci ha laſciato Steffano Baluzio. Non ſo darmi pace, che queſto celebre Scrittore abbia ſorpaſſate ſenza rifleſſo queſte oſſervazioni, che pure ſono importanti. Io ſono addittiſſimo al ſuo merito, e mi fo onore l'imparare dagl' eruditi ſuoi Scritti dottrina, erudizione, ed eleganza: nè mai ho potuto, che ammirare la profondità delle ſue dottrine, l' aggiuſtatezza dei concetti, l'aſſidu-

tura del diſcorſo, ed il perfetto raziocinio, che legano dal principio al fine tutte le prezioſe ſue memorie. Biſogna dunque dire, che queſt'inſigne Autore queſta volta ſentiſſe più del ſolito il peſo delle ſue occupazioni, e delle ſue cure, non eſſendo egli ſolito prendere tali granchj. Per altro era meglio o diſſimulare l'objezione, o cercar di ſuggirla, o incontrata trovar maniera di diſſiparla, e diſtruggerla; perchè altrimenti il lettore non reſta pago, e gli reſta da deſiderare la riſpoſta. Sentiamo dunque il Baluzio.

„ Antequam ulterius progrediamur, conſtituendus eſt verus, ac genuinus ſenſus „ verborum Socratis, ut videamus an congruere poſſint cum verbis epiſtolæ Julii. „ Ait ergo Socrates, Julium cum accepiſſet „ litteras, quas ad eum perſcripſerant Epiſcopi Antiochiæ congregati adverſus Athanaſium, ad eas reſcribentem graviter conqueſtum eſſe de accerbitate ipſorum epiſtolæ, deinde quod contra Canones ipſum „ ad Synodum non vocaſſent, cum tamen „ Eccleſiaſticus canon dicat non oportere res „ Eccleſiarum ad normam dirigere præter „ auctoritatem Romani Pontificis τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος κελεύοντος μὴ δεῖν παρὰ „ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης κανονίζειν τὰς „ ἐκκλησίας. Vocem γνώμην verti *auctoritatem* „ ſecutus obſervationem illuſtriſſimi Archiepiſcopi, qui vocem illam adnotat in Eccleſiaſticis rebus ſignificare ſententiam cum „ auctoritate conjunctam. Quærendus ſupereſt „ apud Julium canon Eccleſiaſticus, cujus „ meminit Socrates. Ait ergo Julius de „ Athanaſio Alexandrino & Marcello Ancirano loquens: εἰ γὰρ καὶ ὅλως, ὥς φατε, γέγονέ τι εἰς αὐτοὺς ἁμάρτημα, ἔδει „ κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα, καὶ μὴ „ οὕτως γεγενῆσθαι τὴν κρίσιν· ἔδει γραφῆναι πᾶσιν ἡμῖν, ἵνα οὕτως παρὰ πάντων ὁρισθῇ τὸ δίκαιον: quod ita vertendum latine puto: *Nam ſi, ut dicitis,* „ *omnino in culpa fuerunt, oportebat ſecundum Eccleſiaſticum canonem, & non* „ *iſto modo judicium ferri, oportebat ſcribere omnibus nobis, ut ita ab omnibus* „ *quod juſtum eſſet decerneretur*. Quorum „ verborum hunc puto ſenſum eſſe. Si Athanaſius, & Marcellus in culpa fuerunt, „ ut dicitis, præcipitandum non erat judicium. Debueratis enim primum nobis ſcribere, ut ita ab omnibus quod juſtum eſſet, decerneretur, nimirum ſecundum Eccleſiaſticum canonem, qui nihil gravioris „ momenti, cujuſmodi ſunt cauſæ Eccleſiarum „ Apoſtolicarum agi in Eccleſia ſinit abſque „ conſcientia Romanæ Eccleſiæ. Ex hoc loco „ exiſtimat Illuſtriſſimus Archiepiſcopus, Socratem, & Sozomenum collegiſſe, neceſſitatem ſententiæ Romani Pontificis in Synodis niti Canone Eccleſiaſtico.

„ Hanc explicationem probant ſequentia „ verba. Ait enim: *Epiſcopi enim erant*, „ qui patiebantur, & non vulgares Eccleſiæ „ quæ iſta patiebantur, ſed quas ipſi Apoſtoli ſuamet opera ad fidem inſtruxerant. „ Cur igitur, & in primis de Alexandrina civitate, nihil nobis ſcribere voluiſtis? An ignari eſtis hanc conſuetudinem eſſe ut „ primum nobis ſcribatur, ut hinc ἔνθεν „ quod juſtum eſt definiri poſſit? Quapropter „ ſi iſtis hujuſmodi ſuſpicio in Epiſcopum „ concepta fuerat, id huc ad noſtram Eccleſiam referri oportuit. Nunc autem nos, „ quos certiores minime fecerunt, poſtquam „ jam egerint, quod libuit, ſuffragatores ſuæ „ damnationis, cui non interfuimus, eſſe volunt. Arbitror his verbis manifeſte expreſſam eſſe Julii querelam adverſus Orientales, quod Synodum adverſus Athanaſium „ celebraſſent ſe inconſulto, cujus ante omnes „ erat expectanda ſententia; cum conſuetudo ſit, ut ad Romanam Eccleſiam referri oporteat de majoribus cauſis, ut deinde „ quod juſtum eſt definiri poſſit ab omnibus, id eſt communibus ſuffragiis Epiſcoporum Occidentalium, & Orientalium. Male autem feciſſe Epiſcopos Orientales, quod „ ipſum non admonuerunt de Concilio celebrando, itaque fruſtra petere eos, ut conſenſum addat ſententiis adverſus Athanaſium, & Marcellum latis, cum ipſe neque vocatus ad eam Synodum fuerit, neque illi interfuerit.

„ Scio, non extare in Epiſtola Julii verba illa, quæ ex Julio refert Socrates, nimirum, fixum Eccleſiaſtico canone eſſe, „ non oportere præter auctoritatem Epiſcopi „ Romani Eccleſias regulare; κανονίζειν neque

„ que illa Sozomeni, quæ ex eadem Epiſtola refert; εἶναι γὰρ νόμον ἱερατικὸν, ἄκυρα ἀποφαίνειν τὰ παρὰ γνώμην πραττόμενα τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου. Quæ ſic verſa ſunt ab Henrico Valeſio: *Legem enim eſſe Pontificiam, ut pro irritis habeantur, quæ præter ſententiam Epiſcopi Romani fuerint geſta*. Scio, inquam, hæc non extare in Epiſtola Julii, ut neceſſe non erat reddi ipſamet verba. Satis enim fuit hiſtoricis illis, ſi ſenſum verborum Julii redderent. Id vero illos feciſſe manifeſtum eſt. Ait enim Julius, canone Eccleſiaſtico conſtitutum eſſe, ut cauſæ Eccleſiarum Apoſtolicarum non definiantur inconſulta Sede Romana; hanc eſſe conſuetudinem, ut primum ad eam ſcribatur, ut deinde quod juſtum eſt definiri poſſit communibus ſuffragiis, Epiſcoporum Occidentalium, & Orientalium. Fruſtra petere ab eo Orientales, ut conſenſum ſuum addat rebus jam conſtitutis. Hoc eſt dicere ſecundum Socratem & Sozomenum: Debueratis, o Epiſcopi, qui apud Antiochiam conveniſtis, debueratis primum vocare nos ad Concilium, hoc eſt, primum nobis ſcribere de hac cauſa, cum ſciretis, canonem, ſive legem Eccleſiaſticam eſſe, ſeu illa ſcripta eſſe, ſive conſuetudine tantum inducta, ut nihil gravioris momenti agere in Eccleſia liceat abſque auctoritate noſtra. Itaque quoniam judicium, non ſervato ordine peregiſtis, judicium quod a vobis latum eſt abſentibus nobis, cum conſenſu noſtro præterea deſtituatur, quem non obtinebitis, irritum erit.

„ At, inquies, ubinam eſt νόμος ille ἱερατικός, cujus meminit Sozomenus? Jam reſpondi neceſſarium non eſſe, ut hiſtoricus retineat ipſamet auctorum verba, ex quibus hiſtoriam ſuam conficit; & adhuc reſpondere poſſum, ita putaſſe etiam Socratem, & Sozomenum, qui diverſis omnino verbis uſi ſunt in hac cauſa, tametſi uterque ſe profiteantur accepiſſe ex Epiſtola Julii. Quod enim Sozomenus dixit νόμον ἱερατικὸν, alter dixit ἐκκλησιαστικὸν κανόνα. Quin & interpretes quoque interdum ſupplent ſenſum auctorum ſuorum ut etiam Valeſii exemplo probare poſſumus. Legitur apud Euſebium in Libro III de vita Conſtantini cap. VII. Πόντος τε, καὶ Γαλατία, καὶ Παμφυλία, Καππαδοκία τε, καὶ Ἀσία, καὶ Φρυγία τοὺς παρ' αὐτοῖς παρεῖχον ἐκκρίτους. *Pontus item, Gallatia, Pamphylia, & Cappadocia, Aſia quoque, & Phrygia, lectiſſimum quemque ex ſuis præbuere*. Hunc locum deſcribens Socrates, Galatiam, & Cappadociam omiſit, & Pamphiliam poſt Aſiam, & Phrygiam nominavit, quamvis apud Euſebium prior ordine recenſita inveniatur. Nam hæc omnino ſunt verba Socratis ex Euſebio, ut ipſe ait, ad verbum deſcripta: Πόντος τε, καὶ Ἀσία, καὶ Φρυγία τε, καὶ Παμφυλία, τοὺς παρ' αὐτοῖς παρεῖχον ἐκκρίτους. Et tamen Valeſius ne quid heic Euſebianum deeſſet, verſionem, quam Euſebio dederat integram retulit ad hunc locum, ſupplens videlicet errorem Socratis, & quæ ab eo præpoſtere dicta erant, in ordinem revocans. Nam in iſtius verſione ſic ad verbum redditus a Valeſio eſt locus Euſebii. *Pontus item, Galatia, Pamphylia, & Cappadocia, Aſia quoque, & Phrygia lectiſſimum quemque ex ſuis præbuere*.

„ Eccleſiaſticum illum canonem, cujus ex Julio meminit Socrates, Nicenum ſextum eſſe probat illuſtriſſimus Archiepiſcopus. Quod ſi quis tamen contentionem in verbi controverſia ponere velit, rejectaque eruditiſſimi Antiſtitis explicatione adhuc quærendum putat de quo canone Eccleſiaſtico loquatur Julius, poſſum non incongrue reſpondere, canonem illum, ſive legem Sacerdotalem, nihil aliud eſſe, quam conſuetudinem illam, quæ exigebat, quemadmodum contendit Julius, uti de majoribus cauſis ad Apoſtolicam Sedem referretur. Legum enim alias eſſe ſcriptas, alias vero non ſcriptas, quæ conſuetudine, & uſu nituntur. Nam & νόμος aliquando ſignificat conſuetudinem. Et κανὼν apud auctores Eccleſiaſticos ſignificat regulam, & normam vivendi. Regularum autem Eccleſiaſticarum quædam ordine, & canone tenentur, quædam conſuetudine firmatæ ſunt, ut in Concilio Carthagine habito anno CDXVIII, diſſeruit Fauſtinus Epiſcopus Potentinus Legatus Romanæ Eccleſiæ. Itaque ſive canonem illum intelligamus de Nicæno Sexto, ſive de regula Eccleſiaſtica ex conſuetudine deſcendente, manet idem verborum ſenſus. “

Fin

Fin quì il Baluzio. Confeſſo il vero che il Sig. Marchetti quì mi laſcia ſorpreſo. Qualch'altro direbbe francamente, che egli ha copiato ciecamente il P. Houſta ſenza leggere nè l'apologia fatta al Fleury, nè il De Marca, nè il Baluzio, e nemmeno l'iſteſſo Fleury. Ma sì grande è il concetto, e tant' alta l'eſtimazione, che profeſſo al merito ſuo diſtinto, che fa, ch'io piuttoſto giudichi di travedere, che di tacciare queſt' illuſtre Soggetto di tali negligenze, ed omiſſioni. Io dunque ſono in neceſſità di credere, che l'Ab. Marchetti aveſſe letto l'Apologiſta del Fleury, il De Marca, ed il Baluzio aſſai prima di ſcrivere la critica del Fleury, e che abbia citato il Baluzio ſenza averlo preſente fidandoſi un po' troppo della memoria. Perchè ſe lo aveſſe avuto ſotto gl'occhi non potea aſſolutamente paſſar oltre ſenza riflettere a tutte quelle validiſſime ragioni, che provano ad evidenza non eſſerſi ne' paſſi di Giulio, di Socrate, e di Sozomeno trattato di Concilj Provinciali; ma di Concilj Generali, di cauſe maggiori, di Veſcovi delle Sedi primarie, che non avevano altri ſuperiori, che il Papa od i Concilj Generali. Se queſta non è la ſua giuſtificazione, chi può ſalvarlo?

Diſcendete un ſecolo appreſſo, e ritroverete nel medeſimo Fleury rapportato il rimprovero fatto la Lucenzio Legato di S. Leone I, e fatto alla metà del quinto Secolo, e fatto nella pubblica azione prima del Concilio Generale di Calcedonia in queſti preciſi termini. *Synodum auſus eſt facere ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ, quod nunquam licuit, aut factum eſt.*

Anche quì ſi ſarebbe deſiderato, che il Sig. Marchetti aveſſe graziato di riflettere, che quel Sinodo, di cui favellava Lucenzio, non era Sinodo Provinciale, ma il Pſeudo-Concilio Generale Efeſino II, a cui preteſe di voler preſiedere Dioſcoro coll'eſcluſiva de' Legati di S. Leone Papa, come dimoſtra Natale Aleſſandro nella ſua Storia Eccleſiaſtica al Secolo V, cap. 3, Art. XII, §. X, pag. 178, edit. Pariſ. an. 1743.

Chiudiamo queſta materia col teſtimonio di S. Teodoro Studita, cui niuna eccezione potrà dar certamente il Fleury, sì perchè anteriore egli è alla vera Epoca delle Decretali ſuppoſte, sì perchè egli è un Padre della Chieſa Greca, la quale, a teſtimonio espreſſiſſimo del noſtro Iſtorico, non conoſceva le falſe Decretali fabbricate in Occidente. Or queſto Padre ſcrivendo al Papa Leone III, e lo rapporta Fleury, ſi lamenta di due Concilj tenuti a Coſtantinopoli, il primo pel riſtabilimento dell' Economo, il ſecondo per condannar quelli, che non volean conſentirvi. (Eran eglino queſti Concilj Ecumenici, e per affari di tutta la Chieſa?) E in ſeguito continua Fleury, S. Teodoro così parla al Papa: *Eſſi non hanno ribrezzo di tenere un Concilio Eretico di propria autorità, quantunque non avrebber dovuto tenerne neppure uno Ortodoſſo ſenza voſtra ſaputa* (a votre inſçû) *ſecondo l'antico coſtume*. Notate come ſcrivendo S. Teodoro ſenza le Decretali Latine, e prima di eſſe, già aſſeriſce *coſtume antico*, che non ſi debba tenere il Concilio Ortodoſſo, ſenza ſaputa del Papa, diſegnando evidentemente Concilj, ed affari particolari.

Anche quì nuovamente ci ſi riproduce dal Sig. Marchetti il Padre de Houſta. Non è veramente delitto il ſervirſi degl'altrui documenti, o rifleſſi per dar luce ai proprj Scritti, ma l'inſerire in un'Opera un' objezione ſenza portarne in ſeguito la riſpoſta, fa che il lettore dubiti o della giuſtizia della cauſa, o della ſincerità dell' Autore. Quindi ſe il Sig. Marchetti ha recata quì l'objezione del P. de Houſta doveva anche portare la riſpoſta che gli è ſtata data dall' Apologiſta Fleuriano. Eccola: *Quindi è facile riſpondere* (Vid. Giuſtificazioni dei Diſcorſi e della Stor. Eccleſ. di Fleury pag. 32.) *all' objezione, che il P. de Houſta deduce da ciò, che Teodoro Studita ſcriveva verſo il principio del Secolo nono al Pontefice Leone III. Queſto S. Abbate ſi lamentò col Papa di un Concilio, che l'Imperatore aveva convocato contro di lui a Coſtantinopoli, nel quare era ſtato condannato; e moſtra nella medeſima lettera che non ſi avrebbe potuto convocare un tal Concilio all'inſaputa di ſua Santità. Ma, dice il P. Houſta, queſto Concilio non era Generale: dunque la permiſſione del Papa è neceſſaria anche pei Concilj, che non ſon Generali . . . . Queſta objezione è ſciolta da ciò, che teſtè abbiamo detto. Allorchè gl' Imperatori convocavano dei Concilj, quand' erano alquan-*

to

no numeroſi (come lo era queſto, del quale trattaſi) prendevano ſenza molto riguardo il titolo di Ecumenici, e ſi qualificavano con queſto nome. E queſto apparentemente avrà impegnato S. Teodoro Studita a lamentarſi appreſſo il Papa, perchè quel Concilio eraſi ragunato alla di lui inſaputa; perchè effettivamente il di lui conſentimento è neceſſario pei Concilj Ecumenici ſecondo la Maſſima del Papa Giulio riferita da Socrate, e da Sozomeno: ma è ridicolo ſtendere queſto a tutti i Concilj in generale. La queſtione non è, ſe i Concilj generali ſi poſſano tenere ſenza il conſentimento, e l'autorità del Papa, il che concede anche il Sig. Fleury; ma ſe ai Concilj Provinciali ſia neceſſario queſto conſentimento, e queſt' autorità, il che nega Fleury. Se il Sig. Marchetti adunque penſava d' impugnare queſta ſentenza, dovea allegare teſtimonianze ſufficienti, che comprovaſſero queſta neceſſità per i Concilj Provinciali, non per i Concilj Generali. La Maſſima che difende il Sig. Marchetti, cioè che ai Concilj Provinciali ſia neceſſaria l'autorità Apoſtolica, o mediata, o immediata ella è veriſſima; ma ſi deſideravano delle ragioni aſſai più ſolide, e teſtimonianze più certe per dimoſtrare una verità così importante. Io dunque penſo, che per venire a capo di queſto ſuo aſſunto ſarebbe ſtato più ſpediente battere altra ſtrada.

ſubſcriberem, NIMIS MULTA VIDERENTUR. *Policrates* (ait Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum cap. 56.) *Epheſiorum Epiſcopus* CUM CÆTERIS EPISCOPIS ASIÆ ... *ſcripſit adverſus Victorem Epiſcopum Romanum Epiſtolam Synodicam, in qua docet, ſe Apoſtoli Joannis, & veterum auctoritatem ſequi.* Id ipſum dicendum & de Synodo Palæſtina, ſub id tempus celebrata, ad hanc nimirum non unius Provinciæ, ſed plurium Provinciarum Epiſcopos conveniſſe. *Papa Victor* (inquit Venerabilis Beda Lib. de Æquinoctio Verno ad Wichredam Presbyterum) *direxit auctoritatem ad Theophilum Cæſareenſis, Paleſtinæque Antiſtitem, ut quomodo Paſcha recto jure a cunctis Catholicis celebraretur Eccleſiis, inibi fieret ordinatio, ubi Dominus, & Salvator Mundi fuerat in carne verſatus. Percepta itaque auctoritate prædictus Epiſcopus* NON SOLUM DE SUA PROVINCIA, SED ETIAM DE DIVERSIS REGIONIBUS OMNES EPISCOPOS EVOCAVIT. Concilio Lugdunenſi, cui præfuit S. Irenæus anno 198, non unius Lugdunenſis primæ, ſed omnium Gallicarum Provinciarum Epiſcopos interfuiſſe oſtendit ipſe De-Marca in Diſſ. de Primatib. num. 113. Sub medium Sæculi III Firmilianus Cæſareæ in Cappadocia Antiſtes ſcribebat ad S. Stephanum: *in Iconio Piſidiæ ſe cum aliis Epiſcopis ex Galatia, & Cilicia, & cæteris proximis Regionibus conveniſſe*. Quæ certe verba non Provinciale, ſed Regionale ſeu Patriarchale Concilium nobis narrant. Quod ſi vero eorum Epiſcoporum, qui Conciliis Eliberitano, Ancyrano, Neocæſarienſi, Gangrenſi, Antiocheno Sæculo IV adfuere, numerum inieris, nomen, cognomenque notaris, ea omnia non Provincialia, ſed Nationalia fuiſſe deprehendes. Et ſi eorum temporum mores, ſermonemque didiceris, Canonem V Nicænum Provincialia Concilia ſemel atque iterum ſingulis annis habenda edicentem, non de Conciliis Provincialibus minoribus, ſed de Provincialibus Majoribus, ſeu Patriarchalibus locutum fuiſſe comperies; (Vid. ſupra Qu. II, III, XXVII.) illudque tandem mihi aſſentiri coactus eris, Patriarchales Synodos omnium primas extitiſſe, Provinciales ſerius exortas eſſe, & tamquam Patriarchalium Vicarias habitas, ac dum illæ seneſcebant, has adoleviſſe, donec hæ quoque pro temporum converſione, & rerum humanarum viciſſitudine in ſenium vergere, ſuiſque fatis agi viſæ ſunt. Adeo igitur abeſt, ex Conciliorum Patriarchalium conſuetudine Provincialium deſuetudinem extitiſſe, ut quinimmo ex Patriarchalium deſuetudine Provincialium conſuetudo ſuam originem ſumpſerit.

§. III. Quæ res igitur Patriarchalium, Provincialiumque Conciliorum filum abrupit, Generalium vero, Œcumenicorumque ſpem omnem pene incidit, ſuſtulitque? Dicam, ſi potero brevi, multaque quæ hac de re dici poſſunt, conferam in pauca. Donec Chriſtiana Religio externis hoſtibus magis quam domeſticis laboravit, & quamdiu cum Judæorum, Ethnicorumque ſuperſtitione confligendum illi fuit, atque decertandum, domeſtica conſilia capere tuto poterat, nullumque ab ſuis periculum ſibi metuens, creberrimos, quotidianoſque conventus agere, conjunctiſque ſuorum viribus communem Chriſtiani nominis hoſtem oppugnare. Itaque Eccleſiarum Præſides, cum de re aliqua deliberaturi erant, ſuæ Eccleſiæ Senatum convocabant,

(*a*) haud quidquam unquam niſi in Presbyterorum conventu, atque ex eorum ſententiâ decernere auſi. *Hoc verecundiæ* (ajebat Cyprianus epiſt. 19, pag. 42, Edit. Oxon.) *& diſciplinæ, & vitæ ipſi omnium noſtrum convenit, ut PRÆPOSITI CUM CLERO CONVENIENTES, præſente & ſtantium plebe, quibus & ipſis pro fide, & timore ſuo honor eſt habendus, DISPONERE OMNIA CONSILII COMMUNIS RELIGIONE POSSIMUS.* Et Epiſt. 14, pag. 32. *A primordio Epiſcopatus mei ſtatui nihil SINE CONSILIO VESTRO, ET SINE CONSENSU PLEBIS MEÆ PRIVATIM SENTENTIÆ GERERE.* Et Epiſt. 34, pag. 68. *Deſideraſti quoque, ut de Philumeno, & Fortunato Hyppodiacono, & Favorino Acolytho, qui medio tempore receſſerunt, & nunc venerunt, quid mihi videatur, reſcribam. Cui rei non potui me ſolum Judicem dare, cum multi adhuc de Clero abſentes ſint, nec locum ſuum vel ſero repetendum putaverunt, & hæc ſingulorum tractanda ſit, & limanda plenius ratio, NON TANTUM CUM COLLEGIS MEIS, SED ET CUM PLEBE IPSA UNIVERSA.* Cum vero per ea tempora, ſæviente undique adverſus Chriſtianos, ac potiſſimum adverſum Epiſcopos perſecutione, Epiſcopi omnes ſimul una coire non poſſent, quod ſinguli in ſuis Eccleſiis, Concione advocata, ſtatuerant, aliis Eccleſiis per Epiſtolas Communicatorias ſignificabant, (*b*) atque ita Eccleſiæ omnes

omnium

(a) Thomaſſin. de V. & N. E. D. Part. II, Lib. III, cap. 75, §. 1. Non ſane dignitate inter Synodos, at certe antiquitate præſtare videntur eæ, quæ Diœceſanæ dicuntur. Necdum procellæ perſecutionum detumuerant, eoque necdum fas erat Epiſcopos Provinciæ convenire, necdum forſan Metropoleon diſcrimina a jure ſatis explorata aut conſtituta erant, cum facillime poſſet jam inde ab initio Epiſcopus quilibet Clerum ſuum congregare. Quæ amplitudine omnibus eminent, ea antiquitate cæteris viciſſim cedunt Concilia Œcumenica, ut quæ niſi reddita pace & libertate ſub Conſtantino coaleſcere non potuerint.

(b) Cabaſſutius in Diſſ. de Litteris Formatis. Formatis pariter accenſendæ ſunt encyclicæ, ſive circulares Epiſtolæ, quæ vel ab Epiſcopo Romano, vel a Primate, vel ab inferiore Prælato, vel a Synodo tranſmittuntur ad plures Eccleſias, vel perſonas diſtribuendæ, ſive in cauſſa fidei, ſive in rebus diſciplinæ, ſive ad indicendas preces, aut jejunia, vel ad fideles de aliis rebus admonendos.

Ibid. Inter commoda innumera, & emolumenta, quæ in univerſam Eccleſiam per formatas diffunduntur, primum dignitatis habebat olim locum admirabilis illa fidelium toto terrarum orbe in unitate fidei, in officiis charitatis, & ſanctitate diſciplinæ communio. Religioſiſſimam iſtam civitatem æmulati ſunt Schiſmatici, & Hæretici, ſed nunquam aſſequi potuere. Hoc unitatis Eccleſiæ argumento tamquam inevitabili telo Tertullianus, Cyprianus, Auguſtinus, hæreticorum ſectas impugnarunt, & profligarunt. Optatus lib. 2 contra Parmenianum, recenſita Epiſcoporum Romæ, a Petro ad Damaſum uſque, ſerie; addit, *cum quo* (ſcilicet Damaſo) *nobis totus orbis commercio formatarum in una communionis ſocietate concordat.* Auguſtinus etiam, ut Fortunium Epiſcopum Donatiſtam affirmare auſum, ſuam ſuorumque gregalium ſocietatem ubique terrarum protendi, dum vult ſibi *Catholici*; hoc eſt univerſalis denominationem vindicare, falli manifeſte convincat; ſic ſcribit epiſt. 163 ad Eleuſium: *Quærebam* (ait) *ab eo, utrum communicatorias epiſtolas, quas Formatas dicimus, poſſet quo vellem dare? & affirmabam quod manifeſtum erat omnibus hoc modo facillime illam terminari quæſtionem poſſe.* Refert Gregorius Nazianzenus invectiva I in Julianum, ſceleſtiſſimum iſtum apoſtatam invidia concitatum, transferre in

Gen-

omnium quæ in ſuis Synodis ſtatuebantur, ſe ſe invicem certiores faciebant, ita ut ex hac inter ſe conſiliorum communicatione ac participatione Generalis quædam Synodus oriretur, aleretürque, atque hinc Univerſa Eccleſia uno doctrinarum, morumque conſenſu, concentuque jungeretur, atque contineretur.

*§. IV. Quod ſi aliquando contingeret, ut aliquod eorum vinculorum, quibus Eccleſiæ inter ſe conſtrictæ tenebantur, diſſolveretur, tunc, ſtatim ac perſecutionis flamma reſediſſet, ac ab rabida tyrannorum vi ſibi licuiſſet, Epiſcopi Eccleſiarum præſertim Apoſtolicarum unum in locum conveniebant, ſuarum Eccleſiarum traditiones in medium conferebant, videbantque quinam eorum ab more Majorum, a veteri diſciplina, ab Apoſtolorum traditione diſceſſiſſent. Hinc in controverſia de Paſchate celebrando, quæ Eccleſiarum pacem nonnihil turbaverat, Concilium Romanum, Aſiaticum, Palæſtinum, Corinthiacum; in cauſa iterandi hæreticorum Baptiſmi, quæ animorum conjunctionem tantum non disjunxerat, Synodi Romanæ, Africanæ, Orientales.

§. V. Poſtquam vero Eccleſia a cruciatuum, ſuppliciorum, cædium metu reſpiravit, atque a fluctibus ſervitutis emerſit, publicæque libertatis potita fuit, tunc inteſtinorum malorum incendio cœpit conflagrare, belliſque hoſtilibus, atque externis, uti fieri ſolet, civilia atque domeſtica ſubierunt. Vidit quartum Eccleſiæ ſæculum Concilia Conciliis pugnantia, Heterodoxorum Conventicula Ortodoxorum conventibus decertantia. Hinc pro Donatiſtis dimicabant Concilia Carthaginenſia anni 311., & anni 330. Adverſus Donatiſtas certabant Concilium Romanum anni 313, & Arelatenſe anno 314. Illinc ab Arianis ſtabant Concilia Antiochena an. 328, al. 330, al. 331, 340, 341, Cæſareenſe an. 333, al. 334, Tyrium ann. 335, Conſtantinopolitanum ann. 336, Philoppolitanum ann. 347, Mediolanenſe ann. 355. Contra Arianos telum acerrimum erant Concilia Alexandrina ann. 319, 320, 324, 340, 362, Nicænum 325, Romanum 341, Sardicenſe 347.

§. VI. Licet autem Sæculo IV civilis diſcordia hæreticorum coitiones adverſus Catholicorum Concilia, atque in Catholicæ fidei perniciem armaſſet, nondum tamen ſuas tædas, ac faces intra ipſa Catholicorum Concilia intulerat, nec tribunitius furor Catholicarum partium Epiſcopis ſua arma miniſtrabat. At Sæculo V Civilia Eccleſiæ bella in ipſis etiam Catholicorum congreſſibus, ac Synodis exarſere. Quot, quantæque turbæ editæ non ſunt anno 431 in Concilio Epheſino? (c) Joannes Antiochenus, Orientaleſque Epiſcopi Cyrillum Alexan-

---

Gentiliſmum propoſuiſſe multos laudabiles, quibus Eccleſia florebat ritus, ac præſertim litteras formatas.

Euſebius Lib. VII H. E. c. 30, refert Epiſtolam Synodi Antiochenæ ad Dionyſium Romanæ Urbis Epiſcopum, & ad Marinum Alexandrinum, quam ad omnes deinde Provincias tranſmiſerunt, qua ſignificant depoſitionem Pauli Samoſateni, & Domini in ejus locum ordinationem. *Quod quidem* (ajunt) *idcirco vobis ſignificavimus, ut & ad eum ſcribatis, & ab eo litteras communicatorias accipiatis.*

(c) Hiſtoriam Neſtorianiſmi Gallice conſcri-

xandrinum, Memnonem Epheſinum, cæteroſque Patres ſacris exſecrationibus inceſſere, hi e contra Joannem Antiochenum, Orientiſque Epiſcopos Anathemati addicere, ac diris devovere; atque inibi erat, ut omne Concilii opus in irritum caderet, ni Theodoſius Imperator inter Cyrillum, & Joannem pacem conciliaſſet, veteremque animorum conjunctionem redintegraſſet. Horret autem, ac refugit animus ea memorare, quæ in Synodo Epheſina II, anno 449, contigere. (*d*) Armatos milites huc illuc curſitantes; armorum ſtrepitu, minarumque vocibus omnia circumſonantia, ac perſtrepentia; per vim extorta quorumdam Epiſcoporum ſuffragia; ii qui impiæ Euticheris doctrinæ ſubſcribere recuſaſſent, damnati, proſcriptique; Flavianus Catholicæ Fidei vindex conſtantiſſimus anathemate damnatus, Epiſcopatu amotus, probris laceratus, verberibus ad necem uſque cæſus; Legati ipſi Sancti Leonis ſeditioſorum conatibus obſiſtentes violati, male habiti, in vincula ducti. Neque in Concilio Chalcedonenſi anni 451 tuta omnia, ac quieta fuere; ſed ſeſſione ſexta abſoluta, (*e*) omnia ab Anatholio per vim, & fraudem acta fuerunt. Quæ vero in Conſtantinopolitana II Synodo anni 553 non pertulit Vigilius Pontifex? Nonne terroribus ac minis circumundique preſſus fuit, miriſque modis vexatus, ut ab eo exprimeretur damnatio trium Capitulorum? (*f*) Nondum de Conciliis Nationalibus, nec de Provincialibus loquor. Sed ſi in Generalibus Conciliis, ubi Suprema Eccleſiæ Imperiique auctoritas factionum turbarumque inimica, ſcelerum ac fraudum vindex præſens aderat, rixæ, jurgia, violentiæ adeo bacchatæ ſunt, quid cenſendum de Synodis particularibus, in quibus minora erant pacis, ſecuritatis, concordiæque præſidia?

§. VII. Hiſce turbis, rixis, atque diſſidiis deterriti Eccleſiæ Optimates a Conciliis habendis animum, cogitationemque ſuam abduxerunt, illud magnopere veriti, ne ex hoc remedio cæteroquin optimo, atque alias perutili Eccleſiæ morbus magis ingraveſceret. *Ego, ſi vera ſcribere oportet,* (ita S. Gregorius Nazianzenus in epiſtola 55 ad Procopium) *hoc animo ſum, ut omnem Epiſcoporum conventum fugiam: quoniam nullius Concilii finem lætum, & fauſtum vidi*, nec quod

ſcripſit Ludovicus Doucinus Pariſ. 1716. Antiquiores Neſtorianiſmi Scriptores recenſet Jo: Franciſcus Buddeus Iſagoge in Theologiam Tom. II, pag. 1084. Orientales quomodo rem narrent exponit Euſebius Renandotius Hiſtor. Patriarch. Alexandrin. pag. 108, & Joſ. Simon. Aſſemanus Bibliot. Orientalis Vaticanæ Tom. III, P. II, pag. 67.

Conſuli præcipue de hoc Concilio Epheſino debent *variorum Patrum epiſtolæ ad Concilium Epheſinum pertinentes*, quas ex Codicibus Caſſinenſibus, & Vaticanis edidit Chriſtianus Lupus Lovan. 1682.

(d) Vid. Concilia Jo: Harduini Tom. I, pag. 82, Liberati Breviarium c. XII, pag. 76, Leonis Magni epiſtolam XCIII, pag. 625, Nicephor. Hiſt. Eccl. Lib. XIV, cap. 47, pag. 550.

(e) Vid. Pelagii II Epiſt. 3, Gregorii Magni Epiſt. 54, l. 7, Chriſtianum Lupum Diſſ. De Synod. Chalced. cap. 2, Noriſium V, cap. 11.

(f) Id teſtantur Italiæ Clerici in Epiſtola ad Legatos Francorum proficiſcentes Conſtantinopolim, apud Labbeum Tom. V, pag. 407.

quod depulſionem malorum potius, quam acceſſionem, & incrementum habuerit. Pertinaces enim contentiones, & dominandi cupiditates (ac ne me quaſo gravem, ac moleſtum exiſtimes hæc ſcribentem) ne ullis quidem verbis explicari queunt; citiuſque aliquis in improbitatem arceſſetur, dum aliis ſe judicem præbet, quam ut aliorum improbitatem comprimat. Et epiſt. 72. *Rurſus Epiſcopi coeunt, ac metuendum rurſus eſt, ne nunc quoque pudore ſuffundamur, ſi hæc Synodus parum lætum finem habuerit, quemadmodum & prius.* Et in Carm. X, Tôm. II.

Non ego cum gravibus, non cum anſeribuſque ſedebo
In Synodis, quæ ſe morte furente petunt.
Hic rixa, hic fera pugna, priuſque abſcondita probra,
Quæ ferale odium parte ab utraque parit.

§. VIII. Haud equidem negandum, ex Conciliis non plurima bona in Eccleſiam profluxiſſe; verum & id concedendum, multarum lacrymarum fontem inde ſcaturiiſſe. Fateri ſane cogimur, Victoria, quam Catholici ab Hæreticis in Conciliis reportarunt, nihil eſſe illuſtrius, nihil glorioſius; ſed id etiam nos meminiſſe oportet, quod dici vulgo ſolet, Victoriam in bellis civilibus malorum eſſe extremum, & quo ea major, atque inſignior, eo eſſe miſeriorem. Quantam enim, quamque ingentem ſuorum cladem, atque interitum in hiſce Victoriis Eccleſia non ingemuit? Eſt, cur de noſtri corporis incolumitate lætemur; at eſt etiam, cur ex tot membrorum amputatione dolorem ſentiamus. Quis enim temperet a luctu, cum videat Chriſtianos fere omnes, qui Meſopotamiam incolunt, quique in iis Regionibus habitant, quæ cis Euphratem, & trans Tigrim ſunt, & qui in India degunt, jam inde uſque a Sæculo V per Concilium Epheſinum ab Eccleſiæ corpore abſciſſos etiamnum in ſua hæreſi obſtinatiſſime perſeverare (g)? Quis fletum cohibeat,

(g) MS. Hiſt. Eccl. Sæc. V, part. II, cap. 5, §. X, colum. 199. Concilium Epheſinum tantum abeſt, ut contentionibus hiſce modum poneret, ut potius omnem inſtaurandæ concordiæ ſpem extingueret. Primum Johannes Antiochenus antiſtes, cæterique Orientis Epiſcopi, quorum adventum expectare Cyrillus noluerat, Epheſi coeunt, nec mitiorem in ipſum & Memnonem Epheſinum, ſocium ejus, ſententiam ferunt, atque hi in Neſtorium tulerant. Vehemens hinc & difficilis inter Cyrillum & Orientales, quorum dux Joannes erat Antiochenus, controverſia naſcebatur. Ea quidem An. CCCCXXXIII quodammodo componebatur, poſtquam Cyrillus præſcriptam a Joanne credendi formulam receperat & ſuſpectos quoſdam loquendi modos dimiſerat. Verum motus inde orti diutius in Oriente durabant. Nulla deinde ratione impediri poterat, quo minus amici, & diſcipuli Neſtorii dogma ejus per varias Orientis provincias circumferrent, & ubique cœtus colligerent ab Epheſinis decretis alienos. Perſæ nimium a pace cum Cyrillo alieni erant, atque contendere perſeverabant, Neſtorium Epheſi temere damnatum eſſe, Cyrillum vero naturarum in Chriſto diſcrimen tollere. Felicius etiam Neſtoriani dogmatis propagatio ceſſit, poſtquam in celebrem Perſarum ſcholam, quæ Edeſſæ a longo tempore floruit, ſcita Neſtorii introducta ſunt: In hac enim qui docebant ſchola, ſententias Neſtorianas non modo juventuti tradebant, verum etiam Neſtorii, ejuſque magiſtri, Theodori Mopſveſtenſis, Diodori etiam Tarſenſis libros e Græco Syriace converſos per Aſſyridem & Perſidem diſſeminabant.

Nulli autem omnium fautorum ſuorum plus

Ne-

beat, cum intelligat, Eutychianos, (*h*), quos Concilium Chalcedonenſe ab omni Eccleſiæ communione ſubmoverat, Syriæ, Ægypto, Armeniæ, Nubiæ, Abyſſiniæ, aliiſque Orientalibus Regionibus virus ſuum afflaſſe, & etiam nunc poſt duodecim, & amplius Sæcula in ſua pravitate pugnaciſſi-

---

Neſtorianum debet dogma, quam Barſumæ, qui e ſchola Edeſſena cum ſociis ejectus, & A. CCCCXXXV, Niſibenſis Epiſcopus creatus, ab An. CCCCXL, uſque ad An. CCCCLXXXV, incredibilem adhibuit ſolertiam & diligentiam, ut firmum in Perſia domicilium ei pararet: in quo adjutorem præcipuum habebat Maanem, Epiſcopum Ardaſcirenſem. Conſiliis ejus ita fortuna favit, ut hunc unum Barſumam, tamquam parentem & conditorem ſuum, merito venerentur, quotquot in Chaldæa, Perſia, Aſſyria, finitimiſque regionibus adhuc degunt Neſtoriani. Hic Pherozem, Perſarum Regem, adducebat, ut Chriſtianos, Græcorum ſententiis addictos, expelleret, in eorumque locum non modo Neſtorianos reciperet, ſed & illis Sedem Perſiæ primariam in urbibus Seleuciæ & Cteſiphonte traderet, quam *Patriarcha* ſeu *Catholicus* eorum ad noſtram uſque memoriam occupat. Hic celebrem etiam ſcholam Niſibenam erexit, ex qua egreſſi ſunt illi, qui & hoc & ſequenti ævo in Ægyptum, Syriam, Arabiam, Indiam, Tartariam, ipſamque Chinam dogmata Neſtoriana intulerunt.

Idem in Sæc. VI, P. II, c. V, §. IV. Neſtoriani poſtquam in Perſia ſtabilem ſedem nacti erant, caputque totius familiæ Seleuciæ collocaverant, pari contentione atque felicitate per Provincias extra Romanum Imperium ſitas dogmata ſua diſſeminabant. Conſtat hodie monumentis minime dubiis, in omnibus Perſiæ partibus, in India, Armenia, Arabia, Syria, aliiſque regionibus numeroſos vixiſſe hac ætate cœtus, juriſdictioni Patriarchæ Seleucienſis ſubjectos. Vide etiam Coſmam Indicopleuſtem Topographiæ Chriſtianæ Lib. II, pag. 125, in Bern. de Montfaucon Collectione nova P.P. Græcorum, cujus & Præfatio pag. XI legenda eſt.

(h) Idem l. c. §. XVI. Remedium hoc ſanandis Eccleſiæ vulneribus adhibitum Eutychianam Hæreſim minime extinxerat. Magna enim doctorum Orientalium & Ægyptiorum pars, ex varii tamen ſenſus hominibus conſtans, Concilium hoc Chalcedonenſe Leoniſque Magni epiſtolam, quam Concilium adoptaverat, vehementiſſime oppugnabat & pro una Chriſti natura certabat. Hinc motus funeſtiſſimi & bella civilia fide fere majora. In Ægypto plebs incitata Marciano Imperatore mortuo, Proterium, Dioſcori ſucceſſorem, trucidabat, & in ejus locum Timotheum Ælurum, unius naturæ *INCARNATÆ* defenſorem, in ejus locum ſubſtituebat. Qui licet juſſu Imperatoris Leonis munere pelleretur, tamen ſub Baſiliſco Imperatore, illud recuperabat. Poſt ejus obitum Chalcedonenſis Concilii amici Timotheum cognomine Salophaciolum, unius naturæ defenſores Petrum Moggum ſurrogabant. Poſteriori mandato Imperatoris cedendum erat. Verum Timotheo fato ſuo functo, Moggus tamen An. CCCCLXXXII, jubente Zenone Imperatore, & Acacio Antiſtite Conſtantinopolitano favente, cathedra Alexandrina potiebatur, Johanneſque Talaja, quem Chalcedonenſes creaverant, removebatur.

In Syriam Barſumas Abbas, alius a Barſuma Niſibenſi Neſtorianæ ſectæ ſtatore, quum a Chalcedonenſi Concilio damnatus eſſet, Eutychis dogma inſerebat: idem finitimos Armenos circa A. CCCCLX, per diſcipulum ſuum Samuelem, hac imbuebat opinione. Verum ab hac duriori ſententia, ut vulgo ſolet exponi, Syri poſtea defecerunt, auctoribus Xenaja, ſeu Philoxeno, Epiſcopo Mabugenſi, & celeberrimo Petro Gnepheo, ſeu, ut latine dicitur, Fullone. Hi enim negabant, quod Eutychen tradidiſſe ferunt, naturam Chriſti humanam abſumtam eſſe a divina, & credi tantum volebant, unam eſſe in Chriſto naturam, verum *duplicem* ſimul, & *compoſitam*. Quod quum æque, ac dogma, quod Eutychianum putatur, a Concilii Chalcedonenſis decreto diſtaret, Concilium hoc id credentes conſtantiſſime repudiabant.

Vid. etiam Joſephum Simon. Aſſemanum, Biblioth. Oriental. Vatic. Tom. II, pag. 1, 10, & Diſſert. ejuſdem de Monophyſitis huic Tomo præfixa p. II.

Idem l. c. §. V. Monophyſitarum ſecta ma-

ciſſime perſiſtere? Quis vim lacrymarum non profundat, cum ad florentiſſimam olim & nobiliſſimam Eccleſiam Græcam a Latina teterrimo, diutinoque ſchiſmate diſſociatam oculos retorquet? Nonne in Concilio (*i*) Con-

magnam Orientis partem in ſua caſtra pertraxit. Primum Anaſtaſius Imperator, Acephalorum ſive Monophyſitarum rigidiorum ſectam & dogmata diligebat, nec Severum Monachum Palæſtinum eruditum, ei ſectæ deditum, a quo Severitarum nomen accepere Monophyſitæ, in Antiochenam cathedram evehere, Flaviano remoto, An. DXIII, dubitabat. Is omnes intendebat vires, ut Chalcedonenſis Conciliis auctoritatem in Oriente diminueret, remque eorum confirmaret, qui unam in Chriſto naturam profitebantur. Ex quo hominis ſtudio graviſſimæ ſeditiones conſequutæ ſunt. Extincto vero An. DXVIII Anaſtaſio, pellebatur Severus, ſectaque, quam is tanto ſtudio dilataverat, adeo a Juſtino, ſequentibuſque Imperatoribus coarctabatur & ubique deprimebatur, ut propius ab interitu remota videretur, tametſi Sergium ſibi Patriarcham, Severi loco creaſſet.

Salutem ſuam quum prope deſperaſſent Monophyſitæ, perpaucique reſtarent ejus factionis Epiſcopi, aliis extinctis, aliis captivis, obſcurus quidam homo, Jacobus, qui ab aliis ejuſdem nominis cognomine Baradæi, aut Zanzali diſtinguitur, collapſas eorum res inſtaurabat. Inops hic Monachus, at conſtantis animi, laboriſque patientiſſimus, a nonnullis Epiſcopis carcere concluſis Epiſcopus conſecratus, pedibus totum Orientem peragrabat, innumeros Epiſcopos & presbyteros ubique conſtituebat, jacentes Monophyſitarum animos erigebat, tantumque eloquentia & ſtupenda diligentia efficiebat, ut, quum An. DLXXVIII Edeſſæ, cui cœtui Epiſcopus præfuerat, obiret, ſectam ſuam in Syria, Moſopotamia, Armenia, Ægypto, Nubia, Abyſſinia, aliiſque regionibus florentiſſimam relinqueret. Hic factiones inter Monophyſitas fere omnes extinxit, quumque tam late paterent in Oriente familiæ hujus generis, ut unus omnes Antiſtes Antiochenus imperio complecti vix poſſet; Maphrianum ſeu Primatem Orientis, qui Tagriti in Armenorum finibus reſidet, illi adjunxit. Conatus ejus haud parum Theodoſius Alexandrinus, in Ægypto, viciniſque regionibus adjuvit. Ab hoc homine, tamquam altero familiæ ſuæ parente, omnes in Oriente Monophyſitæ, Jacobitæ vocari ſolent.

Ita Græcorum veritatem tuendi ſtudio contigit, ut Monophyſitæ in ſolidam & ſtabilem ſocietatem coaleſcerent. Univerſam civitatem duo regunt ab hoc tempore Antiſtites ſive Patriarchæ, Alexandrinus & Antiochenus, qui, Syri licet & Ægyptii de nonnullis rebus inter ipſos diſſideant, litteris tamen & officiis communionem doctrinæ diligentiſſime cuſtodiunt. Alexandrino ſubeſt Abyſſinorum Primas ſeu Abbuna: Antiocheno Maphrianus ſeu Primas Orientis, qui Tagriti in Moſopotamia commoratur. Armeni proprium habent Antiſtitem, certiſque opinionibus & inſtitutis a reliquo Monophyſitarum grege ſejunguntur.

Vide Hieronymum Lobo Voyage d'Abiſſinie Tom. II, p. 36, Job. Ludolphum comm. ad Hiſtoriam Æthiopicam p. 451, 461, 466.

(i) In eo conventiculo damnata eſt memoria Romanorum Pontificum, præterquam Joannis VIII, abrogatum Concilium Œcumenicum VIII, rejecta vox *Filioque*, quæ incluſa fuerat Symbolo ad explicandam proceſſionem Spiritus Sancti etiam a Filio, ſancito anathemate in omnes, qui illam non rejicerent: Photii reſtitutio confirmata: ſtatutum denique, hanc Photianam Synodum habendam eſſe pro Synodo Œcumenica VIII. Atque hæc Legatos Apoſtolicæ Sedis, qui aderant, tuliſſe tacitos ferunt. *Etenim ad omnia, & præ omnibus ab eo* (Photio) *ut muta pecora ducti ſunt, magna cum Sedis Apoſtolicæ ignominia, ut nunquam tam ſordida, tamque indigna ab Apoſtolica Sede legatio miſſa fuerit, ſi vera eſſe dixerimus, & non conficta ſunt a Photio, quæ in ſua Synodo Conſtantinopoli celebrata hoc anno leguntur*. Baronius ad an. 879, §. 62. Subjicit idem §. 72. *Cui Synodo non, ſicut in commonitorio juſſi ſunt, præſidere Legati Apoſtolicæ Sedis, ſed Photius ſemper primo loco legitur præfuiſſe, aſſiſtentibus Legatis Apoſtolicæ Sedis. Hanc Græci lambunt, hanc venerantur, & ut divinum quod-*

Conſtantinopolitano an. 879, cui quadringenti plus minuſve Epiſcopi ſubſcripſere, tanti hujus ſchiſmatis ſemina jacta fuerunt? Nil unquam majus, nil ſanctius, nil auguſtius Concilio Tridentino vidit Eccleſia. At tanti Concilii opus eo tandem recidit, ut Dani, Novergii, Sveci, Livoniæ, Rettiæ, Curlandiæque incolæ, Finlandii, Islandii, Gronlandii, Boruſſi, Helvetii, Norici, Belgæ, Celtæ, Batavi, Britanni, Scoti, Hiberni, compluresque alii Galliarum, Germaniæque Populi ab Romanæ Eccleſiæ omnium Matris ſinu, ac gremio avulſi manerent. Sed non fuit, inquis, Concilii opus, fuit morbi vis, quæ tot gentes multitudine innumerabiles, ac locis infinitas perdidit. Nil ſane verius dici poteſt. At antea nondum ſanationis ſpes omnis occubuerat. Tunc ſolum conclamatum fuit.

§. IX. Aliquando etiam fit, ut extrema remedia morbum magis exaſperent; vulnuſque, quod lenioribus ac mollioribus pharmacis adhibitis ſanari potuiſſet, urendo, ac ſecando inſanabile fit, atque immedicabile. Neſtoriana (*k*) lues, atque Eutychiana (*l*),

quoddam oraculum obſervant atque cuſtodiunt.

Petrus de Marca lib. 3 De Concordia Sacerd. & Imp. cap. 14, §. 4. *Ignatio functo, Photius toties damnatus ſedem ſuam recepit ſuffragiis Orientalium Epiſcoporum, annitente Baſilio Imperatore. Sed illa reſtitutio integra eſſe non poterat, niſi a Sede Apoſtolica probaretur. Quare Joannes VIII, rogatus ab Imperatore, ut Eccleſiæ paci conſuleret, neceſſitati cedens, Leonis, Gelaſii, Felicis, & Concilii Africani auctoritate fretus, qui in rerum anguſtiis temperandas eſſe regulas docent, de conſenſu cæterorum Patriarcharum, & Epiſcoporum Joannes Photium ſolvit, ut videre eſt in Epiſtola germana ejuſdem Joannis, quamquam in Epiſtola a Photio corrupta hic ſenſus deſit*: & paucis interjectis: *Cæterum a culpa Joannem liberat Principis & cæterorum Patriarcharum, totiuſque Synodi Orientalis conſenſus, quem datum fuiſſe Joannes ſuis litteris ſignificat. Profert autem ad confirmationem ſententiæ ſuæ exempla Athanaſii, Chryſoſtomi, & Flaviani, qui a Synodis damnati cum fuiſſent, a Sede Apoſtolica in integrum reſtituti ſunt. Quibus exemplis quoque Photium a Joanne reſtitutum ſcribit Ivo, cum de jure diſpenſationum loquitur.*

(k) Moreri. V. *Neſtorius*. Pluſieurs Savans croyent que la diſpute de Neſtorius avec S. Cyrille n' étoit qu' une diſpute de mots. M. Bayle le prouve par des paſſages de Neſtorius, & de S. Cyrille. Voici de quelle maniére Neſtorius expoſe ſon ſentiment dans une lettre qu' il écrivit à Celeſtin, Evèque de Rome. „ Il dit, qu' ayant „ trouvè dans Conſtantinople des perſones „ qui corrompoient la Foi orthodoxe, il tâchoit de les guérir par les voyes de la douceur, quoique leur Héréſie approchât de „ celle d' Arius & d' Apollinaire, parce qu' „ ils faiſoient dégénérer l' union des deux „ natures en Jéſus-Chriſt, en confuſion & „ en mêlange, faiſant naitre de Marie la na„ ture divine, & changer la chair de Jéſus C. „ en ſa Divinitè; que ſur ce fondement ils „ donnoient à la Vierge, *Mere de Chriſt*, „ la qualitè de *Meré de Dieu*; que ce ter„ me, quoiqu' il ſoit impropre, pouvoit ſe „ ſouffrir à cauſe de l'union du Verbe & de „ l' humanitè, ſi l'on ne l' entendoit pas de „ la Divinitè, & ſi l' on ne ſuppoſoit pas „ que la Vierge eſt Mere du Verbe, ce qui „ eſt inſoutenable. S. Cyrille croyoit auſſi „ qu' ily avoit deux natures en Jeſus Chriſt, „ l' une paſſible & l' autre impaſſible. Nous „ confeſſons, dit S. Cyrille, que le Verbe „ de Dieu eſt immortel, & la vie même; „ mais nous croyons qu' il s' eſt fait chair, „ & que s' étant uni avec une chair animée „ d' une ame raiſonnable, il a ſouffert en ſa „ chair, comme il eſt dit dans l' Ecriture, „ & parce que ſon corps a ſouffert, on dit „ qu'il a auſſi ſouffert, *quoiqu' il ſoit d'une* „ *na-*

(l), antequam Epheſi, atque Chalcedone ignem, ferrumque ſubire coactæ fuiſſent, ea medicina curari poterant, quæ vitioſas partes ſanaret quin exſecaret.

§. X. Quid quod ipſa Conciliorum celebritas invita quidem, ſed tamen effecit, ut eæ Hæreſes, quibus excindendis tantopere adlaboraverant, longius ſerperent, latiuſque manarent? Ariana ſcabies, antequam in Nicæni Concilii conſpectum venire juſſa eſſet, Alexandrinæ Diœceſeos angulis concluſa latebat, nec niſi uni, aut alteri extra Alexandriæ Diœceſim cognita erat. Sed poſtquam edito in loco poſita, atque in univerſi terrarum orbis theatro in medium vocata, tunc omnium aſpectum ad ſe ſe convertit, & curioſis oculis perſpici cœpit,

„ *nature impaſſible*, & parce que ſon corps „ eſt reſuſcitè, on dit qu' il eſt reſuſcite. " Il eſt facile de comprendre, dit M. Bayle, qu'il n'y avoit qu' une diſpute de mots entre eux. Neſtorius & S. Cyrille convenoient tous deux que la Verbe, entant que tel, n' étoit pas nè de Marie, & n'ètoit uni avec une chair formée dans le ſein de la ſainte Vierge, & qui avoit été crucifiée. Ils diſputoient donc pour ſavoir ſi en conſéquence de l' union du Verbe avec l' humanitè on pouvoit uſer de certaines phraſes. Neſtorius ne le vouloit pas, parce qu' il craignoit la ſuite de ces expreſſions & qu' on ne tombat dans le ſentiment d' Apollinaire; S. Cyrille le vouloit, parce qu' il craignoit la réjection de ces phraſes. M. de la Croze penſe comme M. Bayle ſur cet article, & il prouve que Jean de Damas reconnoiſſoit la veritè. *Il faut ſavoir*, dit Jean de Damas, *que la confuſion des mots a cauſè les erreurs. Car comme les Monophyſites & les Acéphales prenant pour la même choſe le mot de NATURE & celui d' HYPOSTASE, ſont venus a dire qu' il n' y avoit qu'une nature en Jeſus C., de peur qu' ils ne paruſſent le diviſer en deux Hypoſtaſes, de même les Sectateurs de Neſtorius ont dit qu'il y avoit en Jeſus Chriſt deux Hypoſtaſes, de peur de confondre les deux natures.* M. du Pin ayant parlè & ècrit trop avantageuſement, à ce qu' on prètendoit, des ſentimens de Neſtorius, ſe fit des affaires fort ſeriéuſes.

Vide etiam Chriſt. Auguſt. Salig. de Eutychianiſmo ante Eutychetem pag. 200, Ottonem Frid. Schiitatum de vita Chrytraci Lib. II, §. 29, pag. 190, 191, Jo: Voigtium Biblioth. Hiſtor. Hæreſiologiæ Tom. I, Part. III, pag. 457, Paul. Ern. Jablonsky Exercit. de Neſtorianiſmo Berol. 1720, 8, Theſaurum Epiſtolicum Crozianum Tom. I, pag. 184, Tom. III, pag. 175, Jordanum Vie de Mr. Croze, & multos alios. Hi omnes pro Neſtorio ſtant. Quæ vero contra Neſtorium dici poſſunt, ea ſtudioſe collegit Joſ. Sim. Aſſemanus Biblioth. Clement. Vatic. Tom. III, Part. II, pag. 210.

(l) Moshem. Sæc. V, Part. II, §. 13. Multi dum vitium vitant Neſtorii, in contraria ruunt vitia. Horum nobiliſſimus Eutyches eſt, Abbas collegii cujuſdam Monachorum Conſtantinopolitani, a quo alia factio, Neſtorianæ toto genere adverſa, at rebus Chriſtianis æque peſtifera & pernicioſa, profecta eſt; quæ ſimiliter fulguris inſtar Orientem peragravit, tantumque virium eundo acquiſivit, ut Neſtorianis æque, ac Græcis, infinita negotia crearet, ampliſſimamque rem ſibi compararet. Is valde jam ſenex A. CCCCXLVIII, quo Neſtorium, cui vehementer infenſus erat, tanto fortius reprimeret, Ægyptiorum formulis dogma de perſona Chriſti explicabat, docebatque, *unam tantum eſſe in Chriſto naturam, Verbi nimirum, verum incarnatam.*

Ibid. N. X. Cyrillum ita loquutum eſſe, & ad Athanaſii auctoritatem provocaſſe, controverſia caret. Athanaſius autem utrum formulam hanc adhibuerit, necne, dubium eſt, quum multi cenſeant, libellum, in quo ea legitur, Athanaſii non eſſe. Vid. Mich. Lequien. Diſſert. II in *Damaſcenum* p. XXXI, & ſeq. Clar. Chriſt. Aug. Salig. de *Eutychianiſmo* ante *Eutychen*, p. 112, & ſeq. Syros ante Eutychen innocenter hoc loquendi modo uſos eſſe, docet Joſ. Simon. Aſſemanus Biblioth. Oriental. Vatican. Tom. I, p. 219.

pit, & rei novitate, magnarumque rerum expectatione inſpectantium animos ad ſe ſe allicere, & trahere, ſuiſque cantiunculis irretitos tenere; ac demum tot tamque multis ſui copiam facere, ut S. Hieronymus Sæculo IV vertente exclamarit, totum pene Mundum ad Arianos defeciſſe. Quod de Ariana, id ipſum de aliis inſignioribus Hæreſibus dictum volo, eas nimirum ex ipſa Conciliorum celebritate vires animumque ſumpſiſſe; quæ ſi, uti Menandriana, Cerdoniana, Montaniſtarum, Novatianorum, Sabellianorum, aliæque plurimæ, a Romana Eccleſia extra celeberrima illa Concilia præfocatæ fuiſſent, illarumque latratus contemptui, ac deſpicatui ducti, nec poſtea tantorum Conciliorum luce, ac ſplendore dignatæ, ſua ipſa obſcuritate obrutæ interiiſſent. Trahuntur Hæretici atque incenduntur gloriæ ſiti, ſuique nominis prædicatione maxime ducuntur, ad quam cum virtutibus rebuſque præclare geſtis graſſari non valeant, vitiorum nobilitate contendunt, quamque veritatis ſtudio ſibi famam comparare non poſſunt, errorum novitate aſſequi ſe ſperant, parati in Dianæ templum faces inferre, dummodo nomen ſuum eruant ab oblivione. Hoc monſtrorum genus non aliter domari poteſt, quam ſi illud penitus contemnas, ac ſpernas, ſuoque ipſorum maligno genio puniendos relinquas, nunquam profecto magis acri, & crudeli tortori ac carnifici, quam cum videt, fructum operum, & laborum ſuorum periiſſe, & qua via ſperabat ſe ad ſui nominis immortalitatem venire, comperit ſe ad irriſionem duci. Arius, Eunomius, Macedonius, Neſtorius, Eutyches, Dioſcorus, Macarius, aliique, ni eſſent Conciliorum Nicæni, Conſtantinopolitani I, ac II, Chalcedonenſis, Epheſini &c. teſtimonio cogniti, hos Vetuſtas, ut alios fortaſſe multos, oblivione obruiſſet. Non hæc eo dico, quod ea Concilia non omni veneratione, cultu, honore, ac reverentia (m) digna eſſe cenſeam, ſed ut eorum voces comprimam, qui Primores Eccleſiæ arripiunt, quod Concilia celebrare deſierint; perinde ac ſi Eccleſia nullum aliud haberet Tribunal, cui Fidei veritas, morum doctrina, Sacrarum rerum procuratio divinitus ſit commendata.

§. XI. Illud etiam accedit, ut quæ ratio olim Epiſcopos unum in locum congregabat, ea nunc non amplius vigeat. Nam olim Epiſcopi ideo præcipue convocabantur, ut ſuarum Eccleſiarum Traditiones ab Apoſtolicis uſque ductas temporibus in medium proferrent, ad quas quæ edeban-

p. 219. Caremus adhuc ſolida & accurata turbarum Eutychianarum Hiſtoria, quam tamen ſcriptam reliquit Chriſt. Aug. Salig.

(m) Apud Lab. Tom. 4 Concil. pag. 368. S. Gregorius lib. 1, epiſt. 25. *Sicut ſancti Evangelii quatuor libros, ſic quatuor Concilia ſuſcipere & venerari me fateor: Nicænum ſcilicet, in quo perverſum Arii dogma deſtruitur. Conſtantinopolitanum quoque, in quo Eunomii & Macedonii error convincitur. Epheſinum etiam primum, in quo Neſtorii impietas judicatur. Chalcedonenſe vero, in quo Eutychis, Dioſcorique pravitas reprobatur, tota devotione complector, integerrima approbatione cuſtodio.* Et lib. 6, epiſt. 2. *Si quis autem contra harum quatuor Synodorum fidem, & contra ſanctæ memoriæ Leonis Papæ tomum atque definitionem aliquid unquam loqui præſumit, anathema ſit.*

bantur Fidei definitiones poſſent explorari. Sed noſtris hiſce temporibus nulla amplius præter Romanam, Apoſtolica Eccleſia ſuperſtes eſt, quæ Apoſtolicarum Traditionum teſtis eſſe poſſit. Aliæ omnes Apoſtolicæ Eccleſiæ vel oblivioſo vetuſtatis ſitu contectæ, vel teterrima Turcarum illuvie obrutæ, vel Neſtoriana, aut Eutychiana, aut Photiana labe contaminatæ ſunt. Quamquam ſi Neſtoriani, Eutychianique Epiſcopi noſtris Conciliis intereſſent, ſuarum Eccleſiarum Traditionibus rei Chriſtianæ magis prodoſſe poſſent, quam noſtrates Epiſcopi ſuis diſputationibus. Næ in Concilio Tridentino adverſus Novatores (*n*) Tranſubſtantiationis doctrinam aliaque Catholicæ Eccleſiæ dogmata nuperrimis ſæculis adinventa obgarrientes locupletiſſimum teſtimonium dixiſſent, atque omnia ea dogmata in ſuis Eccleſiis perinde ac in Romana ſemper jam cuſtodita fuiſſe docuiſſent. (*o*).

§. XII. Quid? inquies. Anne in Ita-

(n) Admirabilem converſionem panis & vini in corpus & ſanguinem Domini appellat *tranſubſtantiationem* vocabulo maxime idoneo calumniatoribus refellendis. Sed quoniam eo ante nemo tali in re uſus erat, idcirco dogma *tranſubſtantiationis* ab hac primum Synodo inventum eſſe, dicunt recentes Heterodoxi auſu plane temerario. *Quoniam res antiqua novum nomen accepit, non vocabulo novo novæ rei virtus acceſſit*, ut verbis utar Vigilii Tapſenſis ex diſputatione Athanaſii cum Ario num. 11, pag. 634, tom. 2. Operum S. Athanaſii.

(o) Proſp. dell' Aquila Diz. Teol. V. *Preſenza Reale*, §. 6. Queſto dogma ſi dimoſtra ancora dalla preſcrizione, cioè che la Chieſa ha ſempre avuta la medeſima credenza della preſenza reale, che quella che ha ella oggigiorno. Imperocchè al riguardo del cambiamento, ch'è piaciuto ai Calviniſti di fiſſare al IX Secolo ſulla Dottrina della Eucariſtia, facendone Paſcaſio Radberto inventore della dottrina della Tranſuſtanziazione, in occaſione d'un libriccino latino, che fece ſulla Eucariſtia e che preſentò al Re Carlo il Calvo, ſi è dimoſtrato nelle Opere, alle quali gli Eretici non riſponderanno giammai coſa di ragionevole, che tal preteſo cambiamento è una chimera; che queſto trattato di Paſcaſio fu ignoto alle Chieſe di Occidente, ed a tutte le Chieſe Orientali, e che non ſi è fatto veruno cambiamento nella Chieſa Latina, poichè ha ella la medeſima credenza ſu queſto Dogma, che i Greci, come vien dimoſtrato da prove indubitabili di fatto.

In effetto un tal cambiamento, ſe aveſſe infettate tutte le Chieſe, avrebbe cagionata diviſione nel principio, ſarebbe ſtato egli la materia di quantità di quiſtioni, e di diſpute, e ci ſarebbero reſtati monumenti di queſte diviſioni. E ſi può dar coſa più ſtrana, che ſupporre un paſſaggio ancor nei punti eſſenziali dalla verità all' errore, ſenza che perſona ſe ne avvedeſſe, ſenza che la novità foſſe rimarcata da verun Veſcovo, nè Sacerdote, nè Dottore? E come ſupporre, che in un Sacramento conoſciuto da tutti, ſi poteſſe ſoſtituire ſenza maraviglia, ſenz'accorgerſi che ſi mutava ſentimento, e penſiero, la preſenza reale di Gesù Criſto, la partecipazione reale alla ſua carne, ed al ſuo Sangue, all' antica perſuaſione preteſa, che il pane, ed il vino non erano che ſegni di Geſucriſto? Queſt' è non conoſcere gli uomini, mentre voglia loro attribuirſi una tale ſtupidità; preſumere che una tal chimera ſia ſtata veriſimile, queſt' è offender la ragione.

Eſſendo dunque incontraſtabile queſto fatto, cioè che tutte le Comunioni criſtiane, tanto Greche, quanto Latine, così Siriane, che Egizie, Etiopiche, ed altre ſono unite nella medeſima fede colla Chieſa Cattolica; ne ſiegue, ch' eſſe l' hanno ricevuta dagli Apoſtoli, e conſeguentemente da Gesù Criſto; poichè è impoſſibile, che verun' altra via abbia potuto unire tante Nazioni differenti per lingua, e per coſtumi, nei punti ancor lontani dal penſiero degli uomini, come la preſenza reale di Geſucriſto nella Eucariſtia, ed il Sacrifizio continuo della ſua morte. Una tale

Italia, in Galliis, in Hiſpaniis plures etiamnum non ſunt Eccleſiæ, quæ ſi non ab Apoſtolis, ab Apoſtolorum certe diſcipulis fundatæ fuerunt, (Vide ſupra Qu. IV, §. 3, & Lib. I, Qu. XXII, N. u. x.) quarum Traditiones diſciplinæ in Conciliis ſanciendæ magno adjumento eſſent futuræ? Ita ſane, ſi quemadmodum priſcæ illæ Eccleſiæ, ita etiam priſca eorum inſtituta, conſuetudines, traditiones ſupereſſent, nec horum omnium etiam recordatio, atque memoria penitus interiiſſent. Fuit hoc quondam, fuit in omnium Eccleſiarum more poſitum, ut non alios ſibi Epiſcopos eligerent, niſi qui in earum ſinu, gremioque alti educatique eſſent, quique in ſuis caſtris meruiſſent, ac ſtipendia confeciſſent. Quamdiu viguit hic mos, ſuas quæque Eccleſia cæremonias, ritus, conſuetudines tuta cuſtodia tegebat, atque tuebatur, & nil erat periculi, ne non Epiſcopi ſuarum Eccleſiarum uſibus jam a pueris uſque innutriti ab more Majorum ſuorum, a veteri diſciplina, ab eo quod traditum erat, nunquam diſcederent, itaque tunc noſci poterat, quænam eſſent uniuſcujuſque Eccleſiæ Traditiones. At poſtquam Eccleſiis non amplius Eccleſiarum alumni, æditui que, ſed advenæ, & peregrini præfici cœperunt, tunc Eccleſiæ ſe ſe externis oblinere moribus, alienigenam obibere diſciplinam, ſuorumque priſtinorum inſtitutorum, conſuetudinum, traditionumque oblitæ in ſua ipſæ Civitate peregrinari, ac tamquam hoſpites errare viſæ ſunt.

§. XIII. Conciliorum patroni etiam in Epiſcoporum ſapientia & doctrina plurimum momenti ponunt. (Febron. l. c. cap. 6, de Concil. §. 8.) Si hæc olim fuit cauſa, cur Concilia ſæpe ſæpius haberentur, nemo miretur, ſi noſtris hiſce temporibus perpetuum ſilentium Conciliis ſit indictum. Abierunt illa tempora, quibus Epiſcopi omnigena ſcientia præditi, omnique vir-

tale uniformità non può eſſere che l' effetto d' una medeſima predicazione dall' origine del Criſtianeſimo. Così il Dogma della preſenza reale, oltre la tradizione dei Padri, e degli Autori Eccleſiaſtici, che l' hanno sì chiaramente inſegnata, e che formano una catena d' illuſtri difenſori di queſto Dogma da noi fino agli Appoſtoli, ha eziandio a favor ſuo la tradizione dei fatti, e degli uſi comuni a tutte le Chieſe. Or queſto genere di tradizione ha una forza invincibile; poichè queſt' uſi rendono una teſtimonianza pubblica, coſtante, ed uniforme alla verità di queſto Dogma.

Idem V. *Tranſoſtanziazione*, §. 2. Le Liturgie della Chieſa Greca, e Latina dimoſtrano queſto dogma. Eſſe ſuppongono come una verità indubitata, che queſta è la medeſima carne, ch' è ſtata crocifiſſa per noi ch' è offerta ſull' Altare, e che queſto è il medeſimo Sangue verſato da Geſucriſto ſulla Croce, ch' è rinchiuſo nel Calice. Dopo la conſacrazione tutte le Liturgie parlano di Geſucriſto come preſente nella carne, che ha patito per noi, e nella quale egli ha eſalato lo ſpirito ſulla Croce per i noſtri peccati. Non v' è alcuna Liturgia, nella quale il Sacerdote non s'indrizzi a Geſucriſto, come realmente immolato, come il vero Agnello. Nelle Liturgie della Chieſa Greca i Fedeli domandano a Dio, che invii il ſuo Santo Spirito per far del pane il Corpo di Geſucriſto, e del vino il ſuo Sangue. Quella degli Armeni, quella della Meſſa Egiziana attribuita a S. Gregorio, portano la voce di cambiare in vece di fare. Le Liturgie della Chieſa Latina portano la medeſima preghiera in quanto al ſenſo: *Quam oblationem ..... acceptabilem facere digneris, ut nobis Corpus, & Sanguis fiat dilectiſſimi filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

virtutum genere exculti doctrinam Evangelicam per ſe ipſi prædicabant, errores ac vitia voce, & ſcriptis oppugnabant, ſententiam ſuam de maximis rebus ſumma cum dignitate explicabant, illaque jamdudum appetiit ætas, qua Epiſcopi ab optimarum artium ſtudiis abhorrentes, atque ab omni doctrinarum genere alieni languori, deſidiæque totos ſe ſe dediderunt, vitamque ſuam in umbris, in deliciis, in otio conterentes per alios docent, per alios prædicant, per alios conſulentibus reſpondent: alieno conſilio, aliena oratione, aliena voce utuntur. Hi igitur ſunt ii Patres, qui in ampliſſimi Ordinis ſubſelliis ſedere debent, in Univerſi terrarum Orbis Senatu conſilii ſui copiam facere, de Fide, de Religione, de Chriſtianorum vita, & moribus judicare. At ſuos ſecum Theologos adducent, qui ſibi rationem, prudentiam, atque eloquentiam commodent. Aſt ego hæc non Epiſcoporum Concilia, ſed Theologorum Gymnaſia, tunc appellabo.

§. XIV. Magnum hoc hercle malum; illud vero maximum, quod Conciliorum princeps cura non amplius ſit Hæreſum extinctio, vitiorum extirpatio, diſciplinæ reformatio, ſed bellum adverſus Romanam Eccleſiam, Pontificiæ auctoritatis interitus, Apoſtolicæ Sedis occaſus. Jam in Concilio Conſtantienſi bellicum cani (*p*) cœ-

(p) Vid. Seſſ. IV, & V, Concilii Conſtantienſis. Graveſſon. H. E. Sæc. XV, Colloq. V, pag. 112, Edit. 1740. Martinus V Pontifex Maximus rogatus ut Concilii Conſtantienſis Decreta confirmaret, reſpondit ore proprio, ac poſtea per Concilii Advocatum iterari juſſit: *Quod omnia & ſingula determinata, concluſa, & decreta in materiis fidei per præſens Sacrum Generale Concilium Conſtantienſe conciliariter teneri, & inviolabiliter obſervari volebat, & nunquam contravenire quoquo modo, ipſaque ſic conciliariter facta approbat & ratificat.* Quam in rem obſervat *Spondanus* in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum MCCCCXVIII, N. V, Martinum V per hæc verba, *Decreta in materiis Fidei conciliariter in Concilio facta*, innuere voluiſſe, ſe auctoritate Apoſtolica non approbare ea, quæ in ejuſdem Concilii Decretis ſeſſionum IV, & V, de auctoritate Concilii ſupra Pontificem, & de poteſtate reformandi Eccleſiam tam in Capite, quam in membris fuerant ſtatuta. *Quamquam tamen*, inquit, *hæc poſſent ita intelligi, ut duobus caſibus, de quibus tunc agebatur, emineret abſque ulla dubitatione Concilium ſupra tres illos, qui de Pontificatu contendebant: nimirum quod incertum eſſet, quis eorum verus exiſteret Pontifex*; & *quod ſinguli eorum ſe ſe abdicationi Pontificatus ſubjeciſſent, quotieſcumque rite deliberatum eſſet quis verus exiſteret, ita ut Sedes Apoſtolica vacare cenſeretur, ac proinde rite Concilium vel unum contendentium confirmandi, vel alium eligendi auctoritatem haberet. Robertus Cardinalis Bellarminus* Lib. 2 *De Conciliorum* auctoritate cap. 19, docet, Concilium Conſtantienſe Seſſionibus IV, & V, *non abſolute definiiſſe Concilia Generalia habere à Chriſto poteſtatem ſupra Pontifices, ſed tantum in caſu, ideſt, tempore Schiſmatis, quando neſcitur, quis ſit verus Papa, nam dubius Papa habetur pro non Papa, & proinde habere ſuper illum poteſtatem, non eſt habere poteſtatem in Papam.* Et infra ſubdit: *Etſi Concilium ſine Papa non poteſt definire nova Dogmata Fidei, poteſt tamen indicare tempore Schiſmatis quis ſit verus Papa, & providere Eccleſiæ de vero Paſtore, quando is nullus, aut dubius eſt, & hoc eſt quod recte fecit Concilium Conſtantienſe.* Idem cum *Bellarmino* aſſerunt Cardinalis *Turrecremata*, *Sanderus*, & *Campegius*, ut videre eſt apud *Odoricum Raynaldum* in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum MCCCCXV. Specialem etiam Diſſertationem de Decretis Seſſionum IV, & V, Con-

cœptum eſt, & in Baſileenſi (*q*) tela etiam torqueri. Nec alio ſpectant eorum voces, (*r*) qui Concilia ſummopere neceſſaria, ac maxime expeten-

Concilii Conſtantienſis edidit *Emmanuel Schelstratius*, in qua quatuor potiſſimis argumentis probat, Decreta harum Seſſionum dubiæ eſſe auctoritatis. Primo, quia Decretum Seſſionis IV Concilii Conſtantienſis, prout ad nos pervenit, genuinum non eſt. Secundo, quia Decreta Seſſionum IV, & V, ſine debita & communi deliberatione ab una tantum Obedientia, videlicet Joannis XXIII, eaque non integra, edita ſunt, proteſtantibus etiam contra illa Cardinalibus, & Galliæ Regis Oratoribus. Tertio, quia Concilium Conſtantienſe Seſſionibus IV, & V, non ſufficienter univerſam repræſentabat Eccleſiam. Poſtremo, quia nec Patres Conſtantienſes, poſt trium Obedientiarum unionem, nec Martinus V Pontifex Maximus, hæc Seſſionum quartæ, & quintæ Decreta unquam confirmarunt.

(q) Vid. Auguſtinum Patricium in Hiſtoria Concilii Baſileenſis & Florentini apud Labbæum Tom. XIII Conc. pag. 1599.

Concilii Baſileenſis acta continentur Seſſionibus quinque & quadraginta. Legitimum & Œcumenicum fuit ſub initium dumtaxat; inſurgens poſtea contra Pontificem evaſit in Conciliabulum Satanæ, & ſeniores Epiſcopi ſe ſubduxere ab eo. Hinc ejus Sanctiones vanæ, & Amedeus ſuffectus Eugenio IV Pontifex falſus. Vid. Bellarminum L. III de Eccl. militante cap. 16, ad 6.

(r) Petrus de Aliaco Cardinalis Cameracenſis in Canonibus reformandi Eccleſiam Kal. Nov. an. 1416, in Concilio Conſtantienſi oblatis Cap. I, apud Hermannum Von der Hard. Act. Concil. Conſtant. Tom. I, Part. 8, pag. 412. „ Si Concilia ſæpius celebrata fuiſſent: veriſimile eſt, quod hoc nefandum ſchiſma non tam diu perduraſſet, „ nec forte Schiſma Græcorum. Unde hujuſmodi ſchiſmatibus debuiſſet cito per Concilium generale provideri. Ut in primitiva „ Eccleſia docuerunt Apoſtoli, prout legitur „ *Actorum* VI, quod quia ortum murmur „ Græcorum adverſus Hebræos &c. ſtatim „ XII Apoſtoli ipſum convocata multitudine ſedaverint. Similiter Act. XV, orta diſſenſione propter obſervantiam legalium, „ ſtatim Paulus & Barnabas aſcenderunt ad „ Apoſtolos in Hieruſalem. Unde patet, „ quam damnabiliter peccaverint illi, ſeu „ Principes, ſeu Prælati, qui pro ſedatione „ hujus ſchiſmatis, convocationem Concilii „ neglexerunt aut impediverunt. " Addit deinde Cardinalis Cameracenſis: " Item aliqui ſunt caſus ardui neceſſario reformandi, „ in quibus non poteſt commodius quam per „ Generale Concilium provideri. Sicut patet „ primo de reformatione Curiæ Romanæ; „ quæ ut infra dicetur neceſſaria eſt. Et tamen nonniſi per Generale Concilium fieri „ poteſt. Et ideo non debet Romana Curia „ indignari, ſeu reſpuere a generali Concilio „ reformari. Sicut nec contempſit a generali Concilio plures ſui principatus honores „ recipere. Quia licet principaliter Romana „ Eccleſia principatum habuerit a Domino, „ tamen ſecundario a Concilio ut dicit Gloſſa Diſt. XVII, ſuper cap. 6. "

Febronius de Statu Eccl. Tom. I, cap. VI, §. 7, num. 9. Sicuti Generalia Concilia in quibuſdam occurrentiis, juxta humanæ conditionis fragilitatem non raro obvenientibus, neceſſaria ſunt, ita *frequens* eorundem celebratio Spiritui Eccleſiæ & Canonicis Sanctionibus conformis eſt. „ Inter varia Statuta a „ Conſtantientibus Patribus edita, *nihil ſapientius utiliuſque* proviſum ordinatumque fuerat, quam ut frequentia haberentur Concilia Generalia, in quibus, ut ipſi „ ajebant, *hæreſum errores, & ſchiſmatum vepres & tribuli extirparentur, exceſſus corrigerentur, deformataque reformarentur*; ſicque excultus Dominicus ager frugem uberrimæ fertilitatis produceret, unde „ ſolemni ſanxere decreto, uti aliud Concilium poſt quinquennium a præſentis Conſtantienſis fine computandum celebraretur; indeque tertium ſeptennio elapſo a „ Summo Pontifico & Concilio pariter indicendum in qua mallent civitate; ac deinde de *decennio in decennium*. Abſoluto „ itaque anno 1418 Conſtantienſi Concilio, „ Papienſe conſequenter anno 1423 incœptum „ eſt, quod propter vigentem ea in Urbe peſtem translatum eſt in Senenſem civitatem.

„ Quo

rtenda eſſe clamant, quam ut prœlium Pontificium inſtauretur, & pugna vehementius recaleſcat. Hoc tubarum clangore admoniti Summi Pontifices, adverſus ſe in Conciliis aciem inſtrui, arma parari, videnteſque, Pontificiam Dignitatem in magno motu temporum, magnaque in converſione rerum, ac perturbatione verſari, nec ullibi majora, quam in Conciliis, pericula ſuo capiti impendere intelligentes, nihil minus pati poſſunt, quam Epiſcoporum congreſſus, eoſque non ſecus ac ſeditioſorum, ac conjuratorum civium manum exhorreſcunt.

§. XV. Hiſce omnibus adde ingentem Janſeniſtarum ſeu Anarchiſtarum, Phyſiotheorum, Atheorum, Spinoziſtarum, aliorumque male de Religione ſentientium numerum, quos recentior Philoſophia peperit, quique in Fidei Catholicæ ſimulatione latent, & in Conſcriptorum Patrum cenſum quotidie jam obrepunt. Quæ turbæ, quotque mala ab hiſce peſtibus in Conciliorum ſubſelliis locum occupantibus non ſunt metuenda?

§. XVI. In hoc tam miſero rerum ſtatu quid potius, quam ut ad priſtinam ſui Regiminis formam redeat Eccleſia, eamque in erroribus excindendis, vitiis evellendis teneat conſuetudinem, qua primis temporibus utebatur, tum cum Ethnicorum hoſtium vim collo & cervicibus ſuſtinebat? Quarta jam Chriſtiani nominis ætas terebatur, cum primum Univerſa Eccleſia hæreſibus configendis unum in locum congregata fuit. Antea Romana Eccleſia non ſine aliarum Eccleſiarum aſſenſione, quæ vel anteiverat, vel conſequebatur, extra Generalia Concilia quadraginta & amplius Hæreſes non ſolum confixerat, ſed etiam extinxerat. (s) Tertium jam nunc a Con-

---

„ Quo ſequenti anno 2 Martii finito, indi- „ ctum in ſeptennium eſt Baſileenſe anno „ 1431, die 3 Martii inchoandum &c. " Ita Martene & Durand. *Collectionis ampliſs.* Tom. VIII, in Præfat. num. 2. Patres Concilii Baſileenſis in Epiſtola ad Eugenium Papam apud Harduinum Tom. VIII, col. 1341, dicunt, illud Capitulum *Frequens* Seſſ. XXXIX, ita eſſe in Eccleſia neceſſarium, ſicut oculus in capite. Dixerant iidem ante col. 1334, in Papæ poteſtate non eſſe hoc Decretum abolere, vel ejus diſpoſitionem fruſtatoriam reddere; *eſſet enim*, inquiunt, *contra mentem Eccleſiæ, quæ illud pro univerſali Eccleſiæ ſtatu conſervando edidit, de quo Pontifex* non diſponit *aut diſpenſat*.

(s) Proſper ab Aquila V. *Eretici*. Secondo la più eſatta ſupputazione, che poſſa farſi, le Sette degli Eretici ſi riducono al numero di cento, delle quali ſono quarantatre innanzi il Concilio Niceno, cioè:

I. Dei Simoniani diſceſi da Simon Mago.
II. Dei Cerintiani.
III. Degli Ebioniti.
IV. Dei Nicolaiti.
V. Dei Menandriti.
VI. Dei Baſilidiani.
VII. Dei Carpocraziani.
VIII. Degli Elceiti.
IX. Dei Millenarj.
X. Degl' Iſidoriani.
XI. Degli Adamiti.
XII. Degli Eracleoniti.
XIII. Dei Valentiniani.
XIV. Dei Cerdoniti.
XV. Dei Secondiani.
XVI. Dei Marcoſiani.
XVII. Dei Quartodecimani.
XVIII. Dei Colarbaſiani.
XIX. Dei Maroniti.
XX. Dei Taziani.
XXI. Degli Apelliti.
XXII. Dei Montaniſti.
XXIII. Dei Severiani.
XXIV. Degli Ofiti.
XXV. Dei Melchiſedechiani.

XXVI.

a Concilio Tridentino ſæculum procedit, totoque hoc tempore quæ ſubortæ ſunt Hæreſes, omnes Romanā Eccleſia confodit, (*t*) quin ulla in Schiſ-

XXVI. Dei Cainiti.
XXVII. Degli Antiratti.
XXVIII. Dei Taſcodrugiti.
XXIX. Dei Quintiliani.
XXX. Dei Catafrigj.
XXXI. Dei Settani.
XXXII. Dei Simmachiani.
XXXIII. Degli Appoſtolici.
XXXIV. Dei Patripaſſiani.
XXXV. Degli Ermogeniſti.
XXXVI. Dei Sabelliani.
XXXVII. Dei Valeſiani.
XXXVIII. Dei Novaziani.
XXXIX. Degli Apulei.
XL. Dei Manichei.
XLI. Degli Jeraciti.
XLII. Degli Origeniſti impuri.
XLIII. Dei Donatiſti.

(t) Graveſſon. Tom. V. H. E. pag. 112. Mitto duos Sæculi XVI Theologos *Michaelem Bajum*, & *Guillelmum Poſtellum*, quorum prior aliquot errores circa Gratiam & liberum arbitrium, concupiſcentiam &c. ſeptuaginta novem propoſitionibus comprehenſas, & a S. Pio V damnatos, docuit, ſed ſtatim ſumma animi demiſſione palinodiam decantavit *Michael Bajus*, Facultatis Lovanienſis Doctor ac Cancellarius. Alter vero, ſeu *Guillelmus Poſtellus*, ex nimia Rabbinorum lectione, & Aſtrorum contemplatione in abſurdos errores lapſus eſt, a quibus tamen reſipuit, & poſt multa, quæ exhibuit, ſinceræ pœnitentiæ ſigna, in Fide & pace Catholicæ Eccleſiæ migravit e vita.

Pag. 113. Primus Novator Sæculi XVII fuit *Iſaacus Pereyrus*, qui commentus eſt *Præadamitarum* Syſtema, quo probare contendit ante Adamum extitiſſe homines a Deo creatos, quos ideo *Præadamitas* appellavit. Verum *Pereyrus*, qui erat natione Gallus, & Hæreticus Calviniſta, coram Alexandro VII Pontifice Max. Sectam *Calvini* ejuravit, & ſuum de chymericis Præadamitis Syſtema damnavit.

Alter Sæculi XVII Novator fuit *Marcus Antonius de Dominis*, Archiepiſcopus Spalatenſis, qui in Apoſtaſiam & Hæreſim lapſus, virulentum librum de *Republica Chriſtiana* contra Catholicam Fidem & Primatum Romani Pontificis ſcripturivit: a ſuis tamen erroribus reſipuit, ac propediem moriturus Sacramentis Eccleſiæ munitus, editis pœnitentiæ ſignis e vita diſceſſit.

Tertius Novator eſt *Edmundus Richerius*, Sacræ Facultatis Pariſienſis Doctor, qui librum edidit de *Eccleſiaſtica*, & *Politica Poteſtate*, in quo auctoritatem Eccleſiæ & Romani Pontificis nimium deprimebat, & Politicam Poteſtatem plus juſto extollebat. Sed ad ſaniorem mentem, melioremque frugem ſeſe poſtea recepit *Richerius*, librum erroreſque ſuos palam deteſtatus eſt, & ultro faſſus eſt, Eccleſiam Romanam eſſe Matrem, & Magiſtram omnium Eccleſiarum, & infallibilem veritatis judicem, atque in ea Fidei profeſſione conſtanter ad obitum uſque perſeveravit.

Pag. 114. Aliorum Sæculi XVII, & Sæculi XVIII, Novatorum hæreſes aut errores damnarunt Romani Pontifices. Innocentius X, & Alexander VII, tamquam hæreticas proſcripſerunt quinque famoſas *Cornelii Janſenii* propoſitiones, quæ tot ac tantas in Eccleſia excitarunt tragœdias. Quadraginta quinque erroneas, & in doctrina Morali perniciosiſſimas quorundam laxiorum Caſuiſtarum propoſitiones confixit itidem Alex. VII Pontifex Maximus. Spurciſſimam *Michaelis Molines* Hæreſim profligavit *Innocentius* XI Pontifex Sanctiſſimus, qui etiam modernorum laxiorum Caſuiſtarum propoſitiones ſexaginta quinque, tendentes ad perniciem morum, & a quibus abhorruiſſent Pagani non omnino flagitioſi, gravi cenſura inuſſit. *Alexander* VIII duas propoſitiones laxiorum Caſuiſtarum, quarum una peccatum Philoſophicum adſtruebat, altera homines per totum vitæ ſpatium a neceſſitate amoris Dei liberabat, damnavit, & cenſura acriter perſtrinxit XXXI Propoſitiones quorundam rigidiorum Caſuiſtarum. *Clemens* XI Pontifex Maximus, ſub initium Sæculi XVIII, Ritus, quibus Sinenſes Cœlum; Philoſophum *Confucium*, & parentes defunctos colunt, quoſque nonnulli Chriſtiani Miſſionarii Chriſtianis licitos eſſe affirmabant, tamquam ſuperſtitioſos & Idololatricos prohibuit, & ut tales ſolemni Conſtitutio-

Schiſma deſierit. Quemadmodum enim primitiva Eccleſia ante Nicænum Concilium non in abdicandis filiis, ſed in adoptandis laborans cura intentiſſima Hæreſes quidem atro carbone notabat, Hæreticos autem non ab Eccleſia, ſed ab errore dimovebat; verbo, vulnera curabat, non membra exſecabat, ita etiam Eccleſia noviſſima poſt Tridentinum Concilium primitivæ exemplum ſecuta, ejuſque veſtigiis inſiſtens de recipiendis non de expellendis civibus anxia atque ſollicita, eorum vulneribus ita medetur, ut ægritudinem, non ægrotum profliget, errores, non errantes ab ſe ſe rejiciat ea ſpe ducta, ut hi tandem ejus monitis, hortationibus, precibus, (*u*) ac patientia victi reſipiſcant, errorem ſuum exuant, ſanam doctrinam induant, Apoſtolicæ Sedis definitionibus acquieſcant, atque in ejus auctoritate tuti deliteſcant. Tot enim, tamque multi rami per Superiora Concilia ab Eccleſiæ trunco abſciſſi ſunt, ut non amplius falcibus atque ſecuribus, ſed conſitionibus, inſitionibuſque opus ſit. Nam Chriſtianorum opes eo nunc in loco ſunt, ut ſi iterum habenda ſint Concilia, res Eccleſiaſtica ad cœnaculum denuo ſit reditura.

QU.

tutione data an. milleſimo ſeptingenteſimo decimoquinto damnavit. Librum *Conſiderationum Chriſtianarum* in Novum Teſtamentum, nec non centum & unam propoſitiones ex eodem libro excerptas variis cenſuris affecit idem Summus Pontif. in ſua Conſtitutione, quæ incipit *Unigenitus*, quæque promulgata eſt die VIII menſis Septemb. ann. milleſimi ſeptingenteſimi decimi tertii.

(u) II Ad Timoth. 4. *Argue, increpa, obſecra in omni patientia & doctrina.*

QU. XXX.

Ulla ne Conciliorum neceſſitas?

§. I. QUÆ quantaque ſit Conciliorum neceſſitas, dum ſcrutor, ac quæro, non loquor de iis Presbyterorum conſeſſibus, qui ſingulis Eccleſiis affixi, atque ingenerati una cum ſuo Epiſcopo Eccleſiaſtica negotia procurabant, ſacra adminiſtrabant, Judiciis præerant, quos jam cum ipſis Eccleſiis cœpiſſe palam eſt; nec de iis Epiſcoporum congreſſibus verba facio, qui Epiſcopis inaugurandis habebantur, quorum origo nonniſi ab ultimis temporibus repeti poſſe videtur; de Conciliis Provincialibus, Nationalibus, ac Generalibus, quorum non naſcentibus, ſed adultis Eccleſiis initium extitit, ſermonem inſtituo, atque hæc non ita eſſe neceſſaria, ut ſine iis conſiſtere nullo modo poſſit Eccleſia, affirmare mihi poſſe videor.

§. II. Servator, ac Dominus noſter Jeſus Chriſtus cum ſuam fundavit Eccleſiam, mandavit Apoſtolis, ut pro ſe legatione fungentes in Univerſum Orbem irent, omni Creaturæ Evangelium prædicarent: (Matth. XXVIII, 19. Marci XVI, 15.) quæ verba qua unquam ratione componi poſſint cum Conciliorum præſertim Generalium neceſſitate, viderint alii, ego certe non video. Non enim a Chriſto Domino eorum Pontificum Collegium inſtitutum eſt, qui uno omnes in loco ſubſiſterent, in eoque tamquam in ſtatione ad excubias agendas perpetuo manerent, ſed eorum, qui in remotiſſimas Regiones proficiſcerentur, longinquas Inſulas peragrarent, & diverſi diverſas Provincias obirent, atque luſtrarent. Quam grave porro onus, atque intolerandum ſuis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus impoſuiſſet, ſi ad controverſias finiendas, atque hæreſes profligandas ex ultimis terrarum, ac mundi partibus eos unum in locum convenire voluiſſet!

§. III. Quamdiu Apoſtoli Hieroſolymis morati ſunt, communibus conſiliis, curiſque rem Eccleſiaſticam geſſerunt; ſed poſtquam in varias, longeque diſſitas Regiones profecti ſunt, (ann. 44.) nuſquam amplius unum in locum congregatos eos invenio. Concilio Hieroſolymitano, cui Petrus præfuit anno Chriſti quinquageſimo primo, ex numero Apoſtolorum unus affuit Jacobus illius Regionis, Provinciæque Epiſcopus, Paulus vero & Barnabas ad illud Concilium venerant cauſam acturi, non judicaturi. (Vid. ſupra Qu. XVII, §. 3, Lib. I.) Nec Apoſtolorum Succeſſores ante Sæculum IV frequentes coiviſſe, nec ante finem Sæculi II ullum in cœtum ne infrequentem quidem compulſos fuiſſe, ullibi reperio. Quam igitur ejus rei neceſſitatem mihi prædicas, (Launojus Lib. III, epiſt. 4.) qua tamdiu caruit Eccleſia?

§. IV. At Chriſtus Dominus, inquies,

quies, tum demum Eccleſiam ſuo numine percitam, ſua vi inſtinctam, ſuoque ſpiritu afflatam, ac fallere, fallique neſciam fore ſpopondit; in ſeque recepit, cum unum in locum congregata eſſet. *Iterum dico vobis, quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in Cælis eſt. Ubi enim duo, vel tres ſunt congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum*. Matth. XVIII, 19, 20. Verum pace tua, hæc verba (*a*) aut nihil probant, aut nimis probant. Nihil probant, ſi, uti Hieronymus, & Chryſoſtomus volunt, nil aliud quam fraterni amoris vim nobis demonſtrant: nimis autem probant, ſi Conciliorum auctoritatem prædicant; illudque efficerent, quodcumque Concilium, immo quamcumque etiam Concilii particulam fallere, & falli neſciam eſſe; quod nemo unquam dixerit.

§. V. Nulla gens, urges, (Febron. de Eccl. ſtatu Cap. VI, §. 7, De Concil. General. num. 8.) nulla ſocietas ullo unquam tempore ratum habuit illud Senatus conſultum, quod a ſingulis Senatoribus Domi ſuæ ſedentibus, non vero in ipſo Senatu incluſis rogatum fuit. Quid nobis divina humano pede metiris? Non enim a Chriſto Domino Eccleſiæ ſuæ univerſale illud Concilium datum fuit, quod uti in humana Republica, ſtatis diebus, ſtatoque in loco cogi uſque deberet, quodque unicuique ſemper pateret; neque in Eccleſia, uti in Imperio, de novis legibus ferendis agendum unquam (*b*) eſt, ſed de veteribus tantum cuſtodiendis laborandum, quas Epiſcopi nullibi magis tueri poſſunt, quam in ſingulis ſuis ſtationibus, in quibus divinitus ſunt collocati. Neque vero Eccleſia Chriſti alia eſt congregata, alia diſperſa; nec quidquam vetat, quin ea membrorum, ac capitis conſenſio, quæ oritur, atque exiſtit, cum Eccleſia unius loci parietibus comprehenſa eſt, & concluſa, eadem etiam gignatur, alatur, foveatur, cum per agros, & Urbes diſperſa eſt, cum jam Epiſcopi etiam per totum orbem diffuſi Summi Paſtoris vocem exaudire, exaudirique ipſi ab eo poſſint. Quinimmo Epiſcopi in ſuis Eccleſiis majore ſentiendi libertate fruentes, non factioſorum clamoribus deterriti, non potentium vim veriti, procul a turbis, a rixis, a jurgiis ab altercationibus, bono otio abundantes, multiplici Bibliotheca adjuti, longiore ad deliberandum tempore utentes, Eccleſiæ ſuæ ſcrinia conſulentes, traditio-

(a) Divus Hieronymus, & Theophilactus ſecuti Origenem has duas ſententias etiam ſpiritualiter intelligunt, ſic ut uni etiam conveniat, & ſignificetur, quod ubi corpus, & anima, vel tria hæc, nempe Spiritus, anima, & corpus conſenſerint, & non intra ſe bellum habuerint diverſarum voluntatum, de omni re, quam petierint, impetrent a Patre. Bona enim neceſſario eſt Oratio, ubi talis eſt concordia. Janſen. Gandav. in Ev.

(b) Vincent. Lirin. in Commonit. cap. 6, pag. 323, Edit. Pariſ. 1684. *Intelligebat vir ſanctus, & prudens* (S. Stephanus) *nihil aliud rationem pietatis admittere, niſi ut omnia, quæ fide a Patribus ſuſcepta forent, eadem fide filiis conſignarentur: noſque Religionem non qua vellemus ducere; ſed potius qua illa duceret, ſequi oportere: idque eſſe proprium Chriſtianæ modeſtiæ, & gravitatis non ſua poſteris tradere, ſed a majoribus accepta ſervare.*

tioneſque expiſcantes, *quæſtionis veritatem eliquare* (Auguſtin. Lib. II de Baptiſm. cap. IV.) magis poſſunt, quam in Conciliis, ut proinde illud, quod Didacus Payva ait de ſuffragiis in Concilio eblanditis, verius de ſententiis extra Concilia enucleatis dici poſſit. (*c*)

§. VI. Quid mihi obſtrepis, (Gerſon. Conſid. IV, Opp. Tom. II, col. 231, Edit. Antuerp.) *Eccleſiam ſparſim conſideratam non habere illam poteſtatem, niſi in quodam materiali, & potentiali, ſed congregationem ſuam, & unitionem, quæ ſit in Concilio, dare quaſi formam, ſicut in aliis communitatibus fieri ſolet?* Quid clamitas, ac tamquam Oraculum ex Tripode fundis, (Alcuin. in tract. de Auctor. Eccl. eod. Tom. Gerſonian. cap. X, col. 1004.) *Eccleſiam, ut diſperſam nullum actum exercere poſſe, nec aliquid ſententialiter definire, & ſic infallibilitatem in definiendo ei competere debere, ut congregatæ in Concilio?* Quaſi vero Chriſtus ſuum inſtinctum, afflatumque corporum, non animorum conſociationi, conjunctionique pollicitus eſſet? quæ ſane animorum ſententiarumque conſenſio dummodo habeatur, ſive ſingillatim, ſive generatim, ſive in concione, ſive extra, perinde eſt, ſemper habetur. Præclare Auguſtinus L. II, cap. 10, contra Julianum ad Concilium appellantem: *Hos itaque de aliis, atque aliis temporibus, atque Regionibus ab Oriente, & Occidente congregatos vides NON IN LOCUM QUO NAVIGARE COGUNTUR HOMINES, SED IN LIBRUM, QUI NAVIGARE POSSIT AD HOMINES . . . . . quaſi nulla hæreſis aliquando, niſi SYNODI CONGREGATIONE damnata ſit.*

§. VII. Verum Auguſtino Auguſtinum ipſum opponis, cujus adverſus Petilianum Lib. un. de Baptiſm. c. 14, hæc ſunt verba. *Illis temporibus, antequam PLENARII CONCILII ſententia quid hac de re ſequendum eſſet, totius Eccleſiæ conſenſio confirmaſſet, viſum eſt ei* (Cypriano) *cum ferme octoginta Coepiſcopis ſuis Africanarum Eccleſiarum, omnem hominem, qui extra Eccleſiæ Catholicæ communionem baptizatus fuiſſet, oportere ad Eccleſiam venientem denuo baptizari.* Et Lib. III contra Creſconium cap. 3, §. 3, ait, *fuiſſe tot millia Epiſcoporum, quibus hic error diſplicuit.* Et Lib. II contra Gaudentium cap. 8, aſſerit, *Stephani fuiſſe immutabiles in toto orbe Collegas, qui ejuſdem ſententiæ participes erant.* Et Lib. II de Baptiſmo, cap. 4. *Neque nos tale aliquid auderemus aſſerere* (quale Stephanus juſſit) *niſi Eccleſiæ Catholicæ concordiſſima auctoritate firma-*

(c) Cum de Religione (inquit) quæſtio exiſtit, tam avide Theologi primum, deinde Patres, ſacra oracula atque veterum placita inveſtigant, tam accurate, diligenter & ſtudioſe veritatem indagant, tam candide & ſimpliciter adverſariorum ſententias referunt, eorumque argumenta exquiſite expendunt, ut neque tantam diligentiam quidquam latere, neque adverſarios pro ſe quidquam amplius dicere potuiſſe videatur. Quare cum in Tridentino ipſe Concilio verſarer, ſæpe dicere ſolebam, quod quamvis nullis Chriſti promiſſionibus Conciliorum auctoritas firmata eſſet & conſtituta, illa certe perſcrutandi veritatem tam accurata ratione coactus, illorum facile definitionibus aſſentirer. Qua tamen veritatis tam diligenti ac ſeria diſquiſitione tranſacta nihil conficitur, quamdiu graves aliquot & ſpectati viri a majore parte diſſentiunt . . . . Patres illud crebris ſermonibus uſurpabant, Religionis myſteria a Conciliis non niſi ſumma Patrum conſenſione defferi.

mati; cui & ipſe S. Cyprianus ſine dubio cederet, ſi jam illo tempore veritas eliquata per PLENARIUM CONCILIUM ſolidaretur. (Vid. infra Quæſt. XXXI.) Quæ omnia ſane declarant, S. Cyprianum, & S. Auguſtinum ſenſiſſe, Summi Pontificis ſententiam plurimorum licet Epiſcoporum acceſſione munitam haudquaquam fixam eſſe, immotamque, ſed adhuc Concilii Œcumenici definitione indigere. Ad Cyprianum quod attinet, nemo ignorat in ea diſputatione adverſus Stephanum Papam longius quam par eſt, provectum fuiſſe, & humani aliquid paſſum eſſe. Auguſtinus ipſe Lib. I de Baptiſm. contra Donatiſtas cap. 18, §. 27. Cypriani opinionem appellat *humanæ infirmitatis errorem quem cooperiret caritas veritatis*. Quamquam vero cap. 4, §. 5, ſubdubitare videatur, num S. Cyprianus ante mortem de ſententia ſua deceſſerit, cum tamen in Eccleſiæ communione non ſolum vixerit, ſed etiam Martyr obierit, credendum eſſe ait, maculam quam ἀπειθείας, (*Inobedientia*) ſua contraxerat, ſanguine eluiſſe. *Fortaſſe factum eſt, ut correxerit ſententiam ſuam, ſed neſcimus. Neque enim omnia, quæ illo tempore inter Epiſcopos geſta ſunt, memoriæ, litteriſque mandari potuerunt, aut omnia, quæ mandata ſunt, novimus. Et ſi litteræ tacent, merita clamant; ſi epiſtola non invenitur (ejus reſipiſcentiæ) corona teſtatur; ſi Concilium non indicat Epiſcoporum, conſortium indicat Angelorum.* Auguſtinus, inſtas, in eo Cyprianum accuſat, quod veritati obſtiterit; quod autem Summo Pontifici reſtiterit, minime condemnat. *Noluit vir graviſſimus* (Cyprianus) *rationes ſuas etſi NON VERAS, (quod eum latebat) ſed tamen NON VICTAS veraci quidem, ſed nondum aſſertæ conſuetudini cedere.* Veniamus igitur ad Auguſtinum, ſibique ipſum conciliemus. Tria tempora ſunt diſtinguenda. Unum quod motam a Cypriano quæſtionem inter, & latam a S. Stephano ſententiam interjectum eſt. Alterum quod a Pontificia ſententia ad Cypriani mortem excucurrit. Tertium denique, quod poſt Cypriani mortem uſque ad Auguſtini ortum effluxit. Primo illo tempore maxima Epiſcoporum pars Cypriani partes ſequebatur. Nam præter Epiſcopos omnes Afros, Numidas, Mauritanos, (Vid. Conc. Carthag. an. 254, Concil. Carth. an. 256, Concil. Carthag. II ejuſdem anni) Firmilianus cum omnibus Epiſcopis Aſiæ Minoris, Cappadociæ, Gallatiæ, Ciliciæ, & Phrygiæ, (Vid. Conc. Iconienſ. & Gennadenſ. an. 236.) & Patriarcha Alexandrinus cum omnibus Ægypti Epiſcopis Cypriani opinionem amplexati erant, (S. Hieronym. apud Baron. & Tillemontium annot. 44 in S. Cyprianum Tom. IV. pag. 634.) nemine præter S. Stephanum, quod ego ſciam, aut certe non admodum multis reclamitantibus. (Vid. ea quæ ſupra diximus Tom. I, Qu. V, §. 8.) Ad hoc tempus referri debet id, quod ait Vincentius Lirinenſis in Common. cap. 6. *Cypriani opinioni adfuit tantus aſſertorum numerus, ut illa conſpiratio omnis nullo modo deſtrui poſſe videretur.* Item ea Auguſtini verba: *Rationes etſi non VERAS, ſed tamen non VICTAS . . . . . VERACEM, ſed nondum ASSERTAM conſuetudinem.* Altero tempore, nempe poſt latam a Summo Pontifice ſententiam plerique ad Stephanum tranſiverant, pauci vero cum Cypriano remanſeranr; atque ad hoc tempus pertinet illa Auguſtini effata: *Tot millia Epiſcoporum, quibus hic error diſplicuit. Stephani innumerabiles in toto orbe Collegas, qui ejuſdem ſententiæ partici-*

ticipes erant. Tertio denique tempore, videlicet poſt Cypriani mortem, omnes omnino cunctarum gentium, Univerſæ Eccleſiæ, totius orbis Epiſcopi S. Stephani de non iterando Hæreticorum baptiſmo doctrinam ſuſceperunt. Huc ſpectat illud D. Auguſtini aſſerentis, controverſiam finitam fuiſſe a *PLENARIO totius orbis Concilio, ab Univerſæ Eccleſiæ Concilio, a S. Concilio cunctarum gentium, a Concilio Catholico Orbis terrarum*. (Lib. I de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 7, Lib. II, cap. 9, §. 4, Lib. V, cap. 17, §. 23, Lib. VI, cap. 13, §. 21.) Quæ omnia verba huc demum redeunt, omnes tandem Chriſtianos in ſententiam non iterandi hæreticorum Baptiſmi conceſſiſſe. Nec aliud per PLENARIUM CONCILIUM ſibi voluit Auguſtinus, quam omnium Eccleſiarum diſperſarum conſenſionem, ut proinde ridendi ſint, & qui pro Arelatenſi, & qui (*d*) pro Nicæno Concilio tanta animorum contentione certarunt, cum neutrum ſomniaverit Auguſtinus.

§. VIII. Auguſtinum ex Auguſtino interpretemur, in ejuſque verbis verbum PLENARIUM inquiramus. Is in Lib. IV contra Creſconium cap. 54, §. 70, hæc habet: *Quo igitur ore contra Eccleſiam a Solis ortu uſque ad occaſum promiſſam voce veritatis, & redditam, audes ECCLESIAM PLENARIAM dicere partem Donati, cum ipſa ſit niſi Africæ, illa vero cum tot gentibus ſit, & Africa?* Vides hic ECCLESIAM PLENARIAM ſumi ab Auguſtino pro Eccleſia toto terrarum orbe diſperſa. At aliud eſt ECCLESIA, inquis, aliud SYNODUS. Quid igitur, ſi doceam etiam vocem SYNODI, ſive CONCILII antiquis illis temporibus uſurpari ſolitam fuiſſe pro ECCLESIA *diſperſa?* Audi Hieronymum Lib. II contra Rufinum num. 22, ajentem, *omnem tam Orientis, quam Occidentis SYNODUM pari ſententia Origenem hæreticum populis denuntiaſſe*, h. e. *ECCLESIAM TAM ORIENTALEM, QUAM OCCIDENTALEM*. Lege epiſtolam Alexandrini Epiſcopi ad Alexandrum Conſtantinopolitanum apud Theodoretum Lib. I, cap. V, ubi dicitur Paulum Samoſatenum loco motum fuiſſe συνόδῳ καὶ κρίσει τῶν ἁπανταχοῦ ἐπισκόπων *ab Univerſali Epiſcoporum ubique exiſtentium SYNODO*, h. e. omnium, qui longe, lateque toto terrarum orbe diffuſi erant, Epiſcoporum conſenſu. (Vid. Bernard. de Rubeis in Diſſ. Var. Erud. cap. 21, §. 2, ubi plura hujuſmodi afferuntur exempla.) Quid igitur prohibet, quin & nos PLENARIUM Auguſtini CONCILIUM nihil aliud fuiſſe dicamus, quam unanimem omnium Eccleſiarum diſperſarum conſenſionem? præcipue cum hæc Plenaria Synodus, qua de Auguſtinus loquitur, nullo in loco celebrata reperiatur; non in Urbe Arelatenſi (*e*) quæ Generale totius orbis Concilium nunquam vidit; non in

---

(d) Hæc quæſtio inter duos viros eruditos ab aliquot annis agitata fuit magno diſputationis æſtu, ſcilicet inter Joannem Launojum, & P. Joannem Nicolai, in Diſſertatione de Concilio Plenario. Stetit ille pro Arelatenſi, hic pro Nicæno. Pertinaciſſima fuit ex utraque parte contentio. Scriptis ab utroque Auctore ventilata controverſia eſt, ſtylo nimis acri & mordaci.

(e) Concilium Arelatenſe can. 8 ſtatuit, *Ut ſi ad Eccleſiam aliquis de hæreſi venerit, interrogent eum Symbolum, & ſi perviderint eum in Patre & Filio & Spiritu Sancto eſſe baptizatum, manus ei tantum im-*

in Nicæna (*f*) in qua hæc quæſtio nunquam dirempta fuit, ſed pro dirempta jam habita; non in Epheſina, non in Conſtantinopolitana, non in

---

imponatur, ut accipiat Spiritum Sanctum. Quod ſi interrogatus non reſponderit hanc Trinitatem, baptizetur.

Concilium Arelatenſe Plenarium appellari non poteſt ex ſolis Epiſcopis Occidentalibus congregatum. Quod docet Auguſtinus in Lib. 9 ad Donatiſtas poſt Collat. c. 18, §. 24, & Lib. 4 contra Creſcon. cap. 25, §. 32, ſcribens, Eccleſiam Univerſam, aut ſaltem plurimas & nobiliſſimas non noviſſe cauſam Cæciliani in Concilio Arelatenſi cognitam atque judicatam, quæ per Orbem totum vulgata ac nota eſſe debuit, ſi fuit *Plenarium totius Orbis Concilium*. Accedit, quod affirmat, Donatiſtas poſt abſolutum in Concilio Romano Cæcilianum, damnatumque Donatum a Caſis Nigris conquerentes de corruptis contaminatiſque judicibus non poſtulaſſe, quod *reſtabat adhuc Plenarium Eccleſiæ univerſæ Concilium*. Quid quod licet Arelatenſis Concilii auctoritatem ad convincendos Donatiſtas omni oratione urgeat, illud ne Concilium quidem, nedum Concilium *Plenarium*, aut Œcumenicum vocat, ſed *judicium* dumtaxat *Epiſcopale*, eo videlicet nomine, quo appellat Concilium Romanum in eadem cauſſa habitum ſub Melchiade? Quid quod idem tradit, S. Cyprianum *cum Concilio provinciæ ſuæ univerſi Orbis auctoritati, patefacta veritate, ceſſurum fuiſſe*, ſi ad id temporis vixiſſet?

(f) Ita habet Dionyſius Exiguus interpretans Nicænum Canonem 8. *De his, qui ſe cognominant Catharos, ideſt mundos, ſi aliquando venerint ad Eccleſiam Catholicam, placuit ſancto, & magno Concilio, ut impoſitionem manus accipientes, ſic in Clero permaneant. Hæc autem præ omnibus eos ſcriptis convenit profiteri, quod Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ dogmata ſuſcipiant, & ſequantur, ideſt & bigamis ſe communicare, & his, qui in perſecutione prolapſi ſunt, erga quos & ſpatia conſtituta ſunt, & tempora definita, ita ut Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ placita ſequantur in omnibus &c.* Catharorum nomine ſignificari Novatianos nemo eſt, qui dubitet, cum eos Catharos, ſive puros ſe ſe dicere conſueviſſe tota propemodum teſtetur antiquitas, Ambroſius de pœnit. lib. 1, c. 1, Hieronymus in Oſeam cap. 13, Euſebius lib. 6 Hiſt. Eccl. cap. 43, Auguſtinus de hæreſibus, & Epiphanius hæreſi 59. Sententia itaque Nicæni canonis ea eſt, ut Novatiani jam ordinati apud ſuos, quoties ad Eccleſiam revertantur, in ſuum Ordinem recipiantur, ex quadam Eccleſiaſtica diſpenſatione, atque Œconomica, ut ſcilicet facilius illi ad unitatem redirent; quemadmodum ſimili diſpenſatione uſos fuiſſe Eccleſiaſticos Patres poſteriore ætate in Donatiſtarum cauſa ſcimus ex S. Auguſtino in Breviculo collationis cum Donatiſtis, & in lib. 2 contra Creſconium cap. 51. Recipiebantur autem converſi in Clerum non per novam Ordinationem, ſed per manus impoſitionem reconciliatoriam.

In referendo canone 52, Cauſ. 1, qu. 1, qui idem eſt cum canone 19 ex Nicænis, Gratianus ſequutus eſt Iſidori Mercatoris interpretationem, quæ ſane minus integra eſſe videtur, quoties cum cæteris, & melioris quidem notæ exemplaribus conferatur. Non recedo a Dionyſio Exiguo, cum quo reliqui interpretes univerſi conſonant. Ita ille: *De Paullianiſtis ad Eccleſiam Catholicam confugientibus definitio prolata eſt, ut baptizentur omnimodis. Si qui autem de his præterito tempore fuerint in Clero, ſiquidem immaculati, & inreprehenſibiles adparuerint, baptizati ordinentur ab Epiſcopo Eccleſiæ Catholicæ. Quod ſi diſcuſſio incongruos eos invenerit, abjici tales conveniet. Similiter autem & de Diaconiſſis, & omnino de his, qui ſub regula verſantur, hæc forma ſervabitur. Meminimus autem de Diaconiſſis, quæ in eodem habitu eſſe probantur, quod non habeant aliquam manus impoſitionem, & ideo modis omnibus eas inter Laicos deputari.* Tria itaque hoc in canone deprehendimus. Primum pertinet ad Paullianiſtas rebaptizandos, alterum ad ordinatos illos, qui rebaptizari debuerunt, poſtremum dein ad Diaconiſſas. Et quidem jure optime Paullianiſtarum baptiſma rejiciendum fuerat, cum ab ipſis depravatam fuiſſe baptiſmatis formulam veteres teſtentur, quemadmodum li-

in Capuana, quibus in Urbibus ſi quæ Concilia hujuſce rei meminere, longe poſt tempus nobis ab Auguſtino indicatum extiterunt (g). Quid igitur quæris Concilium, quod nuſpiam coactum fuit, quod nullibi reperitur, quod nuſquam eſt? Quid non potius in unanimi omnium Eccleſiarum conſenſione, ac conſpiratione requirendum eſſe cenſes? Quamobrem adeo abeſt, ut Auguſtinus cauſam tuam adjuvet, atque tueatur, ut potius eam jugulet, atque conficiat.

§. IX. Perſtas tamen in tua ſententia, nihilque recedis; pluresque Fidei definitiones nobis opponis, quæ licet ab Romana Eccleſia editæ, aliarumque Eccleſiarum conſenſione firmatæ fuerint, nihilominus ab Œcumenicis Conciliis retractatæ fuerunt, atque recuſæ; quod minime neceſſe fuiſſet, ſi omnimodam vim illæ habuiſſent. At vide, ne vicem tibi rependam, pluresque tibi referam Fidei regulas a Conciliis ipſis Generalibus excuſas, quæ ab aliis Conciliis denuo ſub incudem revocatæ, & a Summis Pontificibus rurſus judicatæ fuerunt. Ne longum faciam, una Nicæna Fides exemplo ſit. Arianorum cauſa a Nicæna Synodo anno 325 damnata fuit; poſtea a Julio I Summo Pontifice

---

liquere poteſt ex can. 53, cauſ. 1, qu. 1. S. Auguſtinus in lib. de hæreſibus ad Quodvultdeum hæreſi 44, ita ſcribit: *Paulliani a Paullo Samoſateno dicti Chriſtum non ſemper fuiſſe dicunt, ſed ejus initium, ex quo de Maria natus eſt, aſſeverant. Sed nec aliquid amplius, quam hominem putant. Iſta hæreſis aliquando cujuſdam Artemonis fuit; ſed cum defeciſſet, inſtaurata eſt a Paullo, & poſtea ſic a Photino confirmata, ut Photiniani, quam Paulliani crebrius nuncupentur. Iſtos ſane Paullianos baptizandos eſſe in Eccleſia Catholica Niceno Concilio conſtitutum eſt; unde credendum eſt, eos regulam baptiſmatis non tenere, quam ſecum multi hæretici, cum de Catholica fide diſcederent, abſtulerunt, eamque cuſtodiunt*. Gratianus & Iſidorus Mercator Paullianiſtis Cataphryges adjunxerunt. Cataphryges, aut etiam Phryges dicti ſunt hæretici, qui Montani ex Phrygiæ partibus oriundi erroribus adhæſerunt. Porro Montanus, cum ſe Spiritum Sanctum aſſereret, aſſeclis ſuis præceperat, ut in nomine Montani baptiſma conferrent; quod ſane nemo non videt, ita baptiſmo Chriſti injurioſum eſſe, ut verus baptiſmus appellari omnino ille non poſſit, qui ea formula collatus proponatur. Atque in hac parte non eſt aliud, ex quo Gratianum ſeu potius Iſidorum Mercatorem reprehendamus, niſi quod Nicænis Canonibus quidpiam adjicere voluerint; cæterum nihil adjecerunt, quod ſententiæ Nicænorum Patrum opponatur. Nicæni autem Patres de Paullianiſtis potius, quam de Montaniſtis ſermonem fecere, quod Paulli Samoſateni hæreſis recentior eſſet, & adhuc apud quamplures vigeret, at vero hæreſis Montani jamdiu eliminata fuiſſet.

(g) Marchetti, *Eſercitazioni Cipriániche*, pag. 280. *Poſtea*, dice S. Agoſtino L. 2 contra Donatiſtas cap. 9, §. 14, *dum inter multos tractatur, & quæritur non ſolum inventa eſt* (veritas) *ſed etiam ad plenarii Concilii auctoritatem, roburque perducta, POST Cypriani quidem paſſionem, ſed ANTEQUAM nos nati eſſemus*. Nacque il S. Dottore l'anno CCCCLV, onde queſto carattere eſclude il Concilio Efeſino, che fu celebrato poco dopo la di lui morte, come anche il Conſtantinopolitano I, adunato l'anno CCCLXXXI, ventiſei anni cioè dopo la naſcita di Agoſtino; ed a maggior ragione nè anche eſcluſo reſta il Concilio di Capua, che fu compito ſolo l' anno CCCLXXXIX. Dice pero bene Natale Aleſſandro: *Quod aliqui Capuanam Synodum ab Auguſtino intellectum volunt: tam indignum figmentum eſt, ut riſu potius, quam refutatione dignum videatur*. Onde mi pare meraviglia che in queſto abbaglio caduto anche ſia il diligentiſſimo Signor Abate Lazzeri.

ſice an. 342 ad ſuum tribunal pertracta eſt; (Vid. Socratem H.E. Lib. II, Cap. 11.) deinde a Concilio Sardicenſi an. 347 in jus denuo rapta, ac diris devota fuit; (Vid. Socratem ib. cap. 11.) tum a Concilio Conſtantinopolitano novo Judicio perfuſa iterum anathemati addicta eſt (*h*). Neque ideo dicendum Arianorum cauſam in Nicæna Synodo finitam non fuiſſe, ſed ſolummodo non finitum errorem. Quotieſcumque igitur coctam a Pontificibus crambem ab Conciliis recoctam vides, id non ad finiendam cauſam, ſed ad finiendum errorem, qui vel adhuc ſerpebat, vel reviréſcebat, factum fuiſſe puta. Habes hic, quæ Conciliis omnibus dedere cauſam, habes & Conciliorum omnium mentem conſilium, ac propoſitum. Utinam vero ex voto ſpes ſemper ceſſiſſet, itaque per Concilia omne Hæreſum genus non ſolum reſecatum, ſed etiam extirpatum fuiſſet, ut ſi non ad finiendam cauſam, ſaltem ad finiendum errorem neceſſaria viderentur.

§. X. Sed adverſariorum oratio longius progreditur. Neque enim Pontificia oracula ab Conciliis ſemper laudata, ſed nonnunquam etiam improbata. In medium vocant Honorium I, ejuſque ſententiam Cyro Alexandrino, Sergio Conſtantinopolitano unam in Chriſto voluntatem & ἐνεργείαν aſſerentibus faventem, ab ingenti licet Ægyptiorum, Aſianorum, Orientalium Epiſcoporum numero defenſam, ab Concilio tamen Conſtantinopolitano III, Œcumenico VI, ſacris deteſtationibus execratam ferunt. Hanc calumniam ab Honorio depellit Joannes IV, qui tertius ab eodem Pontificatum tenuit, (epiſt. 2, quæ extat Tom. XII Biblioth. Pat. pag. 835, & Tom. V Concil. Lab. pag. 1758,) ubi Honorium docet Sergio de una in Chriſto voluntate ſubdole interroganti reſpondiſſe, *duas non fuiſſe repugnantes, & contrarias, cujuſmodi in nobis experimur: cæterum naturas in illo duas, ac voluntates totidem ab eo agnitas fuiſſe*. (*i*) Hactenus ille. Credendum autem eſt potius Joanni IV Papæ, qui tempore Honorii vivebat, & exacte inquirere, ac ſcire rem potuit, quam nuperis Scriptoribus male feriatis, ac in rem Pontificiam male animatis. Ne pluribus hac de re te detineam, conſule Bellarminum Lib. IV de Roman. Pontif. cap.

(h) Socrates Lib. V, cap. 8. *Concilii Conſtantinopolitani cauſa duplex, ut & Nicæna fides confirmaretur; & Conſtantinopoli ordinaretur Antiſtes.*

(i) Joannes IV in Epiſt. ad Conſtantinum apud Labbæum Tom. VI Concil. pag. 1759. *Sergius Patriarcha prædicto ſanctæ recordationis Romanæ Urbis Pontifici (Honorio) ſignificavit, quod quidam in Chriſto duas contrarias dicerent voluntates: quo præfatus Papa comperto reſcripſit ei, quia redemptor noſter ſicut eſſet Deus perfectus, ita eſſet & homo perfectus, ut quam primus homo per prævaricationem amiſit, ſine aliquo peccato natus primæ imaginis nobilem originem renovaret . . . Et idcirco unam voluntatem ſecundum primam formationem Adæ naturalem humanitatis ſuæ Dominus noſter Jeſus Chriſtus habere dignatus eſt, non duas contrarias, quemadmodum nunc nos habere dignoſcimur, qui de peccato ſumus Adæ geniti . . . Prædictus ergo Deceſſor meus docens de Myſterio Incarnationis Chriſti dicebat, non fuiſſe in eo, ſicut in nobis peccatoribus, mentis & carnis contrarias voluntates: quod quidam ad proprium ſenſum convertentes, divinitatis ejus & humanitatis unam eum voluntatem docuiſſe ſuſpicati ſunt; quod veritati omnimodis eſt contrarium.*

cap. 11, & Baronium ad. ann. 681, Tom. VIII, pag. 551, 552, ad ann. 682, pag. 665, 666, ubi Concilii VI acta, quæ Honorio anathema dicunt, fide laborare, & a Theodoro Monothelita Conſtantinopolitano Epiſcopo corrupta fuiſſe oſtendit. Vide etiam Hoſium Lib. 2 contra Brentium, item Chriſtianum Lupum in Notis ad VI Synodum, ubi pag. 837 probat, Honorium male incuſari veluti ſectatorem Sergii Monothelitæ: deinde pag. 790, 792, & 815, demonſtrat, eumdem nec hæreticum Monothelitam fuiſſe; nec nec cum iis colluſiſſe, quamvis neglientiæ inſimuletur in extinguenda hæreſi ea (k). Non me fugit a Joanne Baptiſta Tamagnino in Monothelitarum Hiſtoria a Petavio Theol. Dogmat. Tom. IV, Lib. I, cap. 21, a Garnerio Diſſert. II, Sæc. VII, ad Lib. Diurnum Romanorum Pontificum, §. 6, & a Natale Alexandro Diſſert. 2, Sæcul. VI, & ab aliis pluribus in ſuis Diſputationibus Honorium jactari, atque unico hoc exemplo tectis, ac tutis adverſus nos tamquam de parta victoria triumphum cani; quibus omnibus hoc demum reſpondere nobis poſſe videmur: *Nil valet exemplum litem quod lite reſolvit.*

QU.

(k) Andreas Duvallius De infallibilitate Romani Pontificis quæſt. 4, tom. 3 Bibliotechæ Pontificiæ Rocaberti pag. 479. Honorius *ſua ad Sergium Conſtantinopolitanum epiſtola, de una aut duabus operationibus in Chriſto tacendum eſſe definivit, ne qui dicerent unam in Chriſto operationem fuiſſe, Eutycheti, unicam in Chriſto naturam aſſerenti, favere viderentur: & qui duas ſtatuerent, partes Neſtorii, duas in Chriſto perſonas pugnaciter adſtruentis, tueri viderentur: ideoque cum res nondum eſſet ab Eccleſia definita, & quorſum quiſque hac in quæſtione ſe verteret, ad alterutrius ſcopulos navem ſuam allideret, a nomine unius aut duarum operationum abſtinendum eſſe prudenter decrevit . . . . Adde, quod quamvis Honorius horum nominum DUARUM AUT UNIUS OPERATIONUM mentionem fieri noluerit, re ipſa tamen duas in Chriſto operationes, divinam ſcilicet & humanam, agnovit, at ex hoc ſolo manifeſte conſtat, quod cum Sergius ex Secretario Honorii in celebri diſputatione inter Maximum & Pyrrhum ſcripſiſſet, prædicare quoſdam duas eſſe in Chriſto voluntates contrarias,* Nos reſcripſimus, *inquit Secretarius,* Chriſtum duas voluntates contrarias, unam carnis, alteram vero Spiritus non habuiſſe.

QU. XXXI.

In Conciliis quæ quantaque Patrum debet eſſe conſenſio?

§. I. JUniores Hæretici illud doctrinarum genus amplexati, quod Chriſtianæ veritati valde eſt inimicum, cum Eccleſiæ cenſuram effugere nullo modo poſſent, neminem in terris ſuæ fidei, ſuæque Religionis Judicem eſſe voluerunt. Ex hac officina prodiiſſe videntur noſtrorum temporum Janſeniani, qui ut ſuis dogmatibus cenſoria jam nota inuſtis aſylum aliquod quærant, ad eam provocant ſententiam, quæ in Univerſali Concilio concordibus Patrum omnium ſuffragiis feratur, quæque unanima omnium Eccleſiarum conſenſione firmetur. (*a*) Equidem inter illos, & iſtos haud quidquam intereſſe video, niſi quod illi omnem prorſus Judicem reſpuunt, hi Judicem quidem ſibi dari poſtulant, ſed illum, qui ruſpiam eſt, nec ullibi reperitur. Nam ex omnibus ſententiis, quas hactenus Eccleſia tulit, quam unquam mihi dederis, quæ nullam Eccleſiam, nullum Epiſcopum habuerit interceſſorem? Quos mihi propoſui brevitatis fines non patiuntur, me per omnia Concilia, perque omnes Eccleſiæ definitiones excurrere; ſatis erit, ſi ea tantum attingamus, quæ in Concilio Nicæno omnium primo, & in Tridentino omnium noviſſimo judicata fuerunt. Nam nec Eccleſia hiſce Conciliis majus quidquam habet, nec Adverſarii, quo validius nos premant, reperire poſſunt.

§. II. Ain' igitur, nullam Concilii ſententiam ratam fore, quæ cuncta omnium Patrum, omniumque Eccleſiarum ſuffragia non tulerit? At in Concilio Nicæno & voci ὁμοούσιον, & Arii damnationi non unus, aut alter, (*b*) ſed ſeptendecim nobiliſſimarum Eccleſiarum Epiſcopi refragati ſunt; inter quos memorantur Euſebius Cæſarienſis, Theodoſius Laodicenus, Paulinus Tyrius, Gregorius Beritenſis, Aetius Liddenſis, Theognius Nicænus, Euſebius Nicomedienſis, Maris Chalcedonenſis, Secundus Ptolemaidis, Theonas Marmaricæ, quorum alii ſolum potius vertere, quam Arii damnatio-

(a) Holden. Lib. I Reſolut. Fidei cap. 9. Tametſi fuerit plurimorum in Concilio congregatorum teſtimonium, niſi *Univerſum* fuerit, & *Catholicum*, Traditionis certitudinem perfectam non habebit. Vide etiam libellum, cui titulus: *Continuazione dell'Appellante*; & Libellum, cui titulus: *Analiſi delle Preſcrizioni di Tertulliano*, §. 47, & 50.

(b) Unanimitas Moralis, quam adverſarii requirunt, deeſſe non putatur, ſi unus aut alter intercedat, dummodo tamen hic unus aut alter non ſint Epiſcopi præcipuarum Eccleſiarum: Vid. Libellum cui titulus: *Giuſtificazioni Fleuriane*, & Libellum, cui titulus: *Vera Idea della Santa Sede*.

tioni ſuffragari maluerunt, alii vero nonniſi vi compulſi, exiliique metu adacti ſubſcripſere manu tantum ac littera, ex animo autem quod ſubſcripſerant, non approbarunt (*c*). Quinimmo, ſi Euſebio Cæſareenſi in lib. 3 de Vita Conſtantini cap. 7, & ſeqq. atque Euſtathio Antiocheno apud Theodoretum Lib. I, cap. 8, fides habenda eſt, quinquaginta tantum ſupra ducentos Epiſcopos Nicænæ fidei ſubſcripſerunt; quos ſi ex tercentis & octodecim ſubduxeris, habes ſexaginta & octo Epiſcopos, qui latæ in Arium ſententiæ interceſſere.

§. III. Concilii Nicæni appendix fuit Synodus Sardicenſis. (*d*) Huic quoque unanima ea, quam noſtrates Janſeniſtæ a nobis requirunt, conſenſio defuit. Quid enim aliud ſeptuaginta illi Epiſcopi, qui a Concilio Sardicenſi dilapſi conventum fecerunt Philippopoli, (Vid. Socratem l. 2, cap. 20.) ſuo illo diſceſſu declararunt, quam ſe eorum Patrum ſententiis minime velle aſſentiri? At Epiſcopi ii Arianorum partes ſequebantur. At ad Concilium tamen illud vocati erant, nec ut in reorum loco ſtarent, ſed ut in Judicum ſubſelliis ſederent. Cæterum ſi ii omnes, qui nobis adverſantur, Concilio excludendi, iique uni, qui noſtræ cauſæ favent, includendi ſunt, nunquam ſane erit, quo non omnes in eamdem ſententiam uno ore conſentiant. Non dubito, quin noſtris etiam temporibus, ſi ad Janſeniana dogmata damnanda Concilium haberetur, a cujus ſellis omnes Janſenianarum partium Epiſcopi arcerentur,

(c) Ruffinus Lib. I Hiſt. Eccl. cap. 3. *Decem & ſeptem ſoli tunc fuiſſe dicuntur, quibus Arii fides magis placeret, extrinſecus creatum Dei Filium ex nullis extantibus, & non ex ipſa Patris Deitate progenitum, confirmantes. Defertur ad Conſtantinum Sacerdotalis Concilii ſententia. Ille tamquam a Deo prolatam veneratur. Cui, ſi quis tentaſſet obniti, velut contra divina ſtatuta venientem, in exilium ſe proteſtatur acturum. Sex igitur ſoli cum Ario ſe patiuntur expelli; reliqui vero undecim, conſilio inter ſe habito, acquieſcunt ad ſubſcribendum manu ſola, non mente. Cujus ſimulationis Auctor præcipue extitit Nicomediæ Epiſcopus Euſebius*. Socrates Lib. V, cap. 8, Sozomenus Lib. VII, cap. 7, narrant, cum ſex ac triginta Epiſcopi Sectæ Macedonianæ ad Synodum II Œcumenicam acceſſiſſent, Catholici Epiſcopi illos magnopere hortati ſunt, atque obſecrarunt, ut ad Eccleſiæ fidem, a qua receſſerant, redirent. Sed locum nullum neque admonitionibus, neque precibus relinquentes, a Synodo diſceſſerunt, denuntiantes velle ſe in impietate ſua permanere.

(d) Concilium hoc, cui interfuerunt Epiſcopi circiter tercenti, præfuerunt Oſius Epiſcopus Cordubenſis, & Archidamus, ac Philoxenus Presbyteri, Apoſtolicæ Sedis Legati, Œcumenicum, & generale eſt non ſolum convocatione, quod omnes conſentiunt, ſed etiam celebratione atque exitu, quod negat Petrus de Marca lib. 7 De Concordia, cap. 3. Ideo inter Œcumenica ſeparatim non numeratur, ideoque ejus Canones a Summis Pontificibus Zoſimo, Bonifacio, Cœleſtino, Leone recitantur nomine Canonum Nicænorum, quia habetur velut appendix & *clarior explanatio* Concilii Nicæni, ut lib. 1 Hiſt. Pelag. cap. 17, ſcribit Noriſius, ſecutus Baronium & Bellarminum. Sic vetuſtiſſimus Codex Canonum, qui eſt in Appendice ad Opera S. Leonis Magni, Canones Nicænos ac Sardicenſes exhibet, delectu omni & diſcrimine remoto. Et Petrus Couſtant. tom. 1 Epiſt. Rom. Pont. annotat. ad Zoſimi epiſtolam 15, pag. 981, teſtatur, ſe legiſſe Sardicenſes *Canones etiamnum in veteribus Codicibus Morbacenſi, Foſſatenſi & Colbertino, Nicæni Concilii titulo inſignitos, ſeu Nicænis ſub continuata numerorum ſerie proxime ſubjectos*.

tur; cunctis ſuffragiis, una voce, uno conſenſu, nemine penitus reclamitante, ſententia eſſet exitura. Non enim, quemadmodum in aliis Judiciis, ubi aguntur res, quæ non omnes tangunt, ita etiam in Conciliis, in quibus agatur de cauſis fidei qua noſtra omnium ſalus tenetur, ii deligi Judices poſsunt, qui neutri parti ſint addicti. Nam fides non eſt ejuſmodi, in qua aut neutros aut medios ullo temporis momento eſse liceat; cumque Concilia, uti Adverſarii ipſi fatentur, (Febron. de Statu Eccl. Cap. VI, §. 8, de Concil. n. 6.) nonniſi ſerius habenda ſint, ſciſſiſque jam in contraria ſtudia Eccleſiis, fit hinc, ut nemo eorum, qui in Conciliis Judices ſedere debent, hiſce vel illis partibus antea non adhæſerint. Aut igitur iis omnibus, qui adverſariorum partes ſequuntur, in Conciliorum ſubſelliis locus eſt denegandus, & tunc unus omnium conſenſus neceſsario futurus erit, aut utraque pars ſuffragii jure, ac libertate donanda, & tunc ſumma illa ſententiarum omnium conſenſio ſui deſiderium nobis ſemper relinquet.

§. IV. Jam vero videamus, num Nicæni Concilii ſententia communi etiam omnium Eccleſiarum judicio fuerit comprobata. Nam ſi Adverſarios noſtros audimus, licet in Univerſali Concilio una omnium voluntas, unaque omnium ſuffragia extiterint, nondum tamen plene confecta res eſt. Neceſse inſuper eſt, ut alii omnes Epiſcopi, qui Concilio neque per ſe neque per Legatos interfuerunt, neque ut intereſsent, moniti fuerunt, calculum ſuum adjiciant (e), præ-

(e) Pſeudo-Boſſuetus in defenſ. Declarat. Cleri Gallicani Part. III, Lib. VII, cap. 29, Tom. II, pag. 43. Unum ſupereſt de VI Synodo memorandum, imo memoratum & jam perſtringendum paucis. Hiſpani Occidentali Concilio ab Agathone collecto, nulli interfuerant, neque Synodum VI noverant, neque etiam ad eam vocati erant. Itaque Leo II ad eos ſcribit epiſtolam eam, quam ſæpe memoravimus; *ſimul definitionem ſanctæ Synodi, & acclamationes mittit; acta quoque totius Concilii directurus, ſi ipſis delectarentur*. Quæ cum omnia recepiſſent, ſub Benedicto II, Leonis ſucceſſore, & Ervigio Rege, placuit Toleti congregari totius Hiſpaniæ *generale Concilium*, ut ea geſta omnibus regni Conciliis & Provinciis probarentur. Decretum fit in hæc verba: *Geſta Synodalia, & cum geſtis quoque Leonis antiquæ Romæ Pontificis invitatoria epiſtolaris gratiæ conſulta ſuſcepimus, per quæ omnis ordo geſtorum, geſtaque ordinum dilucide patuerunt. Qua epiſtola Præſules Hiſpaniæ invitati erant, ut prædicta Synodalia inſtituta, noſtri vigoris manerent auctoritate ſuffulta*. En perſpicuis verbis Hiſpanienſium Præſulum requiſita auctoritas. Poſtea: *Placuit proinde ſatisfacientes Romano Pontifici, ea ipſa geſta firmare*. Et paulo poſt: *Ut utraque operum geſta, & Synodico dirigantur examine, & diſcreta Conciliorum fulciantur auctoritate*. Idque fieri volunt, *poſtquam*, ut ajunt, *Synodica iterum examinatione decocta, vel communi Conciliorum omnium judicio fuerint comprobata*. Denique: *Dicta geſta cum antiquis Conciliis conferentes, ea ipſa geſta probavimus ... & ideo ſupradicti acta Concilii in tantum a nobis veneranda ſunt, & recipienda conſtabunt, in quantum a præmiſſis Conciliis* (Nicæno & aliis) *non diſcedunt*. En deliberatio; en examen exactum ad certam regulam, ad Patrum ſcilicet & antiquorum Conciliorum fidem; & poſt illud examen, neque aliter, geſta *firmata*. Quid amplius?

Idem *ibid.* cap. 31, pag. 45. Cur autem Patres noſtri Eccleſiæ Gallicanæ Præſules Synodi VII Decretis repugnarent, cauſa erat, non quod de Synodi Œcumenicæ auctoritate dubitarent, ſed quod Nicænam II, ad quam vocati non eſſent, pro Œcumenica non agnoſcebant; immo in Francofordienſi Synodo ex Gal-

præterea ut Eccleſiæ omnes diligenter examinent, num aliquid eorum defuerit, quæ neceſsària ſunt, ut Concilium vere Œcumenicum habeatur, & ſit; num rite, recteque convocatum; num nimium infrequens; num res ſuis ponderibus ſatis librata, ſuiſque momentis ſatis excuſſa fuerit; num ſuffragia non eblandita; num opinandi libertas cuique relicta; num Judicio-

Galliæ ac Germaniæ Eccleſiis congregata, præſentibus etiam Romanæ Eccleſiæ Legatis, reſpuebant; quod, quia maxime ad rem noſtram ſpectat, diligentiſſime conſiderare nos oportet.

Sane quod ad rem ipſam ſpectat, hoc eſt imaginum cultum, non eſt animus Majorum noſtrorum ſententiam tueri; quippe quos intelligamus, cum ipſis Nicænis Patribus facile convenire potuiſſe; ſi, quod poſtea factum eſt, ſua ipſorum dogmata ſatis attendiſſent. De Synodi autem Nicænæ auctoritate, quod hujus loci eſt, placet adſcribere verba egregii viri Jacobi Sirmundi, in admonitione ad Canonem II Concilii Francofordienſis. *Quod*, inquit, *ad Synodi nomen attinet, in promptu habent Galli quo invidiam depellant. Conſtat enim ſic in hac quæſtione verſatos eſſe, tum Synodi Francofordienſis, tum Carolini voluminis Auctores; ut ſibi, non cum Œcumenico Concilio, ſed cum peculiari Græcorum Synodo, rem eſſe contenderent. Ita enim paſſim in libris illis profitentur, queruntur que propterea, illam ſibi aut univerſalis, aut VII Synodi nomen arrogare, cum Œcumenicam dici poſſe negarent, ad quam ſoli Græci conveniſſent, reliquarumque Provinciarum Eccleſiæ convocatæ, aut ſententiam per epiſtolas, more Eccleſiaſtico rogatæ non fuiſſent. Et quidem ſi rem ſuis momentis expendamus, ſatis omnino cauſæ videbatur, cur Synodum, cui tot adhuc Provinciarum, ac totius pene Occidentis ſuffragia deeſſent, pro Œcumenica nondum haberent. Nec Adrianus ipſe aliter ſe ſentire oſtendebat, qui allatam e Græcia Synodum (ut Hincmarus eodem loco docet) in Galliam miſit; Conciliumque ejus cauſa convocari a Carolo juſſit, & libris Carolinis, quibus oppugnata eſt, ita reſpondit, ut Œcumenicæ Synodi nomen illis auctoritatemque nuſquam objiciat*. Hæc Sirmundus vir maximus pro Gallis noſtris de Synodi Nicænæ II auctoritate reſpondet.

Neque tantum Concilii Francofordienſis tempore, Nicænam II Synodum reſpuebant, cum ejus acta ignorarent fere; ſed etiam toto Caroli Magni Regno, ac diutiſſime poſtea.

Conſtabat interim, Romanos Pontifices in eamdem cum Nicæna II Synodo iviſſe ſententiam, atque ab Adriano editam ea de re, ac miſſam ad Synodum Epiſtolam decretalem, cui Synodus conſenſiſſet.

Agitata poſtea res eſt, miſſis ultro citroque ſcriptis; editique libri adverſus Nicænam Synodum, qui ex Caroli nomine, *Carolini* appellantur. His reſponſum eſt ab ipſo Adriano pro Nicænis dogmatibus: neque eo ſecius noſtri cum Carolo Magno in ſententia perſtitere.

Neque interea pro Hæreticis, aut Schiſmaticis habebantur, qui de re maxima, nempe de interpretandis primæ tabulæ præceptis diſſentirent; quia bono animo rem quærere, non pertinaci ſtudio contendere videbantur. Et Carolus Magnus cum Adriano I non tantum religionis obſequio, ſed etiam ſingulari, atque intimo amicitiæ vinculo conjunctiſſimus vixit; & interim a Leone III ſæpe ad auxilium invocatus, & Imperiali Corona fuit inſignitus: adeo quæ ad fidem ſpectare viderentur, non in unius Romani Pontificis auctoritate, ſed in Eccleſiæ univerſæ conſenſione poſita eſſe conſtabat.

Quin etiam imbibita noſtrorum animis ſub Carolo Magno Rege ſententia, ſub Lodovico Pio hæſit.

Nempe ſub eo Principe de imaginibus Conventus habitus eſt Pariſiis, cujus Conventus hiſtoriam ex geſtis, vir diligentiſſimus Sirmundus ſic exponit: Veniſſe ad Ludovicum Pium, Michaelis ac Theophili Græcorum Imperatorum Legatos, atque inter cætera diſſidium expoſuiſſe, quod in Eccleſia Orientali propter imagines verſabatur; quas alii adorandas, alii non adorandas eſſe contenderent: eoſdem Imperatorum Legatos, ſignificaſſe, ſe hac de cauſa Romam etiam ad Pontificem itu-

ciorum leges omnes ſervatæ: quibus omnibus numeris ea tantum Concilia abſoluta fuiſſe dicendum, quæ omnium Eccleſiarum, omniumque populorum moribus, ac placitis comprobata fuerunt (*f*). Ita ſi eſt, Concilio Nicæno haud ſalva res eſt. Difficile dictu eſt, quam multæ Eccleſiæ per ea tempora Nicænis definitionibus pugnaciſſime obſtiterint: ſatis enimvero

---

ituros: Ludovicum pacis componendæ ſtudio a Pontifice popoſciſſe, ut ejus rei gratia Pariſiis Epiſcopi convenirent.

Ex hujus Conventus ſententia, Ludovicus Pius ſcripſit epiſtolam ad Eugenium II, & commonitorium ad Hieremiam Senonenſem, ac Jonam Aurelianenſem, ſuos ad Eugenium II Legatos, ex quibus hæc habemus.

Primo: ab Epiſcopis *Collectiones* factas *de Libris Sanctorum Patrum*, eaſque ad Ludovicum perlatas: ſic enim ſcriptum eſt in ipſo commonitorii initio.

Secundo: petitam fuiſſe licentiam ab Eugenio, hujus nominis II, ut Epiſcopi eas collectiones facerent, quæ Papæ ad Græcorum conſulta reſponſuro adjumento futuræ viderentur. Qua de re ſic ſcribit Ludovicus ad Eugenium II. *A veſtra Sanctitate petivimus, ut Sacerdotibus noſtris liceret, de Libris Sanctorum Patrum ſententias quærere, atque colligere, quæ ad eamdem rem, pro qua iidem Legati* (Græci ſcilicet) *vos conſulturi erant, veraciter definiendam convenire potuiſſent.*

Tertio: res igitur ita tractabatur, etiam Eugenii II conſenſu, ut quæ nondum ultimo, atque irretractabili judicio definita eſſet.

Quarto: hæc quidem ad Papam ſcripta ſunt. At in commonitorio Epiſcopi jubebantur, ut rem quam minima Pontificii animi offenſione tractarent. Verba commonitorii ſic habent: *Ut ſummopere caveatis, ne nimis reſiſtendo Dominum Apoſtolicum in aliquam irrevocabilem pertinaciam incidere compellatis: ſed obſequendo magis quam aperte reſiſtendo, ad menſuram deducere valeatis.* Sic & Sedis Apoſtolicæ dignitatem colebant, & eum Pontifice reverenter tractabant, & ab eo interim in quæſtione fidei, *irrevocabilem pertinaciam* metuebant.

Atque hæc acta ſunt anno 824 poſt triginta annos quam ſecunda Nicæna Synodus habita eſſet. Ac poſtea Franci diutiſſime ſuam ſententiam tuebantur. Interim cum a tot Romanorum Pontificum decretis recederent, haud minus ſe in Eccleſiæ Romanæ communione ac fide permanere gloriabantur: adeo dubia, necdum recepta communi conſenſu dogmata, a certis exploratiſque ſecernebant. Neque Romanam Eccleſiam, ſuis licet Pontificibus cohærentem, erraſſe jactabant; quod abeſſe putarent eam, quam ad extremum ab Eugenio metuebant, *irrevocabilem pertinaciam*. Nec illis palam diſſentientibus, Concilii Nicæni II, aut Romanorum Pontificum, qui idem decreviſſent, aut etiam Concilium Nicænum comprobaſſent, tamquam indeclinabilis objecta eſt auctoritas; quod ſatis conſtaret, nec vocatos eos, & pro lege eſſet illud, a Nicæna quoque Synodo poſitum fundamentum: *Communem fidem, communi conſenſu ſtabiliendam*. Quare Concilii VII apud Orientales, re penitus inquiſita, inter ſe conſentientes ſtatim auctoritas valuit: apud noſtros, rebus paulatim patefactis, & conſentientibus Eccleſiis obtinuit: adeo & noſtrorum animis inhærebat, & ipſi Romani Pontifices fatebantur, illud a Majoribus acceptum: fidei definitiones Eccleſiæ Catholicæ conſenſu valere.

Vid. Fleuryum H. E. Lib. IV, num. 5.

Vid. Libellum qui inſcribitur: Eclairciſſémens ſur les Conciles Genéraux &c.

(f) Auctor Libelli: Giuſtificazioni dei Diſcorſi, e della Stor. Eccl. di Fleury pag. 276. Quando anticamente vi fu qualche dubbio ſull' ecumenicità di certi Concilj, o ſia perchè non v'era intervenuta ſufficiente quantità di Veſcovi, o ſia perchè ſi temeva, che le coſe non ſi foſſero fatte ſecondo le regole, queſti dubbj furono tolti, quando le Chieſe tutte hanno di poi adottata la Dottrina, o la diſciplina di que' Concilj. Però qualora vi foſſero de' dubbj ſull' ecumenicità del Concilio di Trento, queſti dubbj ſarebbero levati allora quando la Dottrina in eſſo deciſa fa parte della predicazione univerſale, ed è riguardata come la fede della Chieſa.

vero id declarant Synodus Tyria anni 331, ad quam convenerant quinquaginta Epiſcopi partim Ægyptii, partim Aſiani, partim Orientales Nicænam fidem, ejuſque vindicem acerrimum Athanaſium oppugnaturi; (S. Epiphanius Hær. 68.) Synodus Antiochena anni 345, ad quam nonaginta Epiſcopi confluxerant, *ut fidem CONSUBSTANTIALIS prorſus labefactarent, everterentque*; (Socrat. Lib. 2, cap. 5.) atque ut plures alias mittam, Synodus Mediolanenſis anni 355, & Ariminenſis anni 359, in quibus octingenti & amplius Epiſcopi Sirmienſi formulæ vocem ὁμοούσιον rejicienti ſubſcripſerunt. (Sozomen. Lib. IV, cap. 15, Sulpicius Severus Lib. II Hiſt. Sacræ cap. 44.)

§. V. Venio ad Synodum Tridentinam. Quid, ſi ne iſta quidem extra Janſeniani teli jactum poſita eſt? Si jam in aurem nobis obganniunt, Unanimitatem a Tridentinis Patribus ne neceſſariam quidem habitam fuiſſe (g); Orientalium Epiſcoporum ſuffragia nec expectata, nec efflagitata fuiſſe (h); *nihil quidquam ulli dicere, proponere, aut ſuadere licitum fuiſſe, quod propoſitioni factæ a Legatis Papæ hoſtis Proteſtantium inſenſiſſimi non uſquequaque conſenſerit atque concordaverit*, (Richer. Edmund. Doctor Sorbon. Syndic. & Pariſienſ. Eccl. Canonic. in Hiſtor. Concil. General. Lib. IV, pag. 170, & ſeqq.) *neceſſum fuiſſe Patribus Tridentinis, ubi ſuam de rebus propoſitis ſententiam dixiſſent, mittere Romam, ut obtinerent afflatum Spiritus Sancti ad infallibiliter decernendum*; (idem loc. cit. pag. 171.) *rumorem invaluiſſe, Spiritum Sanctum Roma a Patribus Tridentinis evocari, atque Tridentum mitti*; (ibid. pag. 172.) *Pontifices ſedulam operam dediſſe, ut in Tridentino Concilio Epiſcopi Italiæ triplo ferme aliarum Provinciarum Epiſcopos ſuperarent; ac proinde omnia ex animi ſui arbitrio, & Curiæ Romanæ ſtylo ac placitis, quibus innutriti erant, decernerentur: Italiæ Epiſcopos aſſuetos Curiæ Romanæ, totos a nutu Pontificis, tamquam abſoluti Monarchæ pependiſſe*. (pag. 173.) *Hunc denique Tridentinæ Reformationis fuiſſe exitum, & ſcopum, ut nihil ad veritatem, ſed in quandam ſpeciem, & pompam externam, atque ad privatum Curiæ Romanæ ſplendorem, & commodum referrentur*. (i) Bone Deus! quando nam illud

(g) Mor. V. *Trente*. Dans le premiére Seſſion tout ce qu' on fit, fut de déclarer qui le ſaint Concile étoit commencè, & que le ſeconde Seſſion ſe tiendroit le 7 janvier de l'année ſuivante. Les Pères cependant réglérent entre eux la maniere dont on procéderoit en ce Concile; & il fut arrèté qu' on n' opineroit point par nations, comme on avoit fait aux Conciles de Conſtance & de Bâle, ce qui avoit causè bien du deſordre; mais que chacun en particulier auroit ſon ſuffrage libre, & qu'on décideroit *à la pluralitè des voix*, de la maniére qu'on en avoit usè au dernier Concile de Latran, ſous Léon. X.

(h) Vid. Auctorem Libelli: Giuſtificazioni Fleuriane pag. 276. N. a.

(i) Racinian. Letter. V, §. 3, pag. 132. Dio grande! per ſoffogare la malizia di tutti i Secoli, per chiudere ermeticamente la bocca di tutti quelli, che parlano la bugia; ſuſcitò a que' tempi il gran S. Carlo Borromeo, lo riempì del ſuo ſpirito, lo fece l' anima, la molla, diremmo il tutto del Concilio di Trento, e d'ogni anche ſuo minimo paſſo. Diſpoſe, che la parte maſſima, e più rilevante di quel Concilio ſi celebraſſe ſotto il Pontificato del di lui Zio Pio IV, e che il Santo Regolatore teneſſe una condotta onninamente coerente, ed identica a quella de' pre-

lud Concilium prodibit, quod horum Zoilorum ac Sycophantarum, qui emiſſitiis, & irretortis oculis omnia circumſpectant, qui nodum in ſcirpo quærunt, qui maculas in Sole ipſo detegunt, qui malitioſo artificio in pejus omnia rapiunt, calumnias vitare, latratus comprimere, crocitationes compeſcere poſſit? Quando nam erit, quo hi ab quantovis etiam Concilio, quantavis partium conſenſione damnati, non adhuc tamen obſtre-

---

precedenti Pontificati; onde biſognaſſe roveſciare ſu lui medeſimo ogni accuſa, che a lui voleſſe darſi. Ci voleva un S. Carlo per coprire da ogni cavillazione di queſti raffinatiſſimi tempi il Concilio. Lo ſteſſo gran Maeſtro di Racine l' Arnaldo, in tutto il capo 13 della parte ſeconda del Libro *della frequente comunione*, ne fa elogj ſommi, e giuſtiſſimi, e quel fra gli altri, che eſſo non ſapeva altro, e non aveva altre maſſime, che *di fare oſſervare gli antichi Canoni*. (ivi pag. 558.) E pure lo ſpirito ardimentoſo del noſtro Storico, a viſiera calata s' alza in cenſore della condotta del Concilio di Trento, e co' più neri colori adombrandolo, tutti i paſſi, tutti i temperamenti, che dava Roma verſo la Sinodo, appariſcono pieni di tanta aſtuzia, d' una così ributtante doppiezza, che S. Carlo, il quale da Roma, e da' fianchi di Pio IV regolava ogni coſa, a ſentire queſto impoſtore, avrebbe dovuto avere un' anima da Affricano, uno ſpirito a cento faccie peggio d' un Proteo. Pieno era il Racine della dolce idea di quella bella Riforma, *in Capite, & membris*, che ſpeſſo vien rammentata a quei tempi. Ed in vero, anche al Concilio furono alcuni tanto frettoloſi per la Riforma, (*Racine* Tom. XIII, Art. III, Num. XI.) che mentre nel Settentrione andava in combuſtione la Fede, e che il Mondo ſoſpeſo nella gran cauſa, aſpettava impaziente le Definizioni dommatiche; volevano, che ſi principiaſſe dal regolare i Parafrenieri del Papa, la Cappa de' Cardinali, le Collazioni, le Riſerve &c. (Ved. *Racine* Tom. XIV, pag. 62, 63, Tom. XV, pag. 275, 283.) Quanti all' incontro avean fior di ſenno, e zelo ſecondo la ſcienza, con alla teſta i Legati della Sede Apoſtolica, gemevano a queſta intempeſtiva premura (Tom. XIII cit. pag. 182); e di grazia Signori, dicevano, terminiamo prima le urgenti pendenze della Fede co' Proteſtanti, mettiamo un argine al rovinoſo torrente, che ogni dì più ſi dilata; e diſcorreremo dappoi con pace delle coſe noſtre fra noi. Ma no: convenne pur cedere qualche coſa all' impegno de' primi; e come ſogliono i buoni, che non mandano innanzi altro, che la pubblica cauſa, ſi accordarono a unire alle urgentiſſime diſcuſſioni della Fede, quelle della Riforma, e in ciaſcheduna Seſſione ſi deliberò ſull' una, e ſull' altra, come ancor ſi vede negli Atti. Ora per chi dia retta a Racine, tutti queſti, che voleano far precedere il Domma, compariſcono tanti volponi furfanti, che aveano ſempre in cuore tutt' altre mire da quelle, che coſtantemente eſprimevano. Sono degl' ipocriti eſecrabili, che ſotto un falſo zelo per la Fede, covano un dichiarato attaccamento per i loro diſordini, pe' loro abuſi, e non cercano, che di eludere quella Riforma, che temono lor piombi addoſſo. La Storia del Concilio di Trento non ſi ha da cavare dalle Bolle, dalle Inſtruzioni autentiche, dagli Atti delle Conferenze &c., ma dalle *intenzioni* delle Perſone, da' lor penſieri notturni, perchè Racine ſapeva a mente, che Paolo III, Giulio III, Pio IV, S. Carlo Borromeo, i Legati Apoſtolici, i Padri del Concilio preſſo che tutti, una coſa aveano ſempre alla mente, e un' altra ne dicevano colle parole. Perciò l' aſtuto Iſtorico finchè ſi parla del Tridentino non nomina mai altro, che nudamente *un Cardinal Borromei*. Non è che fuori di queſta Storia, che odeſi chiamare *S. Carlo* (Sec. XVI, Art. XVI, N. XXVII), e *Santo Cardinale*. La condotta di Pio IV, tutta diretta da lui, non è che *politica, e ambizione*. (ivi Art. XVIII, Num. XXXIV.) Moſtrava *zelo per la Riforma*, ma era ciò un' *apparenza*. (ivi N. XXXVI.) In ſomma Roma non voleva Riforme: ecco tutta la Storia del Tridentino di Racine. Perciò Roma non voleva il Concilio (ivi Art. VII. &c.) Ma le Bolle, le Inſtruzioni, le proteſte pubbliche, le Seſſioni medeſime, gli Atti,

ſtrepant, Judicium non eſſe omnino unanime, ſuffragia non ſatis enucleata, Cornicum oculos confixos, uno verbo Concilium *vere Œcumenicum* non fuiſſe? Haud vana auguror, ſed ex præteritis futura proſpicio.

§. VI. Queſnelliani ab Janſenianis profecti, quemadmodum Janſeniani a Bajanis parietes de eadem Calvini fidelia dealbati ab Clemente XI, conſentientibus omnibus terrarum orbis Epiſcopis, cunctiſque Ordinibus ſuffragantibus (*k*) damnati, quindecim tantum Epiſcoporum patrocinio fulti ad-

---

ti, il fatto eſeguito, moſtrano, e dicono tutto l'oppoſito. La oſtinata diſcordia tra Carlo V, e Franceſco I, gli armamenti de' Proteſtanti, tante difficoltà incontrate fra' Principi, l'epidemia, la peſte, le guerre &c., non poterono eſſer coſe ſabbricate a mano da Roma per fraſtornare il Concilio. A che tanto rifletttere? A Trento non ſi ſcomunicò il Papa, non ſi dichiarò fallibile, nè ſoggetto al Concilio, non ſe gli levò la carrozza, non ſe gli legarono le mani: egli rimaſe in piedi anche dopo il Concilio, le Ereſie poſteriori ſe lo ſentirono piombare addoſſo con quel medeſimo peſo d' autorità, con cui le avea conquiſe di tutti i tempi: dunque s' ha a deſiderare una Clava, che lo aveſſe atterrato, o toltagli almeno la verga formidabile dalle mani.

Idem pag. 138, §. 4. Bello è il ſentire dal noſtro borioſo Romanziere ogni contraſto, che mai ſiegua per due diverſe ſentenze al Concilio. Come gli oppoſitori di Roma ſon de' Giganti, degli Eroi, e ogni loro parola, ogni loro argomento de' capi d' opera! Che Pigmei, che vili, che adulatori, che ignoranti ſono i loro contrarj! Come ſi trovano imbarazzati, come ſtramazzano agli oppoſti argomenti! Un eſempiuccio ſu queſto, e *ab ungue leonem*. Ci dà Racine (cit. T. XIII, Art. VII, n. XII) la Storia d' uno di quei diſpareri, che abbiamo ſopra accennati. Il Cardinale di Trento arringa per far precedere la Riforma; e ſubito queſto ſuo è *un diſcorſo ſtudiato*: egli è un uomo di *tale autorità*; *da trarre la maggior parte nel ſuo ſentimento*. Opina alquanto diverſamente il Cardinal del Monte Preſidente del Concilio; ma egli è un tal uomo, che *ragionava da buono Italiano*. Il diſcorſo però del buono Italiano, anche in Racine (ivi pag. 182, &c.) ſi riduce a queſto: Vogliamo noi, Padri miei, ſpicciar ſubito la materia della Riforma? Incominciamo da noi: Quanto a me, che come Preſidente debbo precedere coll' eſempio, dimetto quì il Veſcovato di Pavia, ordino la vendita delle mie mobilie più prezioſe, e reſtringo il numero de' miei Domeſtici. Ognuno faccia altrettanto, e la Riforma è compita ſubito ſenza Decreti. A queſto diſcorſo *italiano*, come avrà riſpoſto in franzeſe il Cardinale di Trento? Egli ſentì toſto toccare quì *le ſue immenſe entrate di Benefizj, e la magnificenza della ſua Corte*: onde replicò: *che il ſuo parere era ſtato preſo in mala parte: che non aveva avuto mai intenzione di offendere alcuno: che egli ſapeva eſſervi de' Prelati capaci di governare due Chieſe: che quanto a ſe, egli era pronto a laſciare* (ma non lo laſciava) *il ſuo Veſcovato di Breſcia, quando il Concilio così voleſſe*. Ecco l' eſito della Diſputa. E Racine, ſapete voi come intitola queſto numero XII? *Imbarazzo dei Legati*. No, no: piuttoſto: Imbarazzo del Cardinal di Trento. Anche il Cardinal di Lorena, con trecento mila ſcudi di entrata di Chieſa (Racine Tom. XIV, pag. 25), veniva a Trento a fare di belliſſimi Sermoni (non già da buono Italiano) contro la pluralità de' Benefizj &c., e imbarazzava i Legati. (V. ivi Art. XII, N. XXXVII, &c.)

(k) Honoratus a Sancta Maria Oſſervaz. Dogmat. Storiche, Critiche ſopra la dottrina di Gianſenio &c. Part. I, Sez. II, Art. III, pag. 151. Due coſe ſopra tutto hanno allarmato queſti Signori, ed hanno formata la loro condanna. La prima è l'accettazione della Coſtituzione, che ne fece l' Aſſemblea del Clero di Francia compoſta di quaranta Veſcovi, ſeguiti da più di altri ſeſſanta. La ſeconda è il conſentimento quaſi unanime di tutti i Veſcovi del Mondo Criſtiano. Se l' una o l' altra di queſte due condizioni foſſe mancata alla Coſtituzione, non ci voleva di più; e queſto ſolo preteſto avrebbe baſtato ai pre-

adverſus tantum hoc Eccleſiæ Judicium obſtinatiſſime reſtiterunt. Res eo jam in Galliis devenerat, ut ad eorum compeſcendam audaciam quotidie jam magis magiſque gliſcentem de Nationali Concilio cogitari cœperit. Sed quæ, quot, quamque ingenioſæ difficultates ab hiſce rabulis, queis nullus unquam calumniandi, & cavillandi finis, in ipſo limine metuendæ non fuerunt? Ec-

preteſi diſcepoli di S. Agoſtino, per non ſottomettersi alla Coſtituzione.

Idem ib. pag. 152. Convien dire infatto, che queſta accettazione foſſe giuſta, e ſecondo le regole, poichè è ſtata ſeguita dal Voto di tutti i Parlamenti del Regno, da quaſi tutte le Univerſità, dalla più gran parte de' Teologi, ſe ſe ne eccettui un picciol numero di Dottori in confronto degli altri, e di alcuni Regolari di differenti Ordini. Tutti i buoni Cattolici, e generalmente quaſi tutta la Francia, a riſerva di alcuni particolari in intiere Provincie, applaudirono a queſt' accettazione, e la ricevettero con riſpetto.

Idem ib. pag. 158. Diranno finalmente che quando la unanimità, o la quaſi unanimità deponeſſe in favore della Coſtituzione, eſſa non è da eſſere accettata, finchè la certezza della notorietà pubblica non le ſarà favorevole. Perchè ſecondo il Siſtema dell' Autore della *Teſtimonianza della Verità* i giudizj dei Veſcovi dipendono dal conſenſo del Corpo de' Fedeli; e perciò debbonſi richiamare tutte le Deciſioni alla pubblica notorietà, e in alcune occaſioni il Popolo è Giudice della Fede, ed arbitro della Cattolica Credenza. „ In caſo di diviſione (come nell' affare preſente) non è aſſolutamente, dice queſto „ Autore, nè il grande, nè il picciol numero dei Paſtori che decide; ma l' approvazione, o la diſapprovazione della pubblica teſtimonianza . . . . Ed ecco ciò che „ mi fece dire, che il pubblico grido della „ Chieſa, vale a dire, che quando la pubblica notorietà ne fa conſapevoli della impreſſione, che fece ſopra di ſe una Definizione di Fede, che ſe le propone, queſto „ grido è il teſtimonio capitale e deciſivo. " Poſto queſto principio, l' Autore ne cava la ſeguente concluſione: Che il *pubblico grido eſſendo contro la Coſtituzione* Unigenitus, *non ſi doveva accettarla*. Non mi trattengo a rilevare il Sofiſma, che quì fa l' Autore, ſupponendo come dimoſtrato ciò che ſarebbe preciſamente lo ſtato della queſtione. Ma ſpero di convincerlo col proprio ſuo raziocinio, eſſere lui tanto obbligato, quanto i ſuoi amici a ricevere la Coſtituzione *Unigenitus*. Secondo i principj di queſto Scrittore, quando il pubblico grido, o la pubblica notorietà, nel che conſiſte la teſtimonianza capitale, decide in favore di una Definizione Dogmatica, ognuno è obbligato a riceverla. Ora non è così, che il pubblico grido, o la pubblica notorietà decida in favore della Coſtituzione, che ſi è una Definizione Dogmatica? Dunque l' Autore della Teſtimonianza della Verità, come pure tutti que' che adottano la ſua dottrina ſu queſto punto, ſono obbligati di accettare la Coſtituzione.

La prima Propoſizione è fondata ſul principio dell' Autore: in tal maniera non ſi può rivocarla in dubbio. Non ſi tratta dunque che della ſeconda. Frattanto che io non metto queſta pruova nel ſuo chiaro lume, mi contento quì di dire, che in tutti i Regni Cattolici non ſi vede nè Veſcovo, nè Univerſità, nè Eccleſiaſtico, nè Laico, che reclami contro la Bolla *Unigenitus*. Vi ſi ſcuopre all' oppoſto una folla di Prelati che dichiarano eſſi, e i loro Popoli riconoſcerne la giuſtizia, e la neceſſità. Se ſi entra nella Francia, di 128 Dioceſi in circa, in cui ſi divide queſto Regno, ve ne ſono più di 80, nelle quali tutto è tranquillo, e nelle quali la Coſtituzione vi è ſtata ricevuta e pubblicata ſenza oſtacolo. Penetriamo altresì nel picciol numero delle Dioceſi, ove ſi è introdotta la ſedizione, vi ſcorgeremo contro un Novatore che ſi rivolta, o un Queſnelliſta che alza la voce, migliaja di Fedeli, che ſi ſottomettono, e che preciſamente conſervano la ſaggia ſemplicità, che cattiva l' uomo per via dei ſagri legami della Fede. Nello ſteſſo Parigi, quantunque ſi alzino molto le grida, non ſi alzano dapertutto. Quanti Paſtori, e zelanti Miniſtri vi ſono, che il timore, o la ſperanza non furono mai capaci di ſmuovere! Quanti celebri Ordini, che il

Ecce tibi ſtatim, ajebant noſtri, controverſia de indicendi, & convocandi auctoritate, quæ ubi compoſita ſit, tum ſequitur quæſtio de Pontificiis Legatis, num recipiendi ſint tamquam Concilii Præſides; num Galli eſſe debeant, an qualiſcumque nationis eſſe poſſint; num probandi per ſupremam Curiam; num ſolis concedendum, ut agenda proponant, quod in Œcumenico Tridentino factum eſt. Quid vero dicendum de membris Concilium componentibus? Omnes ne invitare oportet Epiſcopos ſive Galli ſint, ſive Gallis jure belli ſuperioribus annis adjecti? Quid minores Eccleſiæ ordines? Concedendus ne illis locus an non? Utrinque difficultates, & incommoda. Quo jure in deliberationibus gaudebunt? Quo ordine tum ipſi, tum alii ſuffragia ferent? Cum porro ad agendum ventum erit, conſtabitque eſſe nonnullos Epiſcopos, qui Conſtitutionem ſine explicationibus admittere nolint, quodnam adverſus illos Judicium conſtituetur? Quis accuſabit? Quis defendet? Quis judicabit? Num Epiſcopi admittentes rejicientur tamquam adverſarii? Adde, quod ab Concilio nationali damnati in illius auctoritate non acquieſcent. Quid tum? Excludentur ne ab Eccleſiarum ſuarum Sedibus, Epiſcopis aliis ſuffectis? Tum vero res ad ſchiſma deveniet. Non ſolum enim veteres Epiſcopi cum recentibus pugnabunt, ſed Clerici quoque cum Clericis, Presbyteri cum Presbyteris, Cœnobitæ cum Cœnobitis pro vario hominum ſtudio in factiones abeuntes. Hæ atque aliæ formidines oblatæ Concilii Nationalis conſilia, ſpemque omnem ſuſtulerunt. Quod ſi horum ſophiſtarum cavillationes, immo unus cavillationum metus nullum Nationalis Concilii habendi ſpei locum reliquit, quanto magis ii ipſi ſuis omnibus calumniis, mendaciis, technis, ambagibus, machinis, dolis, fallaciis, præſtigiis Generalis Concilii opus eludent? Præclare Horatius de hujuſce furfuris hominibus: *Adde Cicutæ Nodoſi tabulas centum, mihi adde catenas: Effugient tamen hæc ſcelerati vincula Protei*.

§. VII. Vin' me tandem aperte loqui, quæ ſit Synodus illa tua *vere œcumenica*, quæque tua illa conſenſio *vere unanima*, quæ ſummum controverſiis finem facit, quæ neminem in terris vindicem habet, a qua nulla datur provocatio? Illa nimirum, quæ ad tuam loquitur voluntatem, quæ tibi Victoriam adjudicat, quæque triumphum tibi decernit. Hæc enim vero Synodus eſt ſuprema Eccleſiæ Judex,

---

il cattivo eſempio non ebbe mai la forza di tirarſi dietro! Non vi ha condizione, non profeſſione di ſeſſo, che non ſomminiſtri una moltitudine di perſone pie e ſenſate, che non piegarono le ginocchia dinanzi a Baal, che mai non ſi dipartirono, nè giammai ſi dipartiranno dalla ſommeſſione dovuta alle Deciſioni della Chieſa.

Ecco il vero pubblico grido, la notorietà pubblica, e la pubblica teſtimonianza della Fede della Chieſa in favore dell'ultima Bolla. Purchè gli Opponenti non pretendano di reſtringere il pubblico grido de' Fedeli a quello dei Queſnelliſti e degli Anti-Coſtituzionarj; il che eglino ſteſſi non ardirebbero di dire ſenza eſſere commoſſi dall'aſsurdità di queſta pretenſione. Così fa duopo concludere, che la voce e il conſenſo pubblico, deponendo in favore della Coſtituzione, l'Autore della Teſtimonianza della verità, e que' che ſeguitano il ſuo principio, ſono obbligati di accettare queſta Bolla.

dex, hæc fallere & falli neſcia, hæc divino œſtro percita, divino numine afflata, divino ſpiritu inſtincta, hæc denique, cui Chriſtiani omnes parere, ſuamque fidem devovere tenentur. At hoc, pace tua dicam, quid aliud eſt, quam & ſapere, & facere cum Proteſtantibus, qui ingenium ſuum pro fidei ſuæ Judice habent? Nam quid intereſt inter eum, qui ſuum ingenium in Judicis loco habet, & inter eum qui Judicem capit ſuo genio indulgentem? Lepidiſſime Plautinus ille Tranio: *Cape obſecro hercle te cum eo una Judicem. Sed eum vide ut capias, qui credat mihi. Tam facile vinces, quam vulpes pirum comeſt.* Quare videant Queſnelliani, ſive Janſeniani, ſive Bajani vocari malint, quo in loco res eorum ſint. Vel enim illum a nobis Judicem poſtulant, qui ſecum una ſentiat, & tunc privato Proteſtantium ſenſui morem gerentes Judicem omnem & re & verbo de medio tollunt; vel eum quærunt, quicum Univerſus Eccleſiæ Senatus, cunctique Chriſtianæ Reipublicæ Ordines ſumma partium conſenſione conſpirent, & tunc ab Eccleſia militante id poſtulantes, quod unius triumphantis proprium eſt, Judicem Eccleſiaſticum re ſane tollunt, verbo tantum relinquunt. Non eſt igitur, cur nobis ſuccenſeant Janſeniſtæ, ſi eos e Catholicorum albo eradamus, & in Anarchiſtarum cenſum referamus.

§. VIII. Elapſi Janſeniſtis, ſeu Anarchiſtis ad noſtros Catholicos veniamus, illiſque abs nobis petentibus, quæ quantaque in Conciliis debeat eſſe Patrum conſenſio, pro virili parte ſatisfaciamus.

Si de Generalibus Conciliis loquimur, hæc vel ad finiendam cauſam indicuntur, vel ad finiendum errorem. Utrumvis dixeris, Unanimitas optanda illa quidem, ſed non ita tamen neceſſaria putanda eſt, ut ſi deſit, Concilium Œcumenicum nomen ſuum tueri non poſſit. Si quæ hactenus habita ſunt Generalia Concilia revolves, pleraque non tam ad finiendam cauſam, quam ad finiendum errorem convocata fuiſſe comperies. Enimvero magnopere fallitur Pſeudo-Boſſuetus, cum in Def. Decl. Cl. Gal. Part. I, Lib. VII, c. 7, ait: *Neque ante, neque poſt Concilium Nicænum adverſus Arianos quidquam decretum fuiſſe, quod Synodi ſententiam vel prævenerit, vel firmarit.* Nam Liberius Summus Pontifex nos dubitare non ſinit, Sanctum Alexandrum Epiſcopum Alexandrinum anno 319 coacta Synodo centum fere Epiſcoporum Arium damnaſſe, Summumque Pontificem certiorem ea de re feciſſe: *Manent litteræ Alexandri Epiſcopi olim ad Sylveſtrum Sanctæ memoriæ miſſæ, quibus ſignificavit, undecim tam Presbyteros, quam etiam Diaconos Arii hæreſim ſequentes ſe Eccleſia ſeparaſſe.* Liberius epiſt. 4. Quam hæreſim Dionyſius Pontifex anno 260 adverſus Sabellianos ſacris execrationibus perculerat jam, proſtraveratque. *Cum Dionyſius* (ſunt verba S. Athanaſii in Lib. de ſent. Dionyſ.) *adverſus eos etiam ſcripſerit, qui Filium Dei rem creatam, & factam dicunt; liquido conſtat, non nunc primum, ſed olim ab omnibus anathemate damnatam eſſe inimicorum Chriſti Arianorum hæreſim*: ut proinde dubitandum non ſit, quin Nicæni Patres non ad Arianam cauſam finiendam, ſed ad Arianum errorem finiendum ſua omnia ſtudia, operamque contulerint, rerum omnium neutiquam inſcio, ſed probe gnaro, maximeque conſcio, atque plauſore Pontifice Maximo: *Trecenti & octo Sancti Patres apud Ni-*

cæam

cæam congregati confirmationem rerum atque auctoritatem S. Romanæ Eccleſiæ detulerunt. Concil. Roman. an. 485, ad Presbyt. Conſtantinop. & Bithyn. Neque Conſtantinopolitanorum Patrum labores, ac curæ anno 381 eo ſpectabant, nitebanturque, ut Eunomianorum, Anomæorum, Eudoxianorum, Sabellianorum, Marcellianorum, Photinianorum, Apollinariſtarum, & Macedonianorum, ſive Pneumatomachorum hæreſes configerent ab Apoſtolica Sede jam anno 373 (*l*) confixas (Sozomenus Lib. VI, cap. 25, Theo-

(*l*) Barth. J. C. Inſtit. cap. 27, §. VI, pag. 197. Eunomianos, Anomæos, atque Eudoxianos, qui puri puti Ariani erant, & Liberius in epiſtola ad Orientales, & Sanctus Damaſus in Fidei definitione ad Paulinum miſſa anathematizaverat: *Anathematizamus*, ſcribit S. Damaſus in epiſtola ad Paulinum, *Arium, atque Eunomium, qui pari impietate, licet ſermone diſſimili, Filium, & Spiritum Sanctum aſſerunt eſſe creaturas*. Ad Sabellianos quod attinet: *Anathematizamus*, pergit Sanctus Pontifex, *eos qui Sabellii ſequuntur errorem, eundem dicentes Patrem eſſe quem Filium*. Marcellianorum vero hæreſim proſcripſit, cum addidit: *Anathematizamus eos, qui Verbum Filium Dei extenſione, aut collectione, & a Patre ſeparatum inſubſtantivum, & finem habiturum eſſe contendunt*. Nam Marcello hunc Sanctus Baſilius errorem tribuit epiſt. 263. *Neque Filium*, inquit, *propria, ac diſcreta hypoſtaſi præditum confitetur, ſed protenſum, & ad eum ipſum, ex quo proceſſerat, reverſum*. De Photinianis ita Sanctus Damaſus ſubjecit: *Anathematizamus Photinum, qui Hebionis hæreſim inſtaurans, Dominum Jeſum Chriſtum tantum ex Maria confitetur*. Apollinariſtas damnavit, cum addidit: *Anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationabili, & intelligibili dicunt Dei Verbum in humana carne verſari*. Macedianorum denique blaſphemiam, ſive Pneumatomachorum, qui Spiritus Sancti Divinitatem negabant, Sanctus idem Damaſus anathemate confixit, & adverſus illam hæreſim catholicæ Fidei regulas præſcripſit. *Quia*, ſcribit in eadem ad Paulinum epiſtola, *is error inolevit, ut quidam ore ſacrilego auderent dicere, Spiritum Sanctum factum eſſe per Filium; anathematizamus eos, qui non tota libertate proclamant, eum cum Patre, & Filio unius poteſtatis eſſe, atque ſubſtantiæ. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arii ſtirpe venientes, non perfidiam mutavere, ſed nomen*: Deinde: *Si quis non dixerit, Spiritum Sanctum de Patre eſſe vere, ac proprie, ſicuti Filius, de Divina ſubſtantia, & Deum verum, anathema ſit &c.*

Fidei hanc definitionem adverſus illas omnes hæreſes, aliquot jam ante annis, quam Concilium Conſtantinopolitanum haberetur, Sanctus Damaſus Pontifex Summus ad Paulinum Epiſcopum Antiochenum miſerat: quemadmodum Antonius Pagius, Tillemontius, atque Petrus Cutantius demonſtrant. Ex quo illud conficitur, hæreſes omnes, quas Conſtantinopolitana Synodus anno tercenteſimo octogeſimo primo damnavit, inter quas fuit etiam Macedoniana, a Sancto Damaſo Pontifice Summo jam ante fuiſſe damnatas. Et hoc illud eſt, quod in pervetuſto Codice Vaticano, in Actione quinta Concilii Chalcedonenſis, poſt Nicænam Symbolum, loco Symboli Conſtantinopolitani, definitio illa Fidei, quæ a Sancto Damaſo prodiit, exhibetur: quod etiam a Stephano Baluzio in ſua nova collectione Conciliorum fuit obſervatum. Illud quoque etiam animadvertere debemus, Fidei Symbolum, quod ab hac Synodo Conſtantinopolitana propoſitum fuit, ita in uſu jam antea in Eccleſia fuiſſe, ut Sanctus Epiphanius in ſuo *Ancorato* cap. 120, non ſolum totum deſcripſerit, ſed etiam tamquam Fidei catholicæ profeſſionem catechumenis ad verbum memoriæ mandandum commendaverit. *Ancoratum* vero S. Epiphanius, ut ipſemet ibidem cap. 121 profitetur, conſcripſit anno tercenteſimo ſeptuageſimo quarto. Ex quo quiſque intelligere poteſt, a Synodo Conſtantinopolitana nullum Fidei Symbolum fuiſſe compoſitum; ſed illud ab ea ſuſceptum atque propoſitum, quo jam antea utebatur Eccleſia.

Theodoretus Lib. V, cap. 10, Synodus VI, act. 18, apud Lab. Tom. 6 Concil. pag. 1049.) ſed ut illos hæreticos ad fidei unitatem revocarent: (Socrates lib. 5, cap. 8, Sozomenus lib. 7, cap. 7.) nec in Epheſino Concilio actum fuit de ferenda ſententia adverſus Neſtorium, ſed de ſententia a S. Cæleſtino Summo Pontifice jam lata executioni mandanda; (Vid. ſupra Qu. XXIV, §. 5.) nec a Synodo Chalcedonenſi Leonis Pontificis *de Incarnatione Verbi* ad Flavianum epiſtola excuſſa, ut Pſeudo-Boſſuetus contendit l. c. cap. 17, (m) ſed excuſſi Eutychiani, eorumque doctrina ad Leonis Epiſtolam tamquam ad Lydium lapidem explorata, & plumis cantuque nimium diſcolor inventa, fuit reprobata. Mitto Synodum Conſtantinopolitanam II, quæ *Œcumenica V nominatur, in qua de Perſonis tantummodo, non autem de Fide aliquid geſtum fuit*. (Sanctus Gregorius Magnus epiſt. 39, Lib. 4.) Illa vero, quæ anno 680 Conſtantinopolim edicta fuit, Œcumenica VI, quæque Theodoro Pharamitano, Cyro Alexandrino, Sergio, Pyrro, Paulo, & Petro Conſtantinopolitanis Epiſcopis, qui plures antea annos e vivis abierant, tamquam Hæreticis Monothelitis anathema inflixit, hoc ipſo ſignificavit, ſe in eam hæreſim non condemnandam, ut pote jam longe ante condemnatam, ſed penitus extinguendam incubuiſſe. Nam, ſi tum primum Monothelitarum doctrinæ hæreſeos nota impacta fuiſſet, non erat, cur eorum nomina, qui ad plures jam antea abierant, ab Eccleſiaſticis Diptychis expungerentur, eorumque cineres tam ſolemni deteſtatione execrarentur. Quid Synodus ſeptima? quam Leoni Iſauro flagitanti S. Gregorius II Pontifex Summus reſpondiſſe fertur: *Ceſſa & quieſce, tum Synodo minime opus erit*. Præclara ſane vox, ac tanto Pontifice digna, quæ declarat, non ad dogmata figenda, ſed ad pertinaciam frangendam Synodum illam convocandam. Quid octava? Anne ad Photii cauſam judicandam toties jam (n) judicatam, atque damnatam celebrata ea fuit, an potius ad Photium ipſum, ejuſque aſſeclas in ordinem redigendos, reſque Orientales Eccleſiæ componendas? Quid denique Concilium Florentinum ac

(m) Barth. ibid. cap. 30, §. 4, pag. 228. Sanctus Leo ad Synodum ſcripſit, comprimendam eorum eſſe audaciam, qui contra fidem diſputare non dubitarent; cum jam ipſe catholicam Fidem de Incarnationis myſterio epiſtola ſua expoſuerit. *Non liceat*, ſcribit, *defendi, quod non licet credi; cum pleniſſime, & lucidiſſime per litteras, quas ad beatæ memoriæ Flavianum Epiſcopum miſimus, fuerit declaratum, quæ ſit de Sacramento Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti pia, & ſincera confeſſio*. Legatis ſuis vero hoc in mandatis dedit: *Sanctorum Patrum conſtitutionem prolatam nulla patiamini temeritate violari, aut imminui; ſervantes omnimodis perſonæ noſtræ in vobis, quos vice noſtra traſmiſimus, dignitatem. Ac ſi qui forte, civitatum ſuarum ſplendore confiſi, aliquid ſibi tentaverint uſurpare, hoc, qua dignum eſt conſtantia, retundatis*.

(n) Baſilius Imperator Epiſt. ad S. Nicolaum I. *Nos Photium gradu movimus; Ignatium vero injuria affectum, ut Judicio veſtro variis in epiſtolis declaraſtis, ſolio veſtro reſtituimus*.

S. Ignatius epiſt. ad S. Nicolaum I. *Imperator noſter, ut fideliſſimus filius veſter tuæ Sanctitatis SENTENTIAM ET DECRETUM EXECUTUS, me & Photium pro æquitate cauſæ tractavit*.

ac Tridentinum? Numne ea dogmata, quæ Photianos], & Proteſtantes ab Romana Eccleſia diſſociaverant, nova indigebant definitione, an non potius novis pharmacis, atque remediis? Nondum de iis Conciliis loquor, quæ ut cauſæ ipſi finem afferrent, habita ſunt, cujuſmodi fuere Lateranenſia, Lugdunenſia, & Viennenſe, quibus & præfuit, & interfuit ipſe Pontifex Maximus, & in quibus multa fidei oracula tum primum edita. Sed de utriſque illud affirmare mihi poſſe videor, ſummam voluntatum conſenſionem deſiderari poſſe, quin Eccleſiæ vox, & auctoritas deſideretur (o). Nam, ſi de

(o) Melchior Canus Lib. V de Locis cap. V, pag. 159, Edit. Patav. 1720. Verum ſcrupulus hic exiſtit, qui male quoſdam habet. Nam ſi omnes Epiſcopi ſint judices, Summus nimirum Pontifex tenebitur in ferenda ſententia majorem partem judicum ſequi, eorumque doctrinam approbare. In omni enim recto, & bene inſtituto tribunali, is qui præſidet, plurium judicium confirmare debet, paucorum negligere. Hac ſolvenda quæſtione Cardinalis Turrecremata lib. 3 Summæ Eccleſiæ, capite ſexageſimo quarto, & ſexageſimo quinto, juriſperitos ipſe ſequens multa dicit: quæ mihi non probantur omnia. Nec eſt animus tamen ſingula perſequi, & cujuſque opiniones refutare. Acute enim diſputantis, ut Cicero tradit, illud eſt, non quid quiſque dicat, ſed quid cuique dicendum ſit, videre. Quod igitur aſſumptum eſt, Patres Concilii non modo conſiliarios eſſe, verum etiam judices, id inficias ire nec poſſumus, nec debemus. Nam Patres Nicænæ Synodi a Sylveſtro contendunt, ut quidquid conſtituerunt confirmet. Et Leo, quæ a Concilio Chalcedonenſi de fide ſtatuta ſunt, ea dicit ſe probare. Et Concilium ipſum ad Leonem, Decretis, inquit, tuis noſtrum honora judicium. Et ſexta Synodus, actione decima octava, Anathematizamus, inquit, Theodorum, Sergium, Cyrum &c. & paulo poſt: His omnibus, ait, a ſancto hoc Concilio conſtitutis, & per ſubſcriptionem noſtræ fortitudinis confirmatis, ſancimus, ut nullus aliud quicquam de fide ſatagat, &c. Num verba hæc conſulentis ſunt? An potius judicantis? Atque in cæteris Patres non ut conſiliarii, ſed ut judices loquuntur. Caput enim tertium Nicænæ Synodi ſic habet: Interdixit per omnia magna Synodus &c. Scrupulum vero, qui nunc opponitur, facile eximo. Nego enim, cum de fide agitur, ſequi plurimorum judicium oportere. Nec hic, ut in humanis vel electionibus, vel judiciis, ex numero ſuffragiorum ſententiam metimur. Scimus frequenter uſuvenire, ut major pars vincat meliorem: ſcimus non ea ſemper eſſe optima, quæ placent pluribus: ſcimus in rebus, quæ ad doctrinam pertinent ſapientum ſenſum eſſe præferendum. Et ſapientes pauciſſimi ſunt, cum ſtultorum infinitus ſit numerus. Quadringenti Prophetæ Achab mentiti ſunt: ex ore vero Micheæ ſolius quidem & contemptibilis veritas egreſſa eſt. Non ſunt igitur divina judicia humanis rationibus moderanda. In paucis aliquando citius, quam in multis ſalvat Dominus. Major quippe pars Epheſini Concilii ſecundi in Dioſcori ſententiam venit, nec Legati tamen plurium judicio ſubſcripſere. Quocirca Summus Pontifex majoris partis ſententiam non tenetur amplecti. Immo ſive pauci, ſive plures ad errorem deflexerint, munus eſt apoſtolici Antiſtitis ad veram eos fidem revocare: juxta illud, quod Petro dixit Chriſtus: Ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua, & tu, non unum, & item alterum, ſed ſive paucos, ſeu multos, confirma fratres tuos. Ita Damaſus ſcribens ad Epiſcopos per Illyricum conſtitutos, numerum Concilii Ariminenſis magna libertate contempſit, illique tantæ multitudini unum Vincentium, & alios paucos oppoſuit, qui contra illius Concilii ſententiam dixerunt. Et Leo, cum Anatolius decretum Chalcedonenſis Synodi de Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ primatu, ſexcentorum triginta patrum conſenſione præferret; Quaſi, inquit, refutari nequeat, quod illicite voluerit multitudo. Nulla ſibimet de multiplicatione congregationis concilia blandiantur: nec trecentis illis decem atque octo copioſior numerus ſacerdotum comparare ſe audeat, vel præferre, cum tanto divinitus privilegio Nicæna ſit Synodus conſecrata, ut ſive

de fide ſancienda agatur (idem dic etiam de moribus, & diſciplina) ut Eccleſiæ vox habeatur, & ſit, ſatis eſt, ſi ii, qui cum Pontifice ſentiunt, ac capiti ſuo adhærent, numero totidem ſint, qui ipſi per ſe corpus late conſpicuum conſtituant, ac Univerſitatis nomen mereantur, licet ii, qui a Pontifice diſſident, & a capite ſuo deſciſcunt, numero longe plures ſint, viribus, opibus potentiores. (Vid. ſupra Lib. I, Qu. V, §. 4, 5, 6, Qu. VI, §. 1.) Si vero de erroribus, hæreſibuſque delendis agatur, aut ſtantium ſolummodo unanimitatem requirimus, & tunc id quærimus, quod jam habemus, quodque nobis deeſſe unquam non poteſt; aut omnium etiam errantium conſenſionem ad Conciliorum Œcumenicitatem neceſſariam eſſe putamus, & tunc aut nulla Concilia Œcumenica, aut nullos hæreticos haberemus. Atque hæc de Conciliis Generalibus.

§. IX. Ad Nationales Synodos quod attinet, diſtinguendum eſt. Si fidei, aut morum, aut diſciplinæ ad Univerſam Eccleſiam pertinentis regulæ in medium vocentur, quanta quanta Patrum omnium conſenſio, ac conſpiratio eliditur una Pontificis diſſenſione. Sin vero ea agantur diſciplinæ capita, quæ particularium, ſingulariumque Eccleſiarum propria ſunt, hic videas oportet, num ex illorum numero ſint, quæ Patriarchæ in Epiſcopalium Eccleſiarum fundatione ſibi retinuerunt, an ex illis, quæ Epiſcoporum arbitrio reliquerunt. Si primum ais, unius Patriarchæ vox plus habet virium, ac ponderis, quam reliquorum omnium ſuffragia: ſi alterum dicis, tunc illud Juriſconſultorum adagium locum habere videtur: *Quod omnes tangit, ab omnibus probari debet.* Sæpe vero contingit, ut in Patriarchalibus Conciliis cauſarum Judicia inſtituantur, tum earum quæ conſtant ex crimine, ut facinoris, tum earum quæ conſtant ex controverſia, ut bonorum Eccleſiaſticorum; quibus ſane in cauſis ſententia valet plurimorum. Quod de Nationalibus ſeu Patriarchalibus Conciliis, id ipſum etiam de Primatialibus atque de Provincialibus dictum eſſe volo, cum jam uti Primatiales, ita etiam Provinciales ſeu Metropolitanæ Synodi nihil aliud ſint, quam Patriarchalium Vicariæ, earumque juribus auctæ, cumulatæque. De Epiſcopalibus Synodis alibi erit dicendi locus. Nunc ad alia Metropolitarum jura expendenda tranſeamus.

QU.

ſive per pauciores, ſive per plures Eccleſiaſtica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate ſit vacuum, quidquid ab illorum fuerit conſtitutione diverſum. *Haſtenus Leo.*

Jus Metropoliticum. Ee

QU. XXXII.

Quid habes de tertio Metropolitarum jure ordinario?

Utuntur ne jure ſuo Metropolitæ, cum in omnibus ſuæ Provinciæ Eccleſiis legum cultum, ac canonum obſequium promovent? (a)

§. I. PAulus Apoſtolus cum Cretenſium Provinciam Tito tradidit, nihil prius, nihil potius illi mandavit, quam ut Eccleſiaſticas leges tueretur, earumque ruptores, violatoreſque in ordinem redi-

(a) Thomaſſin. de Vet. & Nov. Eccl. Diſcipl. Part. I, Lib. I, cap. 48, §. 14. Ex Decretis Concilii Tridentini debet Metropolitanus monere Summum Pontificem, qui Epiſcopi ab elapſo jam anno non reſideant, introitu Eccleſiæ interdicto, ſi ultra tres menſes differat. Senior inter Epiſcopos Provinciæ monere tenetur Pontificem, ſi Metropolitanus ipſe ultra annum a ſua abſit Eccleſia.

2. Metropolitani eſt, ſcripto probare juſtas abſentiæ Suffraganeorum cauſas. Eodem munere fungitur ſenior Provinciæ Epiſcopus, tum in ipſum Metropolitanum, tum, ſi abſit Metropolitanus, in cæteros Provinciæ Epiſcopos.

3. Metropolitani eſt judicare cum Concilio Provinciali, an juſtæ fuerint cauſæ, quibus vel ipſe, vel Epiſcopi alii permiſerint Epiſcopis, ut ab Eccleſiis ſuis abeſſe poſſent. Item quid pœnarum decernendum ſit in eos, qui poteſtate hac abutuntur.

4. Metropolitani eſt Epiſcopos corripere, qui pigritantur ceſſantque a Seminariis erigendis, nec in id conferunt canonicam ſuorum redituum portionem: ita & Concilii Provincialis eſt Metropolitanum increpare, ſi in culpa & ipſe ſit.

5. Metropolitani eſt, vacante Epiſcopali Eccleſia, Vicarios illi Generales deſignare, ſi pigreſcat Capitulum, nec deſignet. Eodem jure & ſenior Suffraganeus in Eccleſia Metropolitana vacante deſignabit.

6. Metropolitani eſt, tertio quoque anno indicere Concilium Provinciale: eo legitime impedito, id juris revolvitur ad ſeniorem Provinciæ Epiſcopum.

7. Si qua inſignis pravitas radices egerit in aliqua Diœceſi, nec revelli poſſit, niſi ut difficultates, & procellæ aliquæ ingruant: *Si aliquis dubius vel difficilis abuſus ſit extirpandus*: nil agat Epiſcopus niſi de ſententia Metropolitani & Concilii Provincialis. Ne innovari quidem rei quidquam majoris debet in Eccleſiæ diſciplina, niſi explorato Romani Pontificis aſſenſu: *Ita tamen ut nihil inconſulto ſanctiſſimo Romano Pontifice novum, aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernatur.*

8. Si Eccleſiæ Cathedralis opes impares ſint extruendo alendoque Collegio juniorum Clericorum, Concilii Provincialis ea provincia eſt, aut Metropolitani, cum Conſilio duorum ex Suffraganeis ſenioribus, plures ut conſocient Cathedrales Eccleſias, conſtruantque illis commune Collegium, aut in civi-

digeret: *Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt, corrigas.* Ad Tit. I, 5. Hoc ipſum etiam Timotheum, cui Epheſina Provincia concredita erat, monitum voluit in ea epiſtola, quam paulo ante mortem teſtamenti loco ei miſerat, modumque ac rationem illi præſcripſit, quam in legum cultu, canonumque obſequio commovendo, alendo, ſuccendendo tenere deberet: *Inſta opportune, importune, argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina.* II ad Timoth. IV, 2. Quas Titus, & Timotheus tunc geſſere provincias, eas nunc gerunt Metropolitæ eorum muneris, poteſtatiſque hæredes. (Vid. ſupra Qu. IV, §. 3, Qu. V, §. 2.) Ea igitur princeps Metropolitarum cura, ut in cunctis totius Provinciæ Eccleſiis ſuus legibus, ſuus Canonibus ſtet honos, vigeatque ubique divinorum præceptorum obſervantia. Sapienter Valentini Patres anno 589: *Ut ſingulis Metropolitanis cura ſit de vita, & opinione non ſolum totius Cleri, ſed etiam ipſorum EPISCOPORUM.* Can. 19. Præclare Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus ad Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum: *De his ex quibus certas, ac manifeſtas Sanctorum Conciliorum, & Apoſtolicæ Sedis habemus*

---

civitate ipſa Metropolitana, aut quopiam alio commodiore loco.

9. Si Regularibus aliquæ Parochiæ ſint, & eorum Monaſteria in nulla ſint Diœceſi, Metropolitani eſt, tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati, ut eos cogat gregem Dominicum verbo divino paſcere, & prædicare, diebus ſaltem Dominicis, & Feſtis ſolemnioribus.

10. Metropolitani eſt compellere Monaſteria ſuæ Provinciæ, quæ nec in unius Congregationis corpus adunata ſunt, nec Epiſcopo ſubjiciuntur, ut in Congregationem aliquam ſe recolligant, & Generalia ſibi Capitula triennio quoque indicant, ad reſtaurandam muniendamque deinceps regularem in clauſtris ſuis diſciplinam.

Ex his omnibus ſatis eluceſcit, ſi hac omni poteſtate utantur Metropolitani, quam illis Tridentina Synodus vel conceſſit vel vindicavit, non eſſe jam quod invideant ſplendori & majeſtati Metropolitanorum, qui primæva in Eccleſia viguere. Quod autem a Tridentino Concilio jubentur arctius cohæreſcere & conglutinari cum Suffraganeis, cum Conciliis Provincialibus, cum ipſo Romano Pontifice: nova hinc illis comparata ſunt præſidia & adjumenta per quam opportuna, ad auſpicacius efficaciuſque peragendum quidquid Eccleſiarum paci & ædificationi, quidquid muniendæ puriori diſciplinæ conducibilius erit.

Carolus Borromæus Mediolanenſis Epiſcopus videri non immerito poteſt, geſtiſque decretiſque ſuis omnibus nihil aliud quam Concilium Tridentinum interpretatus eſſe. At is nec in Decretis Provincialium Conciliorum ſuorum, nec in tota Archiepiſcopatus adminiſtratione anſam dedit ullam ſuſpicandi Metropolitanam auctoritatem a Tridentinis Patribus truncatam acciſamque fuiſſe. Quin ſtatutum ex adverſo eſt in Conciliis ejus Provincialibus: 1 Ut Canonici tres ſeniores ſexto quoque menſe moneant Metropolitanum de reſidentia Epiſcopi; alioqui menſtruis diſtributionibus priventur. 2 Ut ſervet Metropolitanus alterum ex duobus Regeſtis, quibus recenſentur res titulique Eccleſiarum Provinciæ ſingularum. 3 Ut Metropolitani ſit Concilii Provincialis Decreta interpretari. Ad ipſum recurrant ipſumque percunctentur Epiſcopi & Capitula, in recenſendis Statutis ſuis, ut ea ad normam Concilii Tridentini refigant. Ipſius eſt denique Romanum Pontificem conſulere in rebus difficilibus & intricatis. 4 Poteſt ſemper ab Epiſcoporum ſententia ad Metropolitanum provocari, etiam ubi judicant tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati, dummodo ejuſmodi cauſæ ſint, de quibus ante judicare poterant jure ordinario. 5 Denique omnium manibus teritur Caroli Vita a Giuſſano elegantiſſime ſcripta, ex eaque eliqueſcet quam frugifera fuerit viſitatio Provinciæ totius Mediolanenſis, quam mandato Apoſtolico peregit cum ſummo Metropolitica

mus ſententias; ſi contra eas feceris, non debeo expectare Provinciale, vel Generale Concilium, vel Coepiſcoporum noſtrorum conſultum, ſive conſilium, ſed ſtatim ſecundum majorum, & Orthodoxorum Patrum ſententias ea corrigere debeo, quæ contra eorum definitionem admiſeris. Op. LV, cap. 5, 35. Et ad Ambianenſem Epiſcopum: *Etſi totius Metropolis Rhemorum nobis cura injuncta eſt, ſed VESTRI potiſſimum qui & annorum teneritudine, & morum levitate pondus Sacerdotale necdum ferre didiciſtis.* Concil. Tom. IX, pag. 740, 1219. Scite Lanfrancus Cantuarienſis Archiepiſcopus cuidam Epiſcopo Metropoliticum imperium detrectanti: *Nec ſobrius quiſquam putaverit hoc eſſe in aliena Parochia temere aliquid præſumere, cum per miſericordiam Dei TOTAM HANC, QUAM VOCANT BRITANNIÆ, UNAM UNIUS NOSTRÆ ECCLESIÆ CONSTET ESSE PAROCHIAM.* Quæ ſane verba declarant, Metropolitis non ſolum in ſua, ſed in aliis etiam ſuæ Provinciæ Diœceſibus Canonum, legumque tutelam eſſe gerendam.

§. II. Hæc Metropolitarum poteſtas jam inde uſque a Sæculo VI tam altas radices egerat, ut Imperatores ipſi, ſi quando ſuas leges in Eccleſiaſticorum mores induci volebant, totum hoc negotium Metropolitis mandarent. Hinc Juſtinianus Imperator Novel. VI, epilog. *Illi quoque* (Metropolitani) *rurſus etiam proponant ipſi ea in Metropolitana ſanctiſſima Eccleſia, & CONSTITUTIS SUB SE EPISCOPIS hæc manifeſta faciant:* Et Novel. XLII, epilog. *Cuſtodiat itaque Beatitudo tua, quæ recte adnotata ſunt, & mittat ipſa per ſuas Deo dilectas litteras omnibus Sanctiſſimis METROPOLITIS ſub ipſa exiſtentibus, quorum cuilibet cura erit IPSA MANIFESTA FACERE Sanctiſſimis Eccleſiis ſub ipſis ordinatis.*

§. III. Excubiæ, vigiliæque, quas agebant Metropolitæ, ne ex Epiſcoporum incuria quid detrimenti leges Eccleſiaſticæ caperent, Epiſcopos ad ſuas Eccleſias adeo aſtrinxerant, alligarantque, ut ab illis, Metropolita inconſulto, longe abeſſe ſibi nunquam liceret. *Ut Epiſcopi trans mare non proficiſcantur, niſi conſulto primæ Sedis Epiſcopo ſuæ cujuſque Provinciæ, ut ab eo præcipue poſſint ſumere Formatam.* (b) Concil. Carthag. III, ann. 397, Can. XXVIII. Quam diſciplinam Sæculo VI collabentem reſtituere conatus

---

cæ dignitatis imperio. Corruptelas quaſdam & exitiales & inſanabiles fruſtra tentarant Epiſcopi exſcindere; eas pro ſumma ſua qua pollebat poteſtate Metropolitanus extirpavit.

(b) De litteris Formatis vide ſupra Lib. I, Qu. XI. N. a.

Zoſimus Papa ad Epiſcopos Galliarum Epiſt. V. Si quis ex qualibet Galliarum parte ſub quolibet Eccleſiaſtico gradu ad nos Romam venire contendit, vel alio terrarum ire diſponit, non aliter proficiſcatur, niſi Metropolitani Arelatenſis Epiſcopi formatas acceperit litteras, quibus ſacerdotium ſuum, vel locum Eccleſiaſticum quem habet ſcriptorum ejus aſtipulatione perdoceat. Quia plures Epiſcopi, ſive Presbyteri, ſive Eccleſiaſtici ſimulantes, quia nullum documentum formatarum extat, per quod valeant confutari, in nomen venerationis irrepunt, & indebitam reverentiam promerentur.

Hilarus Papa, Epiſt. 10, Clericos prohibuit exire Provincia ſine Metropolitani litteris, quas ſi præter jus dare is abnueret, ejus controverſiæ judices ſederent proximiores duo Metropolitani cum Epiſcopo Arelatenſi. *Cum duobus Metropolitanis. Provinciarum quæ contiguæ ſunt, Arelatenſis Epiſcopus cuncta diſcutiens.*

tus eſt S. Gregorius Magnus. *Additur, quod ex vobis aliqui pro Eccleſiæ ſuæ emergentibus cauſis tranſmarina petentes, ſine prædicti ſui Metropolitani cognitione, vel Epiſtolis, SICUT CANONUM ORDO CONSTITUIT, audeant ambulare. Hortamur ergo Fraternitatem veſtram, ut antiquam ECCLESIARUM VESTRARUM CONSUETUDINEM exequentes tam de ſuſcipienda Paſchali denuntiatione,* (c) *quam etiam, ſi quemquam veſtrum pro cauſis propriis ubicumque compulerit, ambulare neceſſitas, ab eodem Metropolitano veſtro SECUNDUM INDICTAM VESTRAM REGULAM petere ceſſionem debeatis.*

QU. XXXIII.

(c) Binghamus Orig. Eccleſiaſtic. Lib. II, cap. XVI, §. 21, Tom. I, pag. 232. Metropolitani quotannis computationem celebrandi *Paſcha* recognoſcere, de eoque ſuffraganeos ſuos reddere certiores debebant. Negotium quidem componendi cycli a Patribus *Nicænis* ſpeciatim Epiſcopo *Alexandrino* datum fuit, quemadmodum *Leo* Papa aliique perhibent: & ipſe reliquas Eccleſias de hoc ipſo debebat facere certiores; ſed vero quum non ſemper debita hujus rei ratio haberetur, idcirco a cujuslibet Provinciæ Metropolitano requirebatur, ut tempus præſtitueret, totique illud Provinciæ ſignificaret. Quemadmodum id *Ambroſium* in Provincia *Mediolanenſi*, & Epiſcopum *Carthaginenſem* in Provincia *Africa* feciſſe legimus. Et Concilia *Hiſpanica* Metropolitanis ſuis præcipiunt, ut rem iſtam prius de compacto agant, & tum cum Comprovincialibus ſuis Epiſcopis communicent.

QU. XXXIII.

Explica mihi quartum Jus Metropolitarum ordinarium. (a)

Agunt ne pro jure ſuo Metropolitæ, cum Univerſam Provinciam viſitant?

§. I. HOC jus ſuperioris eſt additamentum, atque appendix. Qui Metropolitis id oneris imponunt, ut in ſua quiſque Provincia Sacrorum Canonum tuitionem gerat, ii id etiam juris eisdem adjudicent neceſſe eſt, ut ſuam ſinguli Provinciam luſtrare poſſint, quæque intra Provinciam ſunt, Eccleſias viſitare. Nam ipſa ratio connexi, cum conceſſeris ſuperius, cogit te inferius concedere. Quæ vero magis inter ſe con-

(a) Berard. Comment. in J. C. U. Diſſ. III, cap. 3, pag. 81. Enitet poteſtas Archiepiſcopi in Eccleſias Suffraganeorum in eo, quod iſtæ Archiepiſcopi viſitationi non ſemel tantum, ſed iterum, iterumque ſubjacent, ita ut dum Archiepiſcopus eas viſitat, poſſit ea, quæ reformatione, correctioneve indigent, reformare, aut corrigere, confeſſiones illorum, qui ſubditi Suffraganeis ſunt, audire, pœnitentes abſolvere, pœnitentias injungere ſalutares, ad emendationem Cleri, & populi ſalubribus monitis intendere, ſi quos delinquentes invenerit, mandando Suffraganeis, ut juxta diſciplinam canonum puniantur, niſi de reis, quorum notiora crimina ſunt, agatur; hos enim Archiepiſcopus ipſe punire poterit, quaſi reſpectu eorumdem de negligentia Suffraganeus redarguatur; item ut poſſit Archiepiſcopus viſitans procurationem accipere, & ab iis Eccleſiis, locis, vel perſonis, a quibus acciperet occaſione viſitationis Ordinarius, & juxta modum a ſacris Canonibus præſtitutum cap. 16 de præſcript. cap. 6, 14, 22, de cenſibus, cap. 1, & ult. eod. tit. in 6, juncto capite 3 Tridentinæ ſeſſionis 24, de reform. Quod de viſitandi facultate dicimus, extenditur etiam ad Monaſteria Suffraganeorum poteſtati ſubjecta, ſive virorum ſint, ſive fœminarum, item ad pia ſive opera, ſive loca, quæ ipſorum Suffraganeorum viſitationi ſubjiciuntur, dicto cap. 1, de cenſibus in 6, quod verum eſt, etiamſi Suffraganei negligentes minime fuerint, etiamſi Metropolitani non fuerint a Suffraganeis requiſiti, dicto cap. ult. de cenſibus in 6. Quando vero viſitatio illa Eccleſiarum, quam Sancti Patres veluti maxime opportunam perpetuo crediderunt, ut fidelium utilitatibus conſuleretur, non ſolum ubi de Epiſcopali, ſed etiam ubi de Archiepiſcopali officio ageretur, aliquando tamen viſa potius fuit pernicioſa, propterea quod aliqui identidem prodierint Metropolitani viſitationem potius in ſui, quam in Provinciæ utilitatem peragere moliti, unde quandoque viſæ ſunt ex his viſitationibus, & Suffraganeorum jura, & res Eccleſiarum Suffraganearum bene pacatæ turbari; non quidem viſitationes easdem aboleri decuit, ſed potius viſitationibus illis certum modum imponi. Primo igitur cautum eſt, ne Metropolitani bis in anno ſuffraganeas Eccleſias viſitent,

connexa ſunt, quam hæc duo; Canonum reverentiam tueri; & videre, num Canones ſarti tecti habeantur? Quid aliud autem volunt Metropolitæ, cum ſuam Provinciam obeunt, Sacras ædes inviſunt, in earum miniſtros inquirunt? Eo certe nituntur ac tendunt, ut ſuis ipſis oculis inſpicere poſſint, num Eccleſiæ diſciplina Conciliorum, ac Patrum decretis expreſſa ubique vigeat, num morum honeſtas, atque elegantia eniteat, num ſacrarum rerum nitor, atque munditieſ emicet; verbo, num a Sacrorum Canonum regulis, a Provincialium Synodorum conſtitutionibus, a more majorum diſceſſio facta ſit.

§. II. Hujuſce viſitationis meminerunt Patres Taurinenſes anno trecenteſimo nonageſimo tertio, deque ea perinde loquuti ſunt, ac ſi Metropolitis inſita ſit, atque ingenerata, unoque partu cum ipſis in lucem edita, atque ſuſcepta. Lis orta erat inter Arelatenſem, ac Viennenſem Epiſcopum, uter eorum eſſet Metropolita. Pacis bono ſtatutum fuit, *ut ambo proximioribus Epiſcopatibus præeſſent, atque viciniores ſibi Civitates, atque Eccleſias VISITAREN T, quas oppidis ſuis vicinas magis eſſe conſtiterit.* Quibus ex verbis intelligimus, luſtrandarum Provinciarum jus, ac Metropoliticum ſimul implicita eſſe, atque una cohærere.

§. III. Quod ſi ad poſteriora tempora deſcendamus, plura exempla, pluresque canones nobis occurrunt, qui hanc viſitandi poteſtatem Metropolitis innatam affirmarunt. En tibi ſæculo decimo primo Ivonem Carnotenſem Epiſcopum, qui Diambertum Senonenſem Archiepiſcopum multa prece exoravit, ut ſuam Diœceſim perluſtraret, ſacras ædes inviſeret, æditeoſque ad meliorem frugem revocaret. (Epiſt. 182.) En tibi ſæculo deci-

---

ſitent, argumento Canonis 11, cau. 10, quæſt. 1, cauſ. 6, de offic. Archidiac. cap. 16, de offic. Jud. ordinar. Secundo ſtatutum, ut procurationes, quæ olim præter victualia ante Tridentinum Concilium præſtabantur, tum demum deberentur, quando Archiepiſcopi in propria perſona viſitarent, non per ſubſtitutos, ſeu delegatos, cap. 23, de cenſibus. Tertio vetitum fuit Metropolitanis, ne Provincias viſitarent, antequam primum Diœceſim ſuam univerſam viſitaviſſent, dicto cap. 1, princ. de cenſib. in 6, ne majorem ſollicitudinem habere viderentur de Suffraganeorum Eccleſiis, quibus cæteroqui præſumitur ſuos Paſtores proſpicere, quam de propriis. Quarto decretum, ut cum Archiepiſcopus aliquam de Diœceſibus ſuffraganeis viſitare cœpit, numquam deinceps, ſive totam, ſive partem ejus viſitaverit, poſſit cauſſa viſitationis reverti ad illam, niſi iterum ſuam Diœceſim viſitaverit, & jam viſitationem aliarum ſuffraganearum Diœceſeon abſolverit, niſi eadem Diœceſis nova viſitatione gravi emergente de cauſa indiguerit, tum vero vel viſitationem Suffraganeus requiſiverit, vel major pars Suffraganeorum probaverit, vel Romanus Pontifex cauſſa cognita permiſerit, dicto cap. 1, verſ. *Ex quo*. Denique Concilium Tridentinum, cujus diſciplina hodie ſervanda eſt, decrevit in cap. 3, ſeſſ. 24, de reform., ut a Metropolitanis etiam poſt plene viſitatam propriam Diœceſim non viſitentur Cathedrales Eccleſiæ, neque Diœceſes Suffraganeorum, niſi cauſſa cognita, & probata in Concilio Provinciali. Ex quo nemo non videt cauſſam, quare hodie minus frequentes ſint Metropolitanorum in Provinciis viſitationes, quia nimirum perraro admodum Provincialia Concilia celebrentur.

decimo ſecundo Innocentium III, qui ratum habuit, quod Senonenſis Epiſcopus diris, & execrationibus in eos inceſſerit, qui ſibi Pariſienſem Eccleſiam perluſtranti viatica denegarent. (Cap. cum ex officio de Præſcriptionib.) En tibi denique ſæculo decimo tertio Innocentium IV, Bonifacium VIII, qui Metropoliticas Viſitationes ſuis legibus foverunt, aluerunt, corroborarunt. (cap. Romana Eccleſia de Cenſ. in *6*, cap. fin. eod.)

QU. XXXIV.

QU. XXXIV.

Cedo quintum Metropolitarum jus ordinarium.

Ecquid Juris habent Metropolitæ in Eccleſias viduatas?

§ I. HOC quoque jus ſuperiorum eſt corollarium, atque conſectarium. Nam ſi Metropolitæ ad eas Eccleſias, quæ in ſui Epiſcopus cura, ac tutela latent, excubias, ac vigilias agere debent, quanto magis ad earum cuſtodiam advigilare debebunt, quæ Epiſcopo ſuo ſunt viduatæ? Priſcis Eccleſiæ temporibus ut primum Eccleſiæ vacabant, ſtatim Metropolitis curæ ac cordi erat, earum Eccleſiarum neceſſitatibus proſpicere, bono conſulere, utilitati inſervire, rem in tuto ponere, videre ne quid detrimenti ex ea caperent orbitate, ac dare operam, ut quam cito ſuus iis daretur Epiſcopus.

§. II. Hujuſce Metropolitici officii, ac juris plena eſt exemplorum vetuſtus. In Concilio Carthaginenſi V, an. 398, iis Metropolitis dies dicta, qui viduarum Eccleſiarum providentiæ plures annos produxiſſent, ſtatutumque can. 8, *Ut intra annum eiſdem Epiſcopum provideant; quod ſi neglexerint, anno exempto, interventores* (*a*) *alii tribuantur.*

(a) Bingham. Orig. Eccleſ. Lib. II, cap. XV, §. 1. Aliud autem reſtat nomen, quibuſdam Epiſcopis in conciliis *Africanis* adſignatum, cujus hic mentio injicenda eſt, dum de Epiſcopis loquimur: id nomen eſt *interceſſoris*, & *interventoris*; honoris titulus quibuſdam Epiſcopis, officii cujuſdam ad tempus eis concrediti intuitu, datus. In Eccleſiis *Africanis* & forte etiam in aliis, vacante quodam Epiſcopatu, uſitati moris erat, ut Primas Epiſcopum quemdam provincialem procuratorem iſtius diœceſcos conſtitueret, qui partim vacantis Sedis curam gereret, partim maturam novi Epiſcopi electionem promoveret, procuraretque. Atque hinc *interceſſores*, & *interventores* appellabantur. §. 2. *Officium interceſſoris cujuſdam non ultra annum durare oportebat*. Scopus hujus officii manifeſto ad promovendum Eccleſiæ emolumentum ſpectabat; at duplici illud abuſui erat obnoxium. Interceſſor enim hic commodam habebat occaſionem conciliandi ſibi gratiam, ac favorem populi, & loco utilitatis Eccleſiæ ſuis ipſius ſerviendi commodis; dum vel Sedem longius quam neceſſe erat, vacare ſinebat, vel ſi opulentior ac honoratior quam ſuus ipſius eſſet locus, in eum ipſe ſe inſinuare adlaborabat. Cui malæ intentioni ut occurrerent Patres *Africani* in Concilio *Carthaginenſi* V decernebant, interceſſorem non ultra annum officium continuare, ſed ſi intra illud tempus novi Epiſcopi electionem haud procuraſſet, interceſſorem alium in ejus locum ſubſtitui oportere. §. 3. *Nullus interceſſor illius loci Epiſcopus fieri poterat, cui interceſſor erat conſtitutus*. Ut autem majori cum effectu omnes abuſus præciderent, corruptionemque præverterent dicti Patres, ca-

antur. Valentini Patres an. 524, can. 2, toti in eo eſſe videntur, ut Metropolitas ad omne officii genus inſtruant erga Eccleſias ſuis Paſtoribus orbatas. *Hoc etiam placuit, ut Epiſcopo ab hoc ſæculo jubente Domino arceſſito, Clerici ab omni omnino ſupellectile, vel quæcumque ſunt in Domo Eccleſiæ, vel Epiſcopi, in libris, in ſpeciebus, utenſilibus, vaſculis, frugibus, gre-*

---

nonem condebant ita habentem: *Conſtitutum eſt, ut nulli interceſſori licitum ſit, cathedram, cui interceſſor datus eſt, quibuſlibet populorum ſtudiis vel ſeditionibus retinere: ſed dare operam, ut intra annum eiſdem Epiſcopum provideat. Quod ſi neglexerit anno expleto, interventor alius tribuatur.* Tantam ſancti iſti Patres *Africani* adhibebant curam, atque induſtriam, ut abuſum in hujuſmodi rebus antevenirent.

Boehm. J. E. P. Lib. III, Tit. IX, §. XII. Facies rerum magnopere immutata ſæculo IV, quo tot turbæ ab hæreticis, & eorum profligatoribus, & debellatoribus Eccleſiis, & reipubl. datæ ſunt, ut recte huc applicari poſſit, quod Grotius *epiſt.* 22 ſcribit: *Qui Eccleſiaſticam hiſtoriam legit quid legit, niſi Epiſcoporum vitia?* Sede vacante, ſingulorum ſtudia huc directa erant ut ſuæ Sectæ addictus Eccleſiæ præficeretur præpoſitus, quæ in varias factiones Eccleſiam dividere ſolebant. Vid. jus Parochiale ſect. 8, c. I, §. 10. Huic ut ſuccurreretur malo, quod in primis a Donatiſtarum factione imminebat Africanis, ad vacantem Sedem Epiſcopum ſolebant mittere, quem *interceſſorem*, *interventorem* *μεσίτην*, appellabant, qui electioni intereſſet, & interim Sedi vacanti præeſſet. Hi interim vices defuncti Epiſcopi gerebant, nec ſolus *Senatus Eccleſiaſticus*, ut quidem antea, rei Eccleſiaſticæ proſpiciebat, quo ipſo non raro contingebat, ut *interceſſor* Sedem vacantem ad ſe rapere conaretur. Occurrit huic abuſui c. 74, *eod. Can. Eccleſ. Afric.* quem GRATIANUS c. 22, C. 7, q. 1, refert, conſtituens: *ut nulli interceſſori licitum ſit, cathedram, cui interceſſor* (a Concilio Epiſcoporum Comprovincialium) *datus eſt, quibuslibet populorum ſtudiis vel ſeditionibus, retinere, ſed dare operam, ut intra annum eiſdem Epiſcopum provideat: anno exemto, interventor alius tribuatur.* Nondum eo tempore Concilio generali certum electioni datum erat tempus, adeoque ſæpius contingebat, ut ad longius tempus protraheretur electio, maxime quod interceſſori non incommodum accideret, duobus interim præeſſe Epiſcopatibus. Dicebantur etiam *viſitatores*, immo, & *commendatores*, quippe quorum curæ, & præfecturæ interim vacans Sedes commendabatur a Metropolitano, unde *commendarum*, de quibus *tit.* V actum eſt, uſus invaluit, ſimulque docet, Sede vacante, presbyterium vices Epiſcopi non amplius, ut per ſæcula priora, & hodie geſſiſſe. Concilium Valentinum II anno 524 celebratum facit horum *commendatorum Epiſcoporum* mentionem, qui curam exſequiarum defuncti Epiſcopi ſuſcipiebant, & rem Eccleſiæ commendatæ gerebant. Eadem praxis mox ab Africanis aliis communicata eſt Eccleſiis, quod vel Ambroſii *epiſt.* 34 docet: *Commendo tibi, fili, Eccleſiam, quæ ad forum Cornelii, quo eam de proxima interviſas frequentius, donec ei ordinetur Epiſcopus.*

§. XIII. In *occidente* praxim hanc admodum promovit Gregorius, uti tot ejus epiſtolæ docent, ſimulque horum *viſitatorum*, *interventorum*, vel *commendatorum* poteſtatem determinant. In c. 16, D. 71, qui deſumtus eſt ex Gregorii lib. II, epiſt. 16, hæc referuntur: *Obitum Victoris, Panormitanæ civitatis Antiſtitis, directa relatio patefecit. Quapropter VISITATIONIS DESTITUTÆ ECCLESIÆ fraternitati tuæ operam ſolemniter delegamus: quam ita te convenit exhibere, ut nihil de proventibus Clericorum, reditu, ornatu, miniſteriiſque, vel quicquid eſt in patrimonio ejuſdem, a quoquam præſumatur Eccleſiæ. Et ideo dilectio tua ad prædictam Eccleſiam properabit, & aſſiduis adhortationibus clerum plebemque ejuſdem Eccleſiæ admonere feſtinet, ut, remoto ſtudio, uno eodemque conſenſu talem ſibi præficiendum expetant Sacerdotem, qui & tanto miniſterio dignus valeat reperiri, & a venerandis Canonibus nullatenus reſpuatur.* In fine hæc addit. *Monaſteria autem, ſi qua ſunt in ipſius conſtitu-*

gregibus, animalibus, vel omni omnino re rapaces manus abſtineant, & nihil latronum more diripiant. Qui ſi nec Canonum auctoritate prohibiti fuerint, omnia quæ pervaſerint, METROPOLITANI, vel omnium Comprovincialium Sacerdotum diſtrictione coacti, in priſtinum ſtatum reddere omnia cogantur ... Dehinc ad Metropolitani notitiam habita ordinatio, vel deſcriptio deferatur, ut ejus electioni talis perſona ordinandæ domus Eccleſiaſticæ procuretur, quæ vel conſueta Clericis ſtipendia diſpenſet, & creditarum ſibi rerum METROPOLITANO congruis temporibus reddere poſſit rationem. Nec tacitus præterire poſſum Canonem XXV Concilii Chalcedonenſis ann. 451, adverſus eos Metropolitas latum, qui muneri ſuo deerant, Eccleſiaſque in viduitate relinquebant. *Quoniam nonnulli METROPOLITANI ... Epiſcoporum ordinationes differunt, ſanctæ Synodo placuit, ut intra tres menſes Epiſcoporum ordinationes fiant ... Viduæ vero Eccleſiæ reditum apud Eccleſiæ Œconomum ſalvum cuſtodiri.* Ex quibus omnibus dignoſcere facile poſſumus, uti majores noſtri viduarum Eccleſiarum ſalutem, incolumitatem, felicitatemque Metropolitarum auctoritati, fidei, prudentiæque commendarint.

§. III. Metropolitica hæc in vacantes Eccleſias avita poteſtas non omnis concidit, ſed nonnulla veſtigia adhuc ſuperſunt. Nam Concilium Tridentinum, cujus legibus, ac jure hodie vivimus, hæc ſtatuit: *Capitulum, Sede vacante, ubi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, Œconomum unum, vel plures fideles, ac diligentes decernat, qui rerum Eccleſiaſticarum, & proventuum curam gerant, quorum rationem ei, ad quem pertinebit, ſint red-*

di-

ſtituta Parochia, ſub tua cura diſpoſitioneque; quouſque illis proprius fuerit ordinatus Epiſcopus, eſſe concedimus. Hoc ipſo Capitulo vel Senatui Eccleſiaſtico ea, quam hodie ſibi aſſerit Capitulum, jurisdictio denegabatur, & omnis cura in viſitatorem transfundebatur, quamvis hæc adhuc videretur eſſe *gratuita*, non mercenaria. Expreſſius hanc Epiſcopalem curam, viſitatori interim demandatam, IDEM depingit in c. 19, D. 6, ubi viſitatori ante omnia injungit, ne quid de redditibus in ſuos uſus transferat, *vel quicquid præfati loci eſſe patuerit, a quoque præſumi patiatur, ſed omnem vigilantiam, atque cautelam circa Clerum plebemve ejuſdem Eccleſiæ exhibeat, ut in vigiliis obſequioque Eccleſiaſtico ſedulo, ac devote debuit deſervire.* Similiter Joannes II, *in epiſt. III ad Epiſc. Gall.* hunc morem confirmat, & *ne ejus Eccleſia*, ſcribit, *deſtituta videatur, in ejus locum viſitatorem dari decernimus, qui a ſe noverit omnia exhibenda, ut nihil de ordinibus Clericorum, nihil de Eccleſiaſtica facultate præſumat, ſed ea, quæ ad ſacroſancta myſteria pertinent, exequatur.* Rem divinam adhuc eo tempore ipſi Epiſcopi ſtrenue faciebant, ſimulque bonorum redituumque diſpenſationem habebant, quod negotium *procuratorem Epiſcopum* deſiderare videbatur.

§. XIV. Non tamen omni *lucro* ſemper carebat *commendatus Epiſcopus*; quandoque etiam ipſi pars de tunica expreſſe aſſignabatur. Ipſe Gregorius M. lib. VII, *epiſt.* 74, Epiſcopo Panormitano lucrum aliquod aſſignat: *Sollicitudinem vos convenit adhibere, ut, quicquid de poſſeſſionibus ipſius in qualibet re accedere potuerit, vobis, vel in reparationem ejuſdem Eccleſiæ, ſive Cleri ipſius ſubventione proficiat; quatenus & vos remedium pro labore veſtro capere, & illi aliquod valeant ſuſtentationis habere ſolatium.* Utplurimum vel *vicino*, utpote commodiſſimam vacanti Eccleſiæ proſpiciendi occaſionem habenti, vel *vacantibus* Epiſcopis, qui propriis Sedibus expulſi erant, Eccleſiæ vacantes a Metropolitano commendabantur, quod in jur. Paroch. ſect. VIII, c. 2, §. 31, plenius illuſtravi, quandoque etiam a Pontifice, quando Sedes major in Oc-

 ciden-

dituri. Item Officialem, ſeu Vicarium infra octo dies poſt mortem Epiſcopi conſtituere, vel confirmare omnino teneantur, qui ſaltem in jure Canonico ſit Doctor, vel Licentiatus, vel alius, quantum fieri poterit, idoneus; ſi ſecus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio hujuſmodi devolvatur. (b) Seſſ. 24, de Reform. cap. 16.

QU. XXXV.

---

cidente vacabat. Vid. Brower *in Annal. Tuldenſ.* lib. 7, ad annum 719, §. 117. Supervacaneum eſſe credo, pluribus teſtimoniis hanc diſciplinam antiquam illuſtrare, cum ſatis perſpicuum, planumque ſit, ab hac praxi Eccleſiis ſalutari, introductam fuiſſe *commendarum* rationem, parum Eccleſiis proficuam, de quibus ſupra *tit. de Præb.* §. CXXXIV, & ſeqq. actum eſt n. 26.

(b) Card. De Luca Lib. XIV Annotat. ad Sac. Conc. Trid. Diſc. 31. Ubi autem ob nullatenus, vel male factam electionem, ad hujus decreti præſcriptum, jus devolvatur ad Metropolitanum, vel reſpective ad antiquiorem, vel viciniorem, receptum eſt, ut id ſequatur, tam ob non factam, vel non bene concluſam electionem intra octo dies, quam etiam, quod ea male facta ſit in perſona ad id non idonea ex defectu doctoratus, vel clericatus, vel conſimili defectu, ob quem ille non ſit ad hoc munus de jure idoneus: Atque ubi unus ex prædictis ſuperioribus, jure devoluto, manus deſuper apponat, diſputari quandoque conſuevit, an appellatio, quæ ab eo interponatur, effectum ſuſpenſivum cauſare debeat necne; in caſus autem contingentia pro negativa per Sacram Congregationem reſolutum fuit, ex rationibus inſinuatis in meis annotationibus ad materiam Capituli, & rerum Capitularium.

Berard. J. E. U. Diſſ. III, cap. 3, pag. 80. Quod attinet ad Eccleſias ſuffraganeas, deputabunt quidem Archiepiſcopi Œconomos Sede ſuffraganea vacante, ſi Capitulum Sedis ſuffraganeæ id facere negligat. Conc. Trid. ſeſſ. 24, de reform. cap. 16, juncto can. 48, cauſ. 12, q. 2, & cap. ult. de ſuppl. neglig. Prælat. in 6, vacantia beneficia a negligentibus Ordinariis non collata ipſi conferent, cap. 3, & 5, de ſuppl. neglig. Prælat., & alia his ſimilia.

QU. XXXV.

Quid affers de ſexto Metropolitarum jure ordinario?

Integrum ne ſemper fuit ab Epiſcopis ad Metropolitas appellare?

§. I. Boehmerus, cui omne id puteſcit, quod Eccleſiaſticam olet Hierarchiam, omni aſſeveratione nobis affirmare non dubitat, Appellationes a ſententiis Epiſcoporum inauditas olim fuiſſe, nec ulla earum in omni antiquitate veſtigia reperiri. (J. E. P. Lib. II, tit. XXVIII, §. 1.) Ego vero plura harum Appellationum monumenta ex omni antiquitate collecta tibi dabo. Concilium Carthaginenſe II, an. 255, can. 8. *Si quis Presbyter ab Epiſcopo ſuo excommunicatus, vel correptus fuerit, debet utique apud vicinos Epiſcopos conqueri, ut ab ipſis ejus cauſſa poſſit audiri, ac per ipſos ſuo Epiſcopo reconciliari*. Concilium Antiochenum an. 341, can. 12. *Si quis a proprio Epiſcopo depoſitus . . . . cum oporteat ad majorem Synodum converti, & jus, quod ſe habere putat, ad plures Epiſcopos referre, eorumque examinationem, & judicium ſuſcipere*. Concilium Sardicenſe an. 347, can. 14, al. 17. *Oſius Epiſcopus dixit: Quod adhuc me movet, reticere non debeo. Si Epiſcopus quis forte iracundus, (quod eſſe non debet) cito, & aſpere commoveatur adverſus Presbyterum, ſive Diaconum ſuum, & exterminare eum de Eccleſia voluerit, providendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem, & ideo habeat poteſtatem qui abiectus eſt, ut Epiſcopos finitimos interpellet, & cauſſa ejus audiatur, ac diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti*. Concilium Carthagienſe IV, an. 398, can. 28. *Epiſcopus ſi Clerico, vel Laico crimen impegit, deducatur ad probationem in Synodum*. Et can. 66. *Clericus, qui Epiſcopi circa ſe diſtrictionem injuſtam putat, recurrat ad ſynodum*. Concilium Milevitanum II, an. 416, can. 21. *Placuit, ut Presbyteri, Diaconi, vel ceteri inferiores Clerici in cauſis, quas habuerint, ſi de Judiciis Epiſcoporum queſti fuerint, vicini Epiſcopi eos audiant*. Concilium Vaſenſe anr. 442, can. 5. *Si quis Epiſcopi ſui ſententiæ non acquieſcit, recurrat ad Synodum*. Concilium Veneticum an. 465, can. 9. *Si quis fortaſſe Epiſcopi ſui judicium cuperit habere ſuſpectum . . . . aliorum Epiſcoporum audientium debebit ambire*.

§. II. Cum nihil tam ſanctum ſit, tamque religioſum, quod non aliquando aut violet audacia, aut avaritia comminuat, cumque ipſi Epiſcopi religionis cuſtodes, vindices, atque cultores, quæ in rebus obſcuritas, in judiciis humana infirmitas eſt, errandi peccandique periculo obnoxii ſint, ſalutari providentia optimoque con-

conſilio ab Eccleſia conſtitutum eſt, ut, quemadmodum in omnibus humanis judiciis, ita etiam in Eccleſiaſticis ab inferioribus Judicibus agitati ad Superiores poſſint appellare. Sed ea eſt humanarum rerum conditio, ut quæ ad ſalutem hominum inſtituta ſunt, ea ad perniciem ſæpenumero convertantur. Difficile dictu eſt quantopere improbi homines ad ſuæ improbitatis defenſionem, ad peccandi licentiam alendam, ad quæſtum, & libidinem nutriendam, ad miſerorum exitium appellandi poteſtate abuterentur. Lites in longius ductæ, largiores pecuniarum effuſiones, res dolis, fraudibus, calumniis ſemel, atque iterum, ac ſæpius extracta, ac citius collitigantium vitæ, quam judiciariæ controverſiæ finis allatus. Hanc appellandi pruriginem, quæ jam in Eccleſiam irrepſerat, quæque inde enaſcebantur mala, magna vocis libertate perſtrinxit Divus Bernardus, eaque Eugenii III oculis animoque ſubjecit Lib. III de Conſid. c. 2. *Quantos novimus appellaſſe pulſatos, quo interim liceret, quod nunquam licet? Nonnullis etiam quoad vixerunt, licuiſſe appellationis ſuffragio nefaria ſcimus, verbi gratia, inceſtum, adulterium. Quale eſt hoc turpitudini patrocinari, quod vel maxime formidari a turpibus oportebat? Quouſque murmur univerſæ terræ, aut diſſimulas, aut non advertis? quouſque dormitas? quouſque non evigilat conſideratio tua ad tantam Appellationum confuſionem, atque abuſionem? Præter jus & fas, præter morem, & ordinem fiunt. Non locus, non modus, non tempus, non cauſa diſcernitur, aut perſona. Præſumuntur leviter paſſim, immo & nequiter. Volentes malignari, nonne his pctiſſimum terreri ſolebant? Nunc terrori ipſi ex his magis fiunt, atque id bonis? Antidotum verſum in venenum, num mutatio dexteræ Excelſi hæc?*

§. III. Verum hiſce incommodis obviam iverunt Concilium Lateranenſe III, anno 1179, & Lateranenſe IV, anno 1215, ac Tridentinum Seſſ. XIII, cap. 1, de Ref. & Seſſ. 24, c. 20, de Ref. tantæque Appellandi licentiæ frænos injecerunt, arctiſque eam compedibus conſtrinxere. *Cum rei criminum plerumque ad evitandas pœnas, & Epiſcoporum ſubterfugienda judicia, querelas, & gravamina ſimulent, & appellationis diffugio judicis proceſſum impediant, & remedio ad innocentiæ præſidium inſtituto ad iniquitatis defenſionem abutantur, atque ut hujuſmodi eorum calliditati, atque tergiverſationi occurratur; ita ſtatuit, & decrevit; in cauſis viſitationis, & correctionis, ſive habilitatis & inhabilitatis, nec non in criminalibus, ab Epiſcopo, ſeu illius in ſpiritualibus Vicario generali, ante definitivam ſententiam ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine non appelletur, neque Epiſcopus, ſive Vicarius appellationi hujuſmodi tamquam frivolæ deferre teneatur, ſed ea, ac quacumque inhibitione ab Appellationis judice emanata, nec non omni ſtilo, & conſuetudine etiam immemorabili contraria non obſtante ad ulteriora valeat procedere; niſi gravamen hujuſmodi per definitivam ſententiam reparari, vel ab ipſa definitiva appellari non poſſit; quibus caſibus ſacrorum, & antiquorum Canonum ſtatuta illibata perſiſtant.* Hæc Concilium Tridentinum.

§. IV. Hoc remedium tanti non eſſe clamitant Boehmerus in Fleurian. Inſtitut. part. III, cap. XXIII, §. 4, N. 1, & Eſpenius Part. III, J. E. U. tit. X, cap. 1, §. 20, quanti nos illud æſtimamus; morbi vim auctam potius eſſe, quam depulſam; ad cæteros nodos forenſes, anfractuſque acceſſiſſe diſputationem, num vulnus ab

inter-

interloquutoria ſententia illatum tantum ſit, cui definitiva ſententia mederi poſſit; nunquam defuturos, qui interloquutoria ſententia definitivam latere contendant; Superiores Judices novi aucupii avidos Appellantibus ſemper affuturos. Adverſus hos homines tam difficiles, ac moroſos, odioque ſuo enecantes in aciem prodeat Benedictus XIV Pontifex Optimus Maximus, ipſeque Conſtitutione ſua auro cedroque digna haſce importuniſſimas, ac moleſtiſſimas voces tandem comprimat, atque compeſcat.

„ Ad militantis Eccleſiæ regimen (Bull. „ Tom. I, Conſt. 48.) nullo merito„ rum noſtrorum ſuffragio, ſed im„ perſcrutabilis conſilii altitudine e„ vocati, inter graves curas, quas „ aſſiduo pro noſtro munere ſuſtine„ mus, poſtrema illa non eſt, in „ quam totis viribus Nobis incum„ bendum eſſe ducimus, ut graves ni„ mium, diuturnæ, nulloque unquam „ tempore intermiſſæ Epiſcoporum, „ aliorumque ordinariam Juriſdictio„ nem habentium querelæ adverſus „ Majora Tribunalia, atque illa et„ iam Noſtræ Romanæ Curiæ, pro„ poſitæ, tandem compeſcantur.

„ Intimo ſiquidem animi Noſtri „ mœrore, cum in minoribus adhuc „ eſſemus, jamdiu intelleximus, ple„ roſque Locorum Ordinarios conque„ ri, ſenſim abuſum irrepſiſſe, quod „ ad malitioſam petentium ſuggeſtio„ nem, a Patriarchis, Metropolita„ nis, Sanctæ Sedis a latere Legatis, „ & diverſis dictæ Romanæ Curiæ Ju„ dicibus, *Inhibitiones* ſine delectu „ Cauſæ, & rei, de qua agitur, e„ xamine, paſſim concedantur: & „ quamvis in more poſitum ſit, di„ ctas Inhibitiones indebite expeditas „ pro cauſæ meritis revocari, & a„ boleri; remedium tamen inflicto vul„ neri non ſatis eſſe dicunt, cum in„ terea oporteat Epiſcopos, alioſque „ inferiores Judices, in ipſo cauſa„ rum, & Judiciorum curſu, otioſos „ immorari; Jus ſuum Judicialiter „ aſſerere, & vindicare, & ad con„ tinendos in officio Populos gravia „ ſæpe incommoda, & diſpendia ſu„ bire.

„ E contrario Nobis quoque, dum „ etiam in minoribus eſſemus, Supe„ riorum Judicum reſponſiones audi„ re contigit, aſſerentium, memo„ ratas querelas inanes eſſe, nec ulli „ innixas fundamento, ut pote ex „ hac unica re cauſam, & originem „ habentes, quod inferioribus grave „ eſt obedientiæ, ac ſubjectionis Ju„ gum erga majora Tribunalia, ipſiſ„ que nimis diſplicet, ſibi ſubditis „ appellationis beneficio ſuccurri.

„ Porro cum facile hæc diſſidia „ componi, & ſuccreſcentium litium „ ſemina poſſint avelli; ſi, quæ a Sa„ crà Tridentina Synodo, ab Apo„ ſtolicis Conſtitutionibus, e Congre„ gationum decretis provide ſancita „ ſunt debitæ executioni mandentur: „ Nos idcirço ad conſervandam Ec„ cleſiæ diſciplinam, reſtituendamque „ Tribunalibus formam eiſdem cano„ nicis legibus conſentaneam, pro „ credito Nobis Apoſtolicæ ſervitu„ tis Officio, opportune duximus „ conſulendum.

„ Inhærentes itaque Decretis ejuſ„ dem Sacri Concilii, necnon Con„ gregationis Epiſcoporum, & Regu„ larium, juſſu, & approbatione rec. „ mem. Clementis Pp. VIII Prædeceſ„ ſoris Noſtri, promulgatis die V „ Septembris MDCXXVI, eorumque „ declarationibus nuper ſuperadditis „ a piæ mem. Benedicto XIII etiam „ Prædeceſſore Noſtro in Appendice „ Concilii Romani, aliiſque Apoſto-

„ li-

„ licis Conſtitutionibus, hac de re „ alias editis, & innovatis, & præſertim Conſtitutioni piæ mem. Gregorii XV, quæ incipit, *Inſcrutabili*, „ ſub Datum Romæ apud Sanctum „ Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCXXII, nonis Februarii.

„ Diſtricte præcipimus, & mandamus, ne deinceps ab exequutione „ Decretorum dicti Sac. Concilii Tridentini, in omnibus illis cauſis, & „ negotiis, in quibus exequutio hujuſmodi Epiſcopis, & Locorum Ordinariis, etiam uti Sedis Apoſtolicæ Delegatis, ab eodem Sacro Concilio, vel dictis Apoſtolicis Conſtitutionibus, *appellatione, vel inhibitione quacumque poſtpoſita*, commiſſa eſt, appellatio aliqua in Tribunalibus prædictis recipiatur, vel Inhibitiones, Citationes generales, „ vel ſpeciale, cum Commiſſione inſerta, Monitoria, & alia hujuſmodi, per quæ dictorum Decretorum „ exequutio retardetur, aut Proceſſus „ ad ulteriora in eadem exequutione „ ſuſpendatur aut impediatur, quoquo „ modo concedantur.

„ Itaque a quibuſcumque Mandatis, prohibitionibus, proviſionibus, „ & ſtatutis tam in Viſitatione, quam „ extra, pro Divino cultu conſervando, & augendo præſertim circa ea, „ quæ obſervanda, & evitanda ſunt in „ celebratione Miſſæ, aut alio quovis „ modo reſpiciunt exequutionem Decreti Sac. Concilii *Seſſ.* 21 *de Ref. cap.* 8, *& Seſſ.* 22, *in Decr. de obſer. & evit. in celebrat. Miſſ.*

„ Item a Decretis cogentibus Clericos tam Sæculares quam Regulares, etiam Monachos, & exemptos „ ad publicas Proceſſiones, ſervata tamen forma Conſtitutionis ſan. mem. „ Pii V, quæ incipit, *Etſi Mendicantium*: Prout etiam a Decretis, & „ proviſionibus ſuper præcedentia inter Perſonas Eccleſiaſticas, tam Sæculares, quam Regulares in eiſdem „ Proceſſionibus, vel aſſociatione Defunctorum, delatione Umbellæ, & „ hujuſmodi: Nec non ſuper obſervatione Cenſurarum, etiam Epiſcopalium, & Feſtorum Diœceſis, juxta „ diſpoſitionem ejuſdem Sacri Concilii ſeſſ. 25, de Regular. cap. 12, & „ 13.

„ Item in omnibus iis, quæ ad curam Animarum, & Sacramentorum „ adminiſtrationem quoquo modo pertinent, & præſertim adverſus Monitiones, Cenſuras, aut alias proviſiones; per quas Parochi, aut alii Curam Animarum exercentes, „ diebus ſaltem Dominicis, & Feſtis „ ſolemnibus Plebes ſibi commiſſas ſalutaribus verbis paſcere compellantur, docendo ea, quæ ad ſalutem „ neceſſaria ſunt, juxta Decretum „ Sacri Concilii *ſeſſ.* 5, *de Reform. cap.* 2.

„ Item adverſus deputationem Vicariorum etiam perpetuorum, cum „ aſſignatione Congruæ, per quos Cura Animarum exerceatur, quoties „ plura Beneficia curata ex Diſpenſatione Apoſtolica ab aliquo obtineantur; vel quoties eadem Beneficia Curata Cathedralibus, Collegiatis, ſeu aliis Eccleſiis, vel Monaſteriis, Beneficiis, ſeu Collegiis, „ aut piis locis quibuſcumque perpetuo „ unita, & annexa reperiuntur; juxta „ præſcriptum dicti Sacri Concilii *ſeſſ.* 7, *de Reform. cap.* 5, *& cap.* 7, *& juxta Conſtitutionem ſan. mem. Pii V, quæ incipit, Ad exequendum.*

„ Item adverſus viſitationem Beneficiorum Curatorum, ut ſupra, perpetuo unitorum, necnon quarumcumque Eccleſiarum quomodolibet „ exemptarum, prout etiam adverſus

„ ſus Decreta, & proviſiones ab Or-
„ dinario capiendas, ut quæ in eis
„ reparatione indigent, reparentur,
„ & cura Animarum, ſi qua illis im-
„ minet, aliiſque debitis obſequiis
„ minime defraudentur, juxta diſpo-
„ ſitionem Sacri Concilii ead. ſeſſ. 7,
„ de Reform. cap. 8, & ſeſſ. 21, cap. 7.

„ Item a Decretis, ſeu Mandatis,
„ per quæ Epiſcopi, etiam uti Apo-
„ ſtolicæ Sedis Delegati, in Eccleſiis
„ Parochialibus, aut Baptiſmalibus,
„ in quibus Populus ita numeroſus
„ eſt, ut unus Rector non poſſit ſuffi-
„ cere Eccleſiaſticis Sacramentis mini-
„ ſtrandis, & cultui Divino peragen-
„ do, cogant Rectores, vel alios ad
„ quos pertinet, ſibi tot Sacerdotes
„ ad hoc munus adjungere, quot ſuf-
„ ficiant ad Sacramenta exhibenda,
„ & cultum Divinum celebrandum:
„ Aut etiam invitis Rectoribus, pro-
„ cedant ad Conſtitutionem novarum
„ Parochiarum, cum aſſignatione
„ competentis portionis, ubi ob lo-
„ corum diſtantiam, ſive difficulta-
„ tem Parochiani ſine magno incom-
„ modo ad percipienda Sacramenta,
„ & Divina Officia audienda accede-
„ re non poſſunt, vel denique pro-
„ pter paupertatem, & in cæteris ca-
„ ſibus a jure permiſſis, deveniat ad
„ uniones perpetuas aliorum Benefi-
„ ciorum ſimplicium, non tamen Re-
„ gularium, juxta diſpoſitionem Sa-
„ cri Concilii ſeſſ. 21, de Reform. cap.
„ 5, & ſeſſ. 24, ſimiliter de Reform.
„ cap. 13.

„ Item a deputatione Coadjutorum,
„ aut Vicariorum pro tempore, vel
„ aliis proviſionibus ab Epiſcopo ca-
„ piendis, etiam tamquam Apoſtoli-
„ cæ Sedis delegato, quando illitera-
„ ti, & imperiti Parochialium Eccle-
„ ſiarum Rectores ſacris minus apti
„ ſunt officiis; cum aſſignatione par-
„ tis fructuum pro ſufficienti illorum
„ victu: Nec non a ſuſpenſione at-
„ que etiam a privatione illorum,
„ qui turpiter, & ſcandaloſe vivunt,
„ & poſtquam præmoniti ſunt, in ſua
„ nequitia incorrigibiles perſeverant,
„ juxta præſcriptum ejuſdem Concilii
„ Trid. ſeſſ. 21, de Reform. cap. 6.

„ Item a translatione Beneficiorum
„ ſimplicium, etiam Juriſpatronatus,
„ ex Eccleſiis, quæ vetuſtate, vel a-
„ lias collapſæ ſunt, & ob earum
„ inopiam nequeunt inſtaurari, voca-
„ tis iis, quorum intereſt, in Ma-
„ trices, aut alias Eccleſias, cum
„ omnibus emolumentis & oneribus;
„ prout etiam a Decretis cogentibus
„ Patronos, Rectores, Beneficiatos,
„ aut Parochianos, ſive Populum, ad
„ refectionem, & inſtaurationem Ec-
„ cleſiarum Parochialium, ſervata for-
„ ma Sacri Concilii ſeſſ. 21, c. 7.

„ Item a Cenſuris, ſequeſtratione,
„ & ſubtractione fructuum, aut aliis
„ quibuſcumque proviſionibus, pro
„ cogendis ad reſidentiam Parochis,
„ cæteriſque omnibus, quibus Cura
„ Animarum incumbit, juxta Decre-
„ tum ejuſdem Sacri Concilii ſeſſ. 23,
„ de Reform. cap. 1.

„ Item a denegatione, revocatio-
„ ne, ſuſpenſione, vel reſtrictione, &
„ limitatione facultatis audiendi Con-
„ feſſiones, reſpectu eorum, qui Pa-
„ rochiale Beneficium non obtinent,
„ etiam ſi fuerint Regulares, pro ex-
„ cipiendis Confeſſionibus Sæcularium,
„ juxta ordinationem Sacri Concilii
„ ſeſſ. 23, cap. 15, & Prædeceſſorum
„ Noſtrorum Conſtitutiones, ac præ-
„ cipue illam fel. rec. Clementis X,
„ quæ incipit, *Superna*.

„ Item in illis Civitatibus, aut
„ Locis, ubi vel Parochiales Eccle-
„ ſiæ certos non habent fines, nec
„ earum Rectores proprium Populum

„ quem regant, ſed promiſcue petentibus Sacramenta adminiſtrant, vel „ etiam nullæ ſunt Parochiales, a diviſione, ſeu diſtinctione Parochiarum, earum ordinatione, ſive inſtitutione in titulum perpetuum, „ juxta Decretum Sacri Concilii ſeſſ. „ 24, de Reform. cap. 13.

„ Item a deputatione Vicarii, vel „ Œconomi, cum aſſignatione Congruæ, pro tempore, quo vacat „ Eccleſia Parochialis: prout etiam „ ab indictione Concurſus, relatione „ examinatorum, necnon prælectione, & proviſione Epiſcopi in eodem Concurſu, juxta definitionem „ Sacri Concilii eadem ſeſſ. 24, de „ Reform. cap. 18.

„ Item a Mandatis, ſeu Decretis „ inhibentibus prædicationem vel publicas lectiones, aut coercentibus, „ vel punientibus quoſcumque etiam „ exemptos, tam Sæculares, quam „ Regulares, qui in alienis Eccleſiis, „ quæ ſuorum Ordinum non ſunt, „ abſque Epiſcopi licentia, & in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum, „ non petita illius benedictione, aut „ ipſo contradicente, prædicare præſumpſerint; juxta Decretum Sacri „ Concilii ſeſſ. 5, de Refor. cap. 2, „ & ſeſſ. 24, ſimiliter de Reform. cap. „ 4, & Conſtitutionem piæ mem. Gregorii XV, quæ incipit, *Inſcrutabili* „ §. fin. Una cum declarationibus „ contentis in Conſtit. Clementis Pp. „ X, quæ incipit, *Inſcrutabili*.

„ Item adverſus quaſcumque Proviſiones, & Decreta pro conſervanda, aut reſtituenda clauſura Sanctimonialium, aut pro correctione, „ ſeu punitione eorum, qui circa „ Perſonas intra Monaſteria degentes, „ aut circa clauſuram, vel circa Bonorum adminiſtrationem, deliquerint. Prout etiam ab examine pro „ approbatione, vel reprobatione Confeſſariorum ſive Regularium, ſive „ Sæcularium, quomodocumque exemptorum, & tam ordinariorum, „ quam extraordinariorum, pro excipiendis Confeſſionibus Monalium, „ etiam Regularibus ſubjectarum. Itidemque a Decretis, vel aliis quibuſcumque proviſionibus cogentibus Adminiſtratores, ſive Sæculares, ſive Regulares quomodolibet „ exemptos, ad reddendam ſingulis „ annis rationem Bonorum ad Monaſteria Sanctimonialium hujuſmodi pertinentium: Ac demum a quibuſcumque Decretis ſuper amotione Capellanorum, Sacriſtarum, & „ aliorum quorumcumque Officialium, „ & Miniſtrorum tam Sæcularium, „ quam Regularium, ipſis Monialibus, vel eorum Eccleſiis inſervientium, juxta diſpoſitionem Sacri „ Concilii ſeſſ. 25, de Regular. & „ Monial. c. 5, c. 9, & c. 10, ſervata tamen, quoad Regulares, & „ exemptos forma prædictæ Conſtitutionis rec. mem. Gregorii XV, quæ „ incipit, *Inſcrutabili*.

„ Item adverſus paſtoralem Viſitationem Diœceſis, & præſertim Monaſteriorum Commendatorum, Abbatiarum, Prioratuum, & Præpoſiturarum, in quibus non viget Regularis obſervantia, nec non Beneficiorum, tam Curatorum, quam „ non Curatorum Sæcularium, & Regularium, qualitercumque commendatorum, etiam exemptorum: prout etiam ab exequutione eorum, „ quæ in ipſa Viſitatione mandata, „ decreta, ac judicata fuerint. Nec „ non ſimiliter a quibuſcumque Decretis, & Proviſionibus, etiam extra „ Viſitationem, pro conſervatione, vel „ reparatione Diſciplinæ Eccleſiaſticæ „ quoad vitam, mores, & honeſta-

„ tem

„ tem quorumcumque Clericorum, „ luxum, comeſſationes, choreas, luſus, crimina, & ſæcularia negotia „ fugienda, atque evitanda; juxta „ plura Decreta dicti Sacri Concilii, „ & præſertim ſeſſ. 6, de Reform. „ cap. 4, ſeſſ. 13, cap. 1, ſeſſ. 14, „ c. 4, ſeſſ. 21, cap. 8, ſeſſ. 22, cap. „ 1, & cap. 8, & ſeſſ. 24, cap. 10, „ ad formam tamen Decretorum Sac. „ Congr. Epiſcoporum de mandato „ ſan. mem. Clementis VII editorum „ Ann. MDC.

„ Item a Decretis cogentibus Præſentatos, electos, vel nominatos a „ quibuſvis Eccleſiaſticis Perſonis, „ etiam Noſtris, & Sedis Apoſtolicæ „ Nunciis, ad quævis Eccleſiaſtica „ Beneficia, ad ſe ſubjiciendum examini Ordinarii, antequam inſtituantur, confirmentur, vel admittantur, quemadmodum cavetur ſeſſ. „ 7, de Reform. cap. 13.

„ Item a denegatione ſacrorum Ordinum, vel adſcenſus ad alios Majores; prout etiam adverſus ſuſpenſionem ab Ordinibus jam ſuſceptis, „ ob crimen occultum, ſive ex informata conſcientia, juxta diſpoſitionem Sacri Concilii ſeſſ. 14, de „ Reform. c. 1, & cap. 3, & ſeſſ. 21, cap. „ 21, & ſeſſ. 23, cap. 16.

„ Item a præfixione termini, intra „ quem Regularis Epiſcopo non ſubditus, qui intra Clauſtra Monaſterii degat, & extra ea ita notorie „ deliquerit, ut Populo ſcandalo ſit, „ a ſuo Superiore puniri debeat, ac „ de punitione ipſe Epiſcopus certior „ fieri, juxta Decretum Sacri Concilii ſeſſ. 25, de Regul. c. 14, & Conſtit. fel. rec. Clementis Pp. VIII, „ quæ incipit, *Suſcepti muneris*: Necnon adverſus punitionem, & correctionem eorumdem Regularium, „ qui circa Perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram ipſam „ deliquerint; juxta prædictam Conſtitutionem Gregorii XV, quæ incipit, *Inſcrutabili*.

„ Item a Cenſuris, aut aliis proviſionibus contra Concubinarios, „ & præſertim Clericos etiam retinentes domi, aut extra, Mulieres „ ſuſpectas: juxta præſcriptum Sacri „ Concilii ſeſſ. 24, de Refor. Matrim. „ cap. 8, & ſeſſ. 25, de Reform. cap. „ 14.

„ Item adverſus privationem privilegii Fori, & alias proviſiones „ contra Clericos non incedentes in „ habitu, & tonſura, & in aliis caſibus a Sacro Concilio præſcriptis „ ſeſſ. 14, de Reform. cap. 6, & ſeſſ. 23, „ ſimiliter cap. 6.

„ Prout etiam ab examine, approbatione, vel reprobatione Patrimonii Sacri, Penſionis Eccleſiaſticæ, „ aut Beneficii, quoad Clericos promovendos ad Sacros Ordines; juxta diſpoſitionem ejuſdem Concilii „ ſeſſ. 25, de Reform. c. 2.

„ Item adverſus convocationem Capituli, quam faciat Epiſcopus ad „ aliquid deliberandum, & juxta vota ipſorum Capitularium concludendum, quoties de re ad ſuum, „ vel ſuorum commodum ſpectante „ non agatur, juxta Decretum Sacri „ Concilii ſeſſ. 25, de Reform. c. 6.

„ Item a Mandatis, ſeu Decretis „ ſuper converſione tertiæ partis fructuum, & quorumcumque proventuum, & obventionum, tam Dignitatum, quam Canonicatuum, „ Perſonatuum, portionum, & officiorum, in diſtributiones quotidianas, earumque diviſione inter Dignitates obtinentes, & cæteros Divinis intereſſentes, in Eccleſiis tam „ Cathedralibus, quam Collegiatis, „ in quibus nullæ ſunt diſtributiones

„ hujuſmodi quotidianæ, vel ita te-
„ nues, ut veriſimiliter negligantur,
„ juxta Conſtitutionem ejuſdem Con-
„ cilii ſeſſ. 21, c. Reform. cap. 3, &
„ ſeſſ. 22, ſimiliter de Reform. c.
„ 3.

„ Item adverſus exercitium facul-
„ tatum Epiſcopis competentium ſu-
„ per executione omnium piarum di-
„ ſpoſitionum, tam in ultima volun-
„ tate, quam inter vivos, in caſibus
„ a Jure conceſſis, juxta diſpoſitio-
„ nem Sacri Concilii ſeſſ. 22, de Re-
„ form. c. 8.

„ Item a Viſitatione Hoſpitalium,
„ Collegiorum quorumcumque, &
„ Confraternitatum Laicorum, Elee-
„ moſynarum, Montium Pietatis, ſi-
„ ve Charitatis, & omnium Piorum
„ Locorum quomodocumque nuncu-
„ patorum, etiamſi eorum cura ad
„ Laicos pertineat, aut exemptionis
„ Privilegio ſint munita: Ac denique
„ a cognitione, & exequutione eo-
„ rum omnium, quæ ad Dei cultum,
„ aut Animarum ſalutem, ſeu Pau-
„ peres ſuſtentandos inſtituta ſunt, jux-
„ ta dictum Decretum Sacri Concilii
„ ſeſſ. 22, de Reform. c. 8.

„ Item a Decretis, ſeu Mandatis
„ cogentibus Adminiſtratores tam Ec-
„ cleſiaſticos, quam Laicos, etiam
„ exemptos, Fabricæ cujuſvis Eccle-
„ ſiæ, etiam Cathedralis, Hoſpitalis,
„ Confraternitatis, Eleemoſynæ, Mon-
„ tis Pietatis, & quorumcumque Pio-
„ rum Locorum, ad reddendam ſin-
„ gulis annis ipſi Ordinario rationem
„ ſuæ adminiſtrationis, niſi aliud in
„ inſtitutione, & ordinatione talis Ec-
„ cleſiæ, ſeu Fabricæ expreſſe cautum
„ fuerit; juxta Decreta Sacri Concilii
„ ſeſſ. 7, de Reform. c. 15, ſeſſ. 22, c. 9,
„ & ſeſſ. 25, c. 8.

„ Item a Decretis compellentibus
„ Notarios, etiam Apoſtolica, Impe-
„ riali, aut Regia auctoritate crea-
„ tos, & ſcribentes in cauſis Eccle-
„ ſiaſticis, vel ſpiritualibus, ad ſe
„ ſubjiciendum examini, eorumque re-
„ motione, vel ſuſpenſione in caſu
„ delicti, vel imperitiæ; juxta præ-
„ ſcriptum Sacri Concilii dicta ſeſſ.
„ 22, cap. 10.

„ Item ab erectione Seminarii, &
„ taxatione Dignitatum, Perſonatuum,
„ Officiorum, Præbendarum, Portio-
„ num, Abbatiarum, & Prioratuum
„ cujuſcumque Ordinis, etiam Regu-
„ laris, Hoſpitalium, quæ dantur in
„ titulum vel adminiſtrationem, &
„ Beneficiorum quorumcumque, et-
„ iam Regularium, etiam Juriſpatro-
„ natus, etiam exemptorum, etiam
„ nullius Diœceſis, vel aliis Eccle-
„ ſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, &
„ aliis quibuſvis Locis piis, etiam
„ exemptis, annexorum, ac quorum-
„ cumque aliorum Eccleſiaſticorum re-
„ dituum, ſeu proventuum ad Fabri-
„ cas Eccleſiarum, Confraternitates,
„ & Monaſteria omnia, non tamen
„ Mendicantium, pertinentium, nec-
„ non Decimarum quacumque ratio-
„ ne ad Laicos, atque etiam Milites
„ cujuſcumque Militiæ, aut Ordinis,
„ Hieroſolymitano excepto, ſpectan-
„ tium, pro ejuſdem Seminarii ma-
„ nutentione. Prout etiam ab unio-
„ ne, & applicatione aliquot Benefi-
„ ciorum ſimplicium; necnon a De-
„ cretis cogentibus eos, qui Schola-
„ ſterias obtinent, vel quibus lectio-
„ nis, vel Doctrinæ munus eſt anne-
„ xum, ad docendum per ſe ipſos,
„ vel idoneos ſubſtitutos; & genera-
„ liter a Mandatis, & proviſionibus,
„ quæ quoquo modo reſpiciunt cu-
„ ram, directionem, & adminiſtratio-
„ nem Seminarii, plenamque exequu-
„ tionem Decreti editi a Sacro Con-
„ cilio ſuper Collegio Puerorum in
„ ſin-

„ ſingulis Cathedralibus inſtituendo, „ ſeſſ. 13, de Refor. c. 18.

„ Item a Mandatis, ſeu Decretis „ cogentibus Œconomos, Vicarios „ Capitulares, ad reddendam ratio„ nem Adminiſtrationis per eos geſtæ „ Sede Epiſcopali vacante; juxta præ„ ſcriptum Sacri Concilii ſeſſ. 24, de „ Reform. c. 16.

„ Item a comminatione excommu„ nicationis a Jure latæ, & a ſen„ tentia excommunicationis latæ ab „ homine, ſuſpenſionis, & interdi„ cti, niſi appellatio fuerit interpoſi„ ta ex capite nullitatis: Et e con„ verſo a ſententia abſolutionis ab „ eiſdem cenſuris Eccleſiaſticis.

„ Et generaliter ab exequutione a„ liorum quorumcumque Decretorum „ dicti Sacri Concilii Tridentini, E„ piſcopis, atque Ordinariis locorum „ demandata ab ipſo Concilio, & in „ Conſtitutione fel. recor. Pii Papæ „ IV, quæ incipit, *Benedictus Deus*.

„ Volumus, præcipimus, & man„ damus, quod ab Archiepiſcopis, „ Patriarchis, ſeu Primatibus, aliiſ„ que Judicibus Eccleſiaſticis, etiam „ Noſtris, & Sedis Apoſtolicæ Nun„ ciis, vel de latere Legatis, etiam „ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali„ bus, atque etiam Cameræ noſtræ „ generali Auditore, Signaturæ Ju„ ſtitiæ Præfecto, cæteriſque Judici„ bus Romanæ Curiæ, eorumque Vi„ cariis, & Officialibus, citationes „ generales, vel ſpeciales cum com„ miſſione inſerta, Monitoria, & a„ lia hujuſmodi cum Inhibitione, per „ quam exequutio Decretorum, Man„ datorum, & Proviſionum hujuſmo„ di retardetur, ſuſpendatur, aut im„ pediatur, minime concedantur, & „ quatenus nunc, aut impoſterum „ conceſſa fuerint, nullatenus inhi„ beant, atque ab Epiſcopis, aliiſ„ que Locorum Ordinariis impune „ ſperni poſſint; quacumque conſue„ tudine etiam immemorabili, vel „ quovis Privilegio, aut ſtylo con„ cedendi Inhibitiones in cauſis præ„ dictis, tametſi temporarias, peni„ tus excluſis. Nos enim citationes, „ & Monitoria, aliter quam ut præ„ fertur, conceſſa, vel impoſterum „ concedenda, nulla, atque irrita de„ claramus, & pro nullis, atque ir„ ritis haberi volumus, & manda„ mus: Decernentes, quod adverſus „ Decreta, Mandata, & Proviſiones „ ejuſmodi, quas vel ab Epiſcopis, „ aliiſque Locorum Ordinariis, fieri, „ vel capi contigerit in cauſis, & „ negotiis prædictis, vel ſimplex dum„ taxat, & extrajudicialis Recurſus „ per viam ſupplicis libelli, ad Nos, „ & Succeſſores Noſtros Romanos Pon„ tifices, vel reſpective, & juxta cau„ ſarum naturam, & qualitatem; Ap„ pellatio ad quos de Jure, in ſolo „ devolutivo, & ſine retardatione, „ vel præjudicio legitimæ exequutio„ nis, recipi, & admitti poſſit.

„ Quoniam vero in hiſce ipſis ne„ gotiis, & cauſis, in quibus Inhibi„ tiones Canonicam exequutionem im„ pedientes, aut ſuſpendentes, conce„ di non debent, dari poſſunt caſus, „ qui per ipſum Sacrum Concilium „ Tridentinum, vel juxta ejus men„ tem, per Apoſtolicas Conſtitutio„ nes, & Sacrarum Congregationum „ declarationes, aut communem Do„ ctorum ſententiam, a præfata ge„ nerali regula de non concedendis „ Inhibitionibus, eiſque poſthaben„ dis, excipiuntur, quique ut pluri„ mum non aliter, quam prudentis „ Judicis arbitrio ſecundum particu„ lares facti circumſtantias æſtimari „ poſſunt: Hinc Nos, ne ſub ejuſmo„ di prætextu, Inhibitiones, ut ſupra

„ pro-

„ prohibitæ, vulgo, & ſine ullo de-
„ lectu etiam in caſibus non exceptis
„ concedantur : Statuimus, & man-
„ damus, quod in dictis cauſis, &
„ negotiis ſuperius expreſſis, Metro-
„ politani, Patriarchæ, Primates, a-
„ liique Judices prædicti, & præſer-
„ tim Cameræ noſtræ generalis Audi-
„ tor, ejuſque Locumtenentes, & Si-
„ gnaturæ Juſtitiæ Præfectus, ejuſque
„ Auditor, ad quos in contigenti ca-
„ ſu pro obtinenda Inhibitione re-
„ curſum haberi contigerit, etiamſi
„ aſſeratur, caſum illum a Sacro Con-
„ cilio, vel Apoſtolicis Conſtitutio-
„ nibus, quacumque de cauſa exce-
„ ptum eſſe: Nihilominus litteras Ci-
„ tatorias, vel Monitorias cum Inhi-
„ bitione hujuſmodi non concedant,
„ niſi prius ex facti circumſtantiis,
„ in ſupplici libello a Parte recurren-
„ te clare ac dilucide exponendis, &
„ cum aliquo documento ſemiplene
„ ſaltem verificandis, eiſdem ſumma-
„ rie apparuerit, caſum illum eſſe de
„ exceptis, & propterea Epiſcopo,
„ vel Ordinario Loci inhibendum eſ-
„ ſe, ne ad ulteriora procedat; tunc
„ enim, & non alias, & poſtquam
„ Judices ipſi, quorum conſcientiam
„ hac in parte oneramus, ſuper di-
„ cto ſupplici libello manu ſua re-
„ ſcripſerint, quod Inhibitio concedi
„ poteſt, libelluſque cum reſcripto
„ ejuſmodi in Actis productus fuerit,
„ diligenter ibidem cuſtodiendus, &
„ aſſervandus, liceat eorum Notariis,
„ ſive Actuariis litteras Citatorias cum
„ dicta Inhibitione expedire, & Par-
„ ti recurrenti tradere, ita tamen,
„ ut in earum calce expreſſe adjicia-
„ tur ſequens clauſula: Nos enim,
„ attentis Juribus, & ſupplici libello
„ Nobis præſentatis, atque in Actis
„ exhibitis, ſic, ut præfertur, inhi-
„ bendum eſſe, ſpeciali Reſcripto
„ mandavimus: Alias litteræ ejuſmo-
„ di ſine tali clauſula nullam vim in-
„ hibendi habeant in caſibus prædi-
„ ctis.

„ Et nihilominus ſi Notarii, ſine
„ dicto ſpeciali Reſcripto ſuper ſup-
„ plici libello, aut ſine productione
„ illis in Actis, aut ſine prædicta
„ clauſula, Citationes ullas aut Mo-
„ nitoria cum inhibitione, ſub quo-
„ cumque prætextu, ſeu colore, ex-
„ pedire, ac tradere præſumpſerint,
„ etiamſi illæ, aut illa a Judice ſub-
„ ſcripta fuerint, pœnam infamiæ, &
„ perpetuæ inhabilitatis ad Officium
„ Notarii in cauſis Eccleſiaſticis exer-
„ cendum, & quoad illos Cameræ
„ Noſtræ generalis Auditoris, aut a-
„ liorum Romanæ Curiæ Judicum ſu-
„ perius expreſſorum, etiam quinqua-
„ ginta ducatorum auri de Camera,
„ pro una medietate Cameræ Noſtræ
„ Apoſtolicæ, & pro alia ipſi Parti
„ recurrenti, & in cauſſa intereſſe
„ habenti, ſin minus alicui ex Locis
„ Piis, arbitrio Noſtro, Noſtrorum-
„ que Succeſſorum deſtinando, appli-
„ candam, ipſo facto incurrant.

„ Ad hæc ſimiliter inhærentes di-
„ ſpoſitioni ejuſdem Sacri Concilii
„ ſeſſ. 7, de Reform cap. 14, & ſeſſ. 14,
„ cap. 5, necnon etiam Decreto Piæ
„ mem. Benedicti XIII, hac in re
„ promulgato inter additiones ad de-
„ creta Urbani Papæ VIII, in appen-
„ dice ad Concilium Romanum, vo-
„ lumus, & mandamus, quod Cleri-
„ ci Sæculares, aut Regulares extra
„ Monaſterium degentes, quomodoli-
„ bet exempti, in civilibus cauſis
„ Mercedum, & miſerabilium Perſo-
„ narum, etiamſi certum Judicem a
„ Sede Apoſtolica deputatum in par-
„ tibus habeant: In aliis vero, ſi
„ ipſum Judicem non habuerint, co-
„ ram Locorum Ordinariis, tamquam

„ ab

„ ab ipſa Sede delegatis, conveniri „ in prima inſtantia, & Jure medio „ ad ſolvendum debitum cogi poſ- „ ſint.

„ Quo vero ad Perſonas non e- „ xemptas, inhærendo ſimiliter diſpo- „ ſitioni ejuſdem Sacri Concilii ſeſſ. „ 13, de Reform. cap. 7, & ſeſſ. 22, „ cap. 7, & ſeſſ. 24, cap. 20, necnon ſu- „ peradictis Decretis generalibus Con- „ gregationis Epiſcoporum, editis an- „ no MDC, cum noviſſimis additio- „ nibus, ſeu declarationibus Piæ mem. „ Benedicti XIII, in Appendice Con- „ cilii Romani; volumus, ſtatuimus, „ & mandamus, quod cauſæ omnes „ tam civiles, quam criminales, ad „ Forum Eccleſiaſticum pertinentes, „ exceptis Privilegiatis, quæ ex eo- „ dem Concilio, vel alias juxta Ca- „ nonicas Sanctiones apud nos, & Se- „ dem Apoſtolicam tractari poſſunt, „ aut debent, coram Ordinariis Lo- „ corum dumtaxat in prima Inſtan- „ tia cognoſcantur, neque a Metro- „ politanis, Patriarchis, aut Primati- „ bus, aliiſque Judicibus Eccleſiaſti- „ cis, etiam Noſtris, & Sedis Apo- „ ſtolicæ Nunciis, vel de latere Le- „ gatis, aut Cameræ Noſtræ generali „ Auditore, & cæteris quibuslibet „ Curiæ Noſtræ Judicibus ad ſe avo- „ cari, vel aliis committi poſſint; „ niſi per viam legitimæ appellatio- „ nis, & in caſibus ut ſupra non pro- „ hibitis, ad ipſorum Tribunalia de- „ ferantur.

„ Appellationes autem non reci- „ piantur, neque inhibitiones vigore „ illarum concedantur, niſi prius con- „ ſtiterit, quod nedum per legitimam „ Perſonam, & intra legitima tem- „ pora vere appellatum fuerit; ſed et- „ iam, quod appellatum fuerit a ſen- „ tentia definitiva, vel habente vim „ definitivæ, aut a gravamine, quod „ per definitivam ſententiam repara- „ ri non poſſit: Idque per publica „ documenta, quæ realiter in Actis „ exhibeantur: Tunc enim, & non „ antea, Judici, ad quem appellatum „ fuerit, in cauſa ſe intromittere, ci- „ tationes, & inhibitiones concedere „ liceat; dummodo tamen concedan- „ tur cum inſcriptione tenoris ſen- „ tentiæ, aut Decreti definitivi, ſeu „ vim definitivæ habentis, vel dam- „ num per definitivam irreparabile „ inferentis; Alias citationes, inhibi- „ tiones, Proceſſus, & inde ſequuta „ quæcumque, ſint ipſo Jure nulla, „ atque impune ſperni poſſint.

„ Quod ſi appellans aſſerat, Sen- „ tentiæ, aut Decreti Exemplum au- „ thenticum, culpa Judicis *a quo*, vel „ Notarii, ſive Actuarii, habere non „ poſſe, tunc ſaltem copiam ſimpli- „ cem Sententiæ, ſeu Decreti, in A- „ ctis producere teneatur, eiuſque te- „ nori in litteris Inhibitorialibus in- „ ſerto adjicienda erit, prout adjici „ volumus, & mandamus, in earum „ corpore expreſſa conditio: Quatenus „ tamen tenor inſertus vere, & in ſub- „ ſtantialibus cum Originali concor- „ det, eodemque Originali præſentes „ litteræ ſunt in tempore poſteriores, „ alioquin nullæ & irritæ cenſeantur. „ Et ſi ſecus factum fuerit, inhibi- „ tiones aliter conceſſæ nullatenus af- „ ficiant; & Notarii, ſive Actua- „ rii, qui illas expediverint, in- „ cidant in pœnas ſuperius expreſ- „ ſas.

„ Cum vero a gravamine, quod „ per definitivam reparari nequit, „ appellatum fuerit, ſi quidem res „ ſit de carceratione jam ſequuta cum „ Mandato verbali, non aliter expe- „ diri poterunt Inhibitiones vigore „ Appellationis, quam conſtito prius „ de ipſa carceratione per depoſitio-

„ nem

„ nem ſaltem duorum Teſtium. Interim tamen Appellans in eodem, quo reperitur, carcere permanebit, donec aliter ſerio judicatum fuerit. Ubi vero agatur de cenſuris jam prolatis; vel de comminatione Carcerationis, Torturæ, aut Cenſurarum, obſervetur omnino diſpoſitio dictorum Decretorum Congregationis Epiſcoporum ſub rec. mem. Clemente VIII, juxta additiones, & declarationes piæ mem. Benedicti XIII.

„ Ulterius in prædictis Cauſis in prima Inſtantia pendentibus, vel aliis ſuperius expreſſis, in quibus non admittitur appellatio in ſuſpenſivo, Citationes, quæ expediri ſolent coram Cardinali Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, ad effectum comparendi; vel pro adeundo eamdem Signaturam, tametſi ab ejus Auditore ſuſcriptas, vim inhibendi nullatenus ſortiri poſſe volumus, eaſque ad prædictos alios dumtaxat effectus, comparendi ſcilicet, vel adeundi Signaturam, expeditas cenſeri, non autem ad retardandam exequutionem, vel ſuſpendendum proceſſum ad ulteriora.

„ Denique quoad Cauſas Privilegiatas, quæ, ut præfertur, in prima etiam Inſtantia apud Nos, & Sedem Apoſtolicam tractari poſſunt, nihil ex antiquo mutandum eſſe volumus, ſed Monitoria in illis coram Cameræ noſtræ generali Auditore, vel ejus Locum tenentibus, prout hactenus laudabiliter obſervatum eſt, expedienda eſſe, juxta præſcriptum Apoſtolicarum Conſtitutionum, & præſertim fel. record. Pauli V Prædeceſſoris Noſtri in Conſtitutione, quæ incipit, *Univerſi*; necnon prædictarum additionum, & declarationum Benedicti XIII, exceptis tamen Monitoriis intimandis ultra Montes, in quibus ad evitanda ſcandala, & litigantium incommoda, volumus omnino renovari, & obſervari ſtylum, qui olim in eo Tribunali vigebat, ideſt, quod ad juſmodi Monitoriorum expeditionem non aliter procedatur, quam oblato prius ipſi Auditori, vel alteri ex ejus Locumtenentibus, coram quo Monitorium expediendum erit, ſupplici Libello univerſam Facti ſpeciem clare, & dilucide continente, & prævio etiam ejuſdem Judicis reſcripto, quod Monitorium expediri poſſit, penes Cauſæ Notarium, vel Actuarium, diligenter cuſtodiendo. Et ſi aliter, quam præfertur, & abſque dicto ſupplici libello, ac ſpeciali Judicis reſcripto, dicta Monitoria ultra Montes intimanda expedita fuerint, Notarius, ſive Actuarius, & ſubſtitutus, qui illa expediverit, ipſo facto incidat in pœnas ſuperius expreſſas.

„ Omnia, & ſingula hactenus a Nobis diſpoſita ad rectam Judiciorum methodum reſtituendam, eo impenſius ab omnibus exacte cuſtodiri, & obſervari mandamus, quo clarius conſtet, hac noſtra Conſtitutione non novas fieri, ſed antiquas inſtaurari leges, provide, ſapienterque inſtitutas, & temporum injuria, ac hominum fraude obſoletas, & novo Pontificiæ auctoritatis præſidio communiri ordinem procedendi in Cauſis, jamdiu præſcriptum Superioribus, & Inferioribus Tribunalibus a Sacra Tridentina Synodo, Congregationum Decretis, & Prædeceſſorum Noſtrorum Romanorum Pontificum Conſtitutionibus, aliiſque Ordinationibus Apoſtolicis. Ideoque ſi ipſi Judices omni ſemoto, ut par eſt, humanæ

cu-

„ cupiditatis affectu, præ oculis ſolum „ habuerint, quæ tam maturo, tamque ſaluberimo ſunt conſtituta, atque ordinata conſilio, facile eorum „ quilibet agnoſcet, quæ ſui, & quæ „ alieni Miniſterii partes eſſe debeant „ in admittendis, ac reſpective rejiciendis Cauſarum Appellationibus, „ & Inhibitionibus: Atque ita fiet, „ ut non ſolum unicuique in ſuo ordine debita Juriſdictionis, & auctoritatis prærogativa ſervetur; ſed „ etiam ut, extinctis prorſus, ac radicitus avulſis omnium diſcordiarum ſeminibus, mutuo charitatis vinculo Tribunalia ſocientur; „ & inter illa recte agendi diſciplina „ Chriſtiano populo utilis, & neceſſaria reſtituatur. “

§. V. Non deſunt igitur Eccleſiæ leges, non Conciliorum Canones, non Pontificum Conſtitutiones; deſunt qui Eccleſiæ, qui Conciliis, qui Pontificibus parere velint omnino. Culpam, quæ in Eccleſiaſticarum legum imperium detrectantes conferenda eſt, in Legislatores transferunt atque derivant. Adeo tenet Novatores inſanabile obtrectandi cacoethes. (*a*)

QU.

(a) Non fruſtra conſtituti ſunt in Eccleſia, tam minorum quam majorum Antiſtitum gradus. Cum enim contingere poſſit, ut Prælati aut Juriſdictione, qua pollent, abutantur, aut muneri ſuo præſto non ſint, decuit maxime, ut inferiorum per ſuperiores aut cohibeatur exceſſus, aut defectus ſuppleatur. Id fit vel appellationibus, vel querelis, vel devolutionibus. Appellatio locum habet in cauſis judiciariis, querelæ fit locus, ubi cauſa quædam emergat extra judicii figuram: devolutio admittitur, quoties non cauſſa privatorum, ſed cauſſa publica utilitatis eccleſiaſticæ verſatur.

Quacumque ratione aut cohibendus ſit exceſſus, aut ſupplendus defectus inferiorum Antiſtitum, regula generalis eſt, proximum ſuperiorem intercedere. Hinc ſi agitur de Epiſcopo, excitatur juriſdictio Metropolitani; ſi de Metropolitano agatur, Primas, vel Patriarcha officio ſuo præſto eſt; ſi denique agatur de Primate, vel Patriarcha, ſuprema Pontificis Maximi poteſtas intercedit. Cum de mandata juriſdictione ſermo ſit, a Vicario generali Epiſcopi, non Epiſcopus, ſed Epiſcopi ſuperior appellatur, propterea quod Epiſcopi, & Vicarii generalis Epiſcopalis unum idemque tribunal eſt. At a delegato Pontificis Maximi, Pontifex idem Maximus appellatur, cum non tota juriſdictio Pontificia delegato mandetur.

Itaque appellatio in primis locum habet in judiciariis cauſſis, in quibus intereſt litigantium privatorum. Appellatur ab ea ſententia, quæ definitiva eſt, non autem ab interlocutoria, niſi hæc vim habeat definitivæ, & cujus gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat, uti definitum eſt in Concilio Tridentino ſeſſ. 24. de ref. c. 20. Appellatione pendente nihil eſt innovandum, adeo ut ſententia, a qua appellatum eſt, in ſuſpenſo remaneat.

Sunt tamen ſententiæ quædam, quæ appellatione non obſtante adhuc executionem habent, vel natura ſui, vel ob publicam utilitatem ex præſcripto legum. Ex natura ſui ſtatim executionem habent ſententiæ, in quibus executio a ſententia diſtingui nequit, uti contingit in ſententia excommunicationis. Ob publicam utilitatem ex præſcripto legum executionem ſtatim habent ſententiæ Epiſcoporum latæ ob morum reformationem ſine ſtrepitu, & figura judicii, præſertim tempore viſitationis. In his caſibus dicitur appellatio locum habere quoad effectum devolutivum, non tamen quoad ſuſpenſivum. Ideſt interea ſententia executionem habet, & judex, ad quem appellatum eſt, cognoſcit, an ſententia juſta ſit; eam reparaturus, ſi iniquam eſſe deprehenderit.

Appellatio primum interponitur apud judicem, a quo appellatur. Penes hunc, qui ſe læſum putat, profiteri debet, ſe appellare, & quidem intra decem dies publicatæ ſententiæ numerandos. Olim etiam læſus tenebatur petere apoſtolos, ideſt libellos dimiſſorios.

rios, quibus abs judice ſententiam effato ad judicem appellationis dimitteretur. Hodie apoſtoli fere ab uſu exoleverunt. Deinde interpoſita appellatio introducitur apud Judicem, ad quem appellatum eſt, & quidem intra ſpatium triginta dierum. Denique ex jure ſcripto annus conceditur ad appellationem proſequendam; quamquam prudentis ſuperioris arbitrio relinquitur tempus, intra quod ſententia ferenda ſit.

In iis cauſſis, in quibus quis ſe læſum a ſuo Prælato exiſtimat extra judicium, conceditur locus querelæ apud Superiorem Prælatum interponendæ: qua in ſpecie qui queritur apud Superiorem, actoris quodammodo partes ſuſtinet: ſi nemo eſt, qui rei partes ſuſtineat, Prælatus ſuperior, accepta querela, totum in ſe negotium ſuſcipit, Prælatum inferiorem de querela privatim certiorem facit, cauſſas percunctatur ab eo, & juxta accepta reſponſa de querelæ, & reſponſorum æquitate judicat, juſtitiam redditurus illi, qui conqueſtus eſt, ſi juſtam fuiſſe querelam agnoverit.

Duobus exemplis rem demonſtro: finge primum, Clericum Diaconum ſine cauſſa a ſuſcipiendo ſacerdotio ab Epiſcopo rejici: Conqueritur ille apud Metropolitanum: Metropolitani partes ſunt cauſſas ab Epiſcopo ſciſcitari, ubi nullæ ſint, Epiſcopum commonefacere, hortari, & ſi id non ſufficiat, adhibitis juris remediis adigere. Finge deinde contracturos matrimonium habere cauſſas in Concilio Tridentino probatas, quibus diſpenſationem a denunciationibus ab Epiſcopo poſtulaverint. Ubi diſpenſare Epiſcopus ſine cauſſa renuerit, ſimiliter conqueri apud Metropolitanum poſſunt, qui ex officio Epiſcopum certiorem de querela reddet, ubi legitimam eſſe cauſſam noverit, commonefaciet, atque etiam adiget.

Obiter hic adnotare juvat; querelam adhuc quandoque proponi poſſe apud ordinarium adverſus privatos, quando ſcilicet quis certum opus præſtare tenetur, & illi, cujus intereſt opus præſtari, nulla poteſt competere actio; ſic Monaſteria quædam, quæ neque in communi quidquam adquirere poſſunt, proponunt querelam penes judicem adverſus eos qui certam rem Monaſterio debent. Cum Monaſterium actione deſtituitur, tum judex accepta querela ex officio procedit.

Deinde quandoque fit locus devolutioni, ex qua ſuperior ſponte, & nemine poſtulante ea peragit ex publica utilitate, quæ alius inferior agere debuiſſet. Id contingit, ubi inferior negligit ea onera implere, quæ ſibi ex lege impoſita ſunt. Hinc ſi Epiſcopus negligat beneficia conferre ad ſui collationem ſpectantia, collatio beneficiorum ad Metropolitanum devolvitur. Immo hac in ſpecie certa in jure præſtituta ſunt tempora, nimirum ſex menſium, ut devolutioni locus fiat.

Non eſt omittendum, etiam devolutionem locum habere adverſus privatum, cui jure certa immineat obligatio. Hinc cum patroni Eccleſiarum debeant intra certum tempus vacanti Eccleſiæ conſulere præſentatione rectoris; negligentiam illorum jure devolutionis Ordinarius ſupplebit.

QU. XXXVI.

Quænam extraordinaria Metropolitarum jura?

Quid cenſes de novarum Eccleſiarum Erectionibus?

§. I. QUamquam Paulus ad Titum ſcripſerit, ſe eum reliquiſſe Cretæ, ut conſtitueret per Civitates Presbyteros; (ad Tit. I, 5.) quibus verbis videtur ei poteſtatem feciſſe Cathedrales Eccleſias fundandi, cum eorum temporum Presbyteriis noſtræ reſpondeant Cathedrales Eccleſiæ; (Vid. ſupr. Lib. I, qu. XLII, §. 3.) & quamquam Petrus Paulino, Apollinari, Trophimo, Manſueto facultatem permiſerit, ut Suburbicarias Italicas, Gallicas, Hibernas regiones novis ditarent Epiſcopatibus; (Vide ſupra qu. IV, §. 3.) tamen hanc poteſtatem ab Apoſtolorum diſcipulis ad Patriarcharum Vicarios, h. e. Metropolitas (Vid. ſupra ibid. & qu. V, §. 2.) deductam, non ordinariam, ſed extraordinariam fuiſſe exiſtimarim. Ordinariam porro Metropolitarum poteſtatem eam voco, quæ Metropolitis ab Patriarchis ſemper eadem mandari ſolita fuit, adeo ut ejus commemoratio non amplius in mandatis neceſſaria viſa ſit, perinde ac Metropolitico nomini hæreat infixa. Extraordinariam vero eam dico, quæ non generali mandato contenta, ſpeciali augeri vult, quæ non nativis, ſed adſcitis viribus, opibuſque valet, vigetque. (Vid. ſupra qu. VII, §. 2, 3.) Ut igitur ſcire poſſimus, num Eccleſiarum fundandarum poteſtas in ordinariis, an extraordinariis Metropolitarum juribus ponenda ſit, videamus oportet, num Metropolitæ Patriarcharum nomine, an ſuopte hac poteſtate uſi ſint.

§. II. Ne longe excurramus, intra unius Occidentalis Patriarchatus fines conſiſtamus; interrogemuſque S. Innocentium I, S. Gregorium III, a quibus, quaque auctoritate Occidentales Eccleſiæ conſtitutæ fuerint. *Manifeſtum eſt* (inquit Innocent. Ep. ad Decentium Eugubinum an. 416, Tom. I Ep. Rom. Pontif. pag. 856, ed. Cont.) *in omnem Italiam, Gallias, Hiſpaniam, Africam, atque Siciliam, atque inſulas interjacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos Venerabilis Apoſtolus Petrus, aut ejus ſucceſſores* (ad eas inſtituendas) *conſtituerint ſacerdotes. Præcepimus*, (ait Gregorius III, an. 738, ep. 1, 3, ad Bonifacium Archiepiſcopum) *ut juxta Canonum ſtatuta, ubi multitudo excrevit fidelium, EX VIGORE APOSTOLICÆ SEDIS debeas ordinare Epiſcopos, pia tamen contemplatione, ut non vileſcat dignitas Epiſcopatus. Epiſcopos*, (idem ad Germaniæ populos, & Proceres ep. 6.) *quos ipſe Bonifacius Archiepiſcopus ordinaverit*, PER APOSTOLICAM SIBI DATAM AUCTORITATEM *in Eccleſia miniſte-*

rio recipiatis. Nec ſilentio prætereunda ſunt ea, quæ Bonifacius ipſe ad Zachariam Pontificem ſcripſit anno 745. *Hæc tria loca* (Eccleſiam Herbipolenſem, Buraburgenſem, Erphesfurtenſem) *propria auctoritate, & charta Apoſtolatus veſtri roborari, &. confirmari poſtulamus, ut PER AUCTORITATEM, ET PRÆCEPTUM S. PETRI, juſſionibus Apoſtolicis fundatæ, & ſtabilitæ ſint tres in Germania Epiſcopales Sedes*. Concil. Gall. T. I. Ipſe enimvero Carolus Magnus in Bremenſi Epiſcopatu condendo non ſatis firmam, ac tutam Archiepiſcopi, Provincialiſque Concilii auctoritatem eſſe ratus, eam Patriarchali, Apoſtolicaque vi muniri voluit, atque firmari. *SUMMI PONTIFICIS, & UNIVERSALIS PAPÆ PRÆCEPTO, nec non & Moguntiacenſis Epiſcopi Lullonis* (Metropolitæ), *omniumque qui affuerunt Pontificum conſilio Bremenſem Eccleſiam Villehado commiſimus*, h. e. Bremenſem Eccleſiam fundavimus, eique Villehadum præfecimus. (Baluz. Tom. I, pag. 247.) Hæc omnia vetera Eccleſiæ monumenta ſatis ſuperque ſuadent, (*a*) Metropolitas ad novas Eccleſias inſtituendas non nativam, ſed adſcitam, non propriam, ſed precariam, non ordinariam, ſed extraordinariam poteſtatem attuliſſe.

§. III. Quod de Epiſcopalibus Eccleſiis, id multo magis de Metropolitanis, ac Primatialibus dictum eſto. Quod ſi forte ad hanc etiam rem confirmandam exempla deſideras, habe illud ex Adamo Bremenſi Canonico Hiſtor. Eccleſiar. Septemtrional. Lib. I, cap. 12, 14. *Ludovicus Pius Hamburgenſem Metropolim erexit non tam auctor ipſe, & dux, quam executor habiti Sacerdotum Generalis Concilii anno 833. Ansgharium Archiepiſcopum inaugurari fecit, ROBORANTE ID PAPA Gregorio IV Apoſtolica auctoritate, & Pallii datione*. Plura alia exempla nobis ſuppeditant poſteriora ſæcula. Sed quoniam cum moroſis hominibus (*b*) nobis res eſt, qui Canones omnes, atque exempla Sæculo nono

(a) Thomaſſin. V. & N. E. D. Part. I, Lib. I, cap. 55, §. 6. Quæ hac ætate fecere Sancti Bonifacius, Villibrordus, Auguſtinus, Corbinianus, aliique tot, & tanti Apoſtolici viri, Apoſtolicæ delegatione Sedis, genuinam tibi primorum temporum imaginem exhibent, & ipſa veluti ſubjectionis ejus fundamenta aperiunt, in qua erga Romanam Eccleſiam, tamquam matrem omnium, & fontem, fuere omnes per Occidentem Epiſcopi, & Metropolitani. Fieri ergo poteſt, ut omnes unum in locum coegerit Gregorius Turonenſis, quos in Galliam Summi Pontifices diverſo miſere tempore; ubi aſſerit ex geſtis B. Saturnini Martyris miſſum eſſe Gratianum Turonum, Trophimum Arelatum, Narbonem Paulum, Saturninum Toloſam, Pariſios Dionyſium, Stremonium in Arveniam, & Martialem Lemovicum. *Per Sanctum Stremonium, qui & ipſe a Romanis Epiſcopis cum Gratiano Epiſcopo, & reliquis, quos memoravimus eſt directus*. Hoc rurſum erga fidem, & Eccleſiam Romanam primo, ſecundo, tertioque ſæculo factum in Gallia, & Hiſpania, quod ſexto ſeptimoque in Germania, & Anglia. Neque aberraveris forſan a vero, ſi putes ita primis ſæculis, conſtitutos fuiſſe Epiſcopatus, uti fuere, quos inſtitere miſſus a Papa Bonifacius, Villibrordus, Auguſtinus, Corbinianus, qui omnes ab Eccleſia Romana originem, & auctoritam hauſerint ſuam, & ſingularem cum ea conjunctionem ſemper, & concordiam ſervaverint.

(b) Febronius de ſtatu Eccleſiæ cap. IV, §. 10. Ante falſas Decretales nihil plane invenitur, quod hac in parte prætenſionibus Ultramontanorum faveat. Poſt harum receptionem cœperunt circa Sæculum X Pontifices, & hoc ſibi jus vindicare, non tamen ſine Epiſcoporum obmurmuratione.

nono recentiora (Vid. ſupra Lib. I, in Proœm. N. *6.*) Iſidoriana ſcabie putere clamitant, ideo iis ſolummodo contenti fuimus, quæ ſuperior ætas nobis commodavit.

§. IV. Quam in novis creandis Epiſcopatibus poteſtatem Metropolitis largiti ſumus, eamdem, & in dividendis, uniendiſque concedamus oportet, videlicet non innatam, atque inſitam, ſed aſſumptam, & adventitiam. Nam ſi de Epiſcopatuum diviſione loquimur, ea ſine novi Epiſcopatus inſtitutione ne intelligi quidem poteſt. Unio vero haberi non poteſt, quin alterutra Eccleſia proprio Epiſcopo deſtituatur. Factum eſt autem tritum ſermone proverbium, *illius eſſe deſtituere, cujus eſt inſtituere.* Nemo igitur non videt, Metropolitas quemadmodum in novis Eccleſiis erigendis, ita etiam in dividendis, atque in uniendis Patriarchali ope indigere. Huic quoque rei ſuum demus exemplum, illudque ſumptum hauriamus ex illorum temporum monumentis, quibus nondum proſtabant merces Iſidorianæ. *Cæſar Ludovicus compoſitis hinc inde contradicentium voluntatibus præcipue Guntarii Colonienſis Archiepiſcopi, cujus ſuffraganea prius erat Bremia, ſuper his Romam nuncios ad Nicolaum Papam* (an. 858.) *direxit. Ille vero, quod neceſſitas Eccleſiaſtica perſuaſit, & quod Patrum Conciliis fieri poſſe comprobatum eſt, facile conſenſit. Ergo Bremenſem, ac Hamburgenſem Epiſcopatum APOSTOLICA AUCTORITATE copulari, & pro uno haberi ſanxit.* Adam. loc. cit. cap. 41, 42. *Accepto ergo ſuper hac re APOSTOLICÆ SEDIS MANDATO, ad effectum perducta ſunt omnia, quæ fuerant animo pii Principis digeſta; unitaque eſt Eccleſia Bremenſis Hamburgenſi, & recepit Sanctus Anſcarius utramque regendam, factumque eſt unum ovile, & unus Paſtor.* Hermoldus in Chron. Sclav. Lib. I, cap. 5. De Beneficiorum Unione, ac Diviſione agemus Lib. IV.

QU. XXXVII.

Epiſcoporum Confirmatio pertinet ne ad Metropolitarum jus ordinarium an extraordinarium?

§. I. Febronius (de ſtatu Eccleſ. Tom. I, cap. IV, §. 3.) ut Provincialibus Conciliis, ac Metropolitanis aſſerat jus Epiſcoporum confirmandorum, in medium profert Canonem IV Concilii Nicæni, cujus hæc ſunt verba: *Poteſtas, vel Confirmatio pertinebit per ſingulas Provincias ad Metropolitanum Epiſcopum*. Et Can. VI. *Illud generaliter eſt clarum, quod ſi quis præter ſententiam Metropolitani factus fuerit Epiſcopus, hunc magna Synodus definivit Epiſcopum eſſe non oportere*. Si Febronius Eccleſiaſticas litteras non primoribus labris attigiſſet, ſed pleniores hauſtus exhauſiſſet, ad eoſque fontes, unde hi canones fluxerunt, digitum intendiſſet, in aliam prorſus iviſſet ſententiam. Age enim. Quinam erant ii, quos Nicæna Synodus *METROPOLITANOS* appellat? Habe illos ex eodem Canone VI. *Antiqua conſuetudo ſervetur per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, ita ut ALEXANDRINUS Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem, quia & URBIS ROMÆ EPISCOPO parilis mos eſt. Similiter autem, & apud Antiochiam, cæteraſque Provincias ſuis privilegia ſerventur Eccleſiis*. Ii igitur Metropolitani erant Epiſcopus Alexandrinus, Romanus, Antiochenus, aliique hujuſmodi, quos Nicæni Patres in veteri ſua poſſeſſione retinendos eſſe voluerunt. At quænam erat vetus ea poſſeſſio? Illa nimirum, in quam Meletiani involaverant. (a) Quæ tandem? En tibi illam ex ejuſdem Canonis verbis, quæ ſtatim ſequuntur. *Quod ſi quis præter ſententiam METROPOLITANI factus fuerit Epiſcopus, hunc magna Synodus definivit Epiſcopum eſſe non oportere*. Ea igitur poſſeſſio, in quam Meletius contra jus faſque irruerat, & in quam Alexandrinum Epiſcopum reſtituendum eſſe decreverunt, erat Epiſcoporum Ægyptiorum, Libycorum, Pentapolitanorum creatio. Ii igitur, quos METROPOLITANOS appellant Nicæni Patres, erant ipſi Patriarchæ. Sed amens ego, qui coctam jam crambem denuo reco-

(a) Theodoretus Hæret. fab. Lib. IV, c. 7. In Alexandria Meletius adverſus Alexandrum ſeditionem movens, multis urbibus Epiſcopos ordinavit . . . Hunc Nicæni Patres ab Eccleſiæ gubernaculis repulerunt.

recoquo. Ad ravim uſque contendi, & meridiana luce clarius jam oſtendi, nomen Metropolitani primis Eccleſiæ ſæculis Patriarcharum tantum proprium fuiſſe, nec niſi poſt ſæculum IV minorum Provinciarum Præſulibus inditum fuiſſe. (Vid. ſupra Qu. II, Qu. III, & Lib. II, Qu. XXIII, §. 4, 5.) Hæc ſi animadvertiſſet, atque ex Eccleſiæ annalibus didiciſſet Febronius, Epiſcoporum confirmationes non tam Metropolitici, quam Patriarchalis juris eſſe dixiſſet.

§. II. Neque vero Romanus Antiſtes in Epiſcopis confirmandis Pontificiam induit perſonam, ſed tantum Patriarchalem, quod perſpicuum eſt ex eo, quod in Orientalium Epiſcoporum confirmationes falcem numquam immittat. Quinimmo neque in omnibus ſui Patriarchatus Regionibus longe nimium lateque porrectis hoc jus ſemper uſurpavit, ſed in diſſitis provinciis, quas fiduciarias quodammodo, ac beneficiario quodam jure poſſidendas Primatibus tradidit, illud quandoque dimiſit. (Vid. ſupra Lib. II, Qu. IX, §. 2.) Hinc lucem accipiunt ea, quæ Innocentius I ad Victricium Rothomagenſem, Siricius ad Afros ſcripſere, quæque S. Bonifacius Ep. 3, S. Leo Ep. 89, S. Hilarius Ep. 2, ſcripta reliquere. Sed Febronius ipſe ſibi minime conſtat, & quas Epiſcoporum Confirmationes Metropolitici juris eſſe paulo ante dixerat, ſtatim oblitus ſui eas Patriarchalis juris eſſe fatetur. Ait enim: *Epiſcopi Græci non minus ſunt veri Epiſcopi, licet eorum Patriarchæ id præſtent, quod ratione Epiſcoporum Latinorum facit Papa.* Si Patriarchæ Orientales Epiſcoporum Confirmationes ſuas eſſe ducunt, peto abs te Febroni, cur Patriarcha Occidentalis non itidem ſuas eſſe dicet? Cur id Patriarchæ Latino denegas, quod Græco, Ægyptio, Syrio, aliiſque omnibus Patriarchis tribuis? Neque enim tu unus ex illis es, qui Patriarchæ Romano Suburbicarias Regiones aſſignes tamquam cuſtodiam & carcerem, unde egredi nequeat, ſed totum Occidentem illi attribuis. (Febron. de Stat. Eccl. Tom. I, cap. 3, §. 5.)

§. III. Quod ſi igitur meam me rogas ſententiam, illi rem acu tangere mihi videntur, qui Epiſcoporum Confirmationes in eorum Metropoliticorum Jurium numero reponunt, quæ non ordinaria ſunt, ſed extraordinaria, h. e. eorum, quæ Metropolitæ precario ab Patriarchis acceperunt. Quod omnibus perſuaſiſſimum erit, ſi oſtendero, Metropolitas hoc jure nec omnes, nec ſemper, nec ubique potitos fuiſſe. At primo quidem ex Divo Innocentio intelligimus, Epiſcopos omnes Syriæ, Phœniciæ, Arabiæ, Ciliciæ, Meſopotamiæ, Iſauriæ ab uno Antiocheno Patriarcha confirmari ſolitos fuiſſe. *Itaque arbitramur, Frater Cariſſime, ut ſicut Metropolitanos auctoritate ordinas ſingulari, ſic & cæteros NON SINE PERMISSU, CONSCIENTIAQUE TUA SINAS EPISCOPOS PROCREARI.* Hæc Innocentius I, initio Sæculi V, ad Patriarcham Antiochenum Ep. 18. (*b*) Præterea diſcimus a S. Leone Magno, Con-

(b) Thomaſſin. l. c. part. II, cap. VIII, §. 3, Ita Nicænum Canonem VI interpretatur Innocentius Papa, ut eo concedatur Antiocheno Epiſcopo jus ordinandi Metropolitanos totius Orientalis Diœceſeos, qua plures Provinciæ circumſcribebantur. Quoad Epiſco-

Confirmationes omnium Epiſcoporum Macedoniæ, Theſſaliæ, Epiri, Helladis, Cretæ, Daciæ, Meſiæ, Prevali, & Dardaniæ non a ſuis Metropolitanis, ſed a Primate Theſſalonicenſi Vicarias Romani Patriarchæ partes gerente peti debuiſſe. *De Perſona conſecrandi Epiſcopi, & de Cleri, plebiſque conſenſu Metropolitanus Epiſcopus ad Fraternitatem tuam referat, quodque in Provincia bene placuit, ſcire te faciat, UT ORDINATIONEM RITE CELEBRANDAM TUA QUOQUE FIRMET AUCTORITAS*. Ep. 84, & alibi. *Per commiſſas tibi Provincias tales Domino Sacerdotes, quibus ſola vita, & Clericalis Ordinis ſuffragentur merita, conſecrentur. Nullus te inconſulto per illas Eccleſias ordinetur Antiſtes. Quiſquis vero a Metropolitano Epiſcopus contra noſtram præceptionem, PRÆTER TUAM NOTITIAM fuerit ordinatus, nullam apud nos ſtatus ſui eſſe noverit firmitatem*. Hæc Leo Papa I ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem ad ſenium vergente Sæculo IV. Inſuper accepimus ex Anaſtaſio Bibliothecario, Sanctum Nicolaum Magnum Sæculo IX Epiſcoporum Emiliæ confirmationem ſibi integram reſervaſſe. *Sancimus* (Nicol. ad Ravennat. Archiepiſc.) *ut Epiſcopos per Emiliam non conſecres, niſi poſt electionem Ducis, Cleri, & Populi PER EPISTOLAM APOSTOLICÆ SEDIS PRÆSULIS ACCEPERIS EOS CONSECRANDI LICENTIAM*. Nondum Iſidorianæ Decretales publicam lucem, conſpectumque hominum ſubierant, & tamen Latini Patriarchæ non ſolum in Suburbicaria Diœceſi pleno jure ſibi retenta, ſed etiam in Italica, atque Illyriciana Epiſcoporum Confirmationes a Metropolitarum Conſilio ad ſuum judicium revexerant. Cur igitur modo tot voces ſtomachi, & querelarum plenæ, ſi Romani Epiſcopi haſce ipſas Confirmationes Metropolitis aliquandiu dimiſſas, denuo ad ſe ſe revocarunt? Quæ Iſidori cineres, atque oſſa inſultandi cauſa, (*c*) ſi nil in noſtros mores hac in parte inductum eſt, quod & inter veteres, & inter Orientales receptum non ſit? Atque hæc de Epiſcoporum Confirmatione. (*d*) Ad eorum vero conſecrationem quod attinet, ſatis ſuperque

piſcopos autem harum Provinciarum omnium ita cenſet Pontifex, ut ordinet Antiochenus proximiores quoſque, quos & Antiochiam arceſſet; *cæterorum electionem litteris confirmet*, eoſque a Metropolitanis quemque ſuis jubeat ordinari.

(c) Febronius T. I, §. 3, n. 2. Inde ab Alexandro III de Epiſcoporum Confirmatione *a Romana Sede* obtinenda frequens eſt in Jure mentio: *in cap.* 1, 2, 3, & 4, X, *de Translat. Epiſcop. cap.* 15, 18, 19, 20, & 21, *X, de Electione cap.* 6, 16, 47, *eod. Tit. in* 6, *cap.* 5, *X, Ut lite non conteſt*. Scilicet cenſuerunt Pontifices, inducendam majorem Epiſcoporum ab eis dependentiam: *aut potius in conſpectu Iſidorianarum Decretalium toleratum eſt*, ut illi majorem ſibi in hos auctoritatem attribuerent.

(d) Confirmatio Epiſcoporum olim poterat fieri a ſuis reſpective Metropolitanis. Hodie tamen non ab alio, quam a Romano Pontifice fieri poteſt *ex regula* 2, alias 3, *Cancellariæ*, quæ Sedi Apoſtolicæ reſervat proviſiones omnium Cathedralium. Et licet in Germania ex vi Concordati Epiſcopi adhuc eligantur a Collegiis Canonicorum Cathedralium, Romani tamen Pontificis auctoritate confirmantur. Sicuti etiam confirmantur, & inſtituuntur a Romano Pontifice Epiſcopi illi, qui vi privilegiorum Apoſtolicorum a Regibus, & Principibus nominantur, & deſignantur. Pro hujuſmodi electione, & confirmatione facienda ſervatur in Curia ſequens praxis. Formato proceſſu de vita, & moribus promovendi, ac de ſtatu Eccleſiæ juxta interrogatoria in particulari inſtructione,

que a nobis dictum eſt Lib. II, Qu. XXXIII: rurſus acturis Lib. IV, ubi etiam de Electione, & Poſtulatione.

QU. XXXVIII.

ne, fit ab ipſo profeſſio Fidei juxta formulam præſcriptam a Pio IV in ſua Conſtitutione incipient. *In ſacroſancta*, & deinde fit inſtrumentum dictæ profeſſionis fidei a Notario ſubſcriptum in hunc modum.

In nomine Domini. Amen. Præſenti publico inſtrumento cunctis ubique pateat evidenter, & ſit notum, quod Nativitate Domini &c. coram Eminentiſſimo, & Rever. D. N. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali &c. meque Notario publico infraſcripto comparuit ſupradictus adm. R. N. omni meliori modo &c. genibus flexis Profeſſionem Sanctæ, & Catholicæ Fidei juxta ſupraſcriptam formam tactis Sacroſanctis Scripturis ad Sancta Dei Evangelia in manibus D. S. Emin. de verbo ad verbum emiſit. Quam fidei profeſſionem idem Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis accepit, & admiſit præmiſſo, & alias omni meliori modo. Super quibus &c. Actum Romæ in Offic. &c. Præſentibus ibidem N. & N. teſtibus ad præmiſſa vocatis, habitis ſpecialiter, atque rogatis. Ego N. N. Publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, & ad ſcribendos, & rogandos proceſſus Reverendiſſimorum D. D. Archiepiſcoporum, & Monaſteriorum Conſiſtorialium, privative quoad omnes alios ſpecialiter a S. S. A. deputatus de præmiſſis rogatus præſens inſtrumentum ſubſcripſi, & publicavi requiſitus. Et ſubſcribitur Cardinalis relator ſic. *Ego N. S. R. E. Presbyter Cardinalis N. Fidei profeſſionem a ſupradicto R. N. de verbo ad verbum in manibus meis emiſſam recepi; & ita teſtor.*

Finito examine teſtium, & emiſſa profeſſione ſubſcribitur proceſſus ab eodem Cardinali Ponente in hunc modum: *Ego N. S. R. E. Presbyter Cardinalis N. relationem facturus in proximo Conſiſtorio de præmiſſis cenſeo R. N. eſſe habilem, & idoneum, qui ad ſupradictam Eccleſiam N. promoveatur, illum ei præficiendo Epiſcopum, & Paſtorem; Romæ ex noſtro Palatio die &c. Ego N. Cardinal. N. qui ſupra.* Et ſubſcribitur idem proceſſus a tribus Cardinalibus Ordinum Capitibus, ſcilicet a primo Cardinali Epiſcopo, a primo Cardinali Presbytero, & a primo Cardinali Diacono.

Hoc facto præconizatio fit in primo Conſiſtorio, quæ vicem electionis habet, cujus præconii formula pro Romano Pontifice, ſic ſe habet: *Beatiſſime Pater. Vacat Eccleſia N. per obitum N. &c. Ad juſſum Sanctitatis Veſtræ Ego N. Cardinal. N. proponam R. N. &c. Civitatis* &c. Pro Cardinali autem ita fit: *Illuſtriſſ. & R. D. In proximo Conſiſtorio ſi S. D. N. placuerit Ego N. Cardinal. N. præconium faciam Eccleſiæ N. vacantis per obitum N. in perſonam R. N. &c. Civitatis &c.* Et refertur ſtatus Eccleſiæ, & promovendi, juxta formam Inſtitutionis prædictæ.

Fit poſitura in ſecundo Conſiſtorio, & tranſmittitur ſchedula pro reaſſumptione poſituræ, tranſmiſſa in prima præconizatione, & hæc ſecunda præconizatio habet vim confirmationis, & demum tranſmittitur fides proviſionis Apoſtolicæ a Cardinale Ponente ad Cardinalem Vice-Cancellarium facta in hunc modum: *Reverendiſs. Domine. Hodie Sanctiſſ. in Chriſto Pater, & D. N. D. Pius VI in ſuo Conſiſtorio ſecreto, ut moris eſt, ad relationem meam Eccleſiæ N. cui N. dum viveret præſidebat, & per obitum ejuſdem Paſtoris ſolatio deſtitutæ de Perſona R. N. Diœceſis N. ex catholicis, ac honeſtis parentibus, & legitimo matrimonio nati, in utroque Jure Doctoris, in ætate legitima conſtituti, ac demum cæteris omnibus qualitatibus a Jure, & Concil. Trid. Decretis requiſitis præditi, qui profeſſionem Fidei juxta articulos pridem a Sede Apoſt. propoſitos in manibus meis ſolemniter emiſit, de Reverendiſſ. DD. meorum Cardinalium conſilio, Apoſtolica auctoritate providit, ipſumque illi in Epiſcopum præfecit, & Paſtoralem curam, regimen, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ*

ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, abſolvens eumdem R. N. electum a cenſuris ad effectum &c. In quorum fidem præſentem ſchedulam fieri, & mei parvi ſoliti ſigilli impreſſione muniri juſſi, eamque propria manu ſubſcripſi. Dat. Romæ in ædibus meæ ſolitæ reſidentiæ ſub anno &c. D. V. S. Humillimus Servus N. Cardinalis &c.

De Jure Decretalium recentiore inducto per extravagantem *Injunctæ* de Elect. inter communes opus eſt, ut Epiſcopus poſt confirmationem ſuam litteras Apoſtolicas obtineat, alioquin nec recipi tamquam Epiſcopus, nec poſſeſſionem Eccleſiæ ſibi collatæ conſequi poteſt. Quam extravagantem poſtea Julius III renovavit, & auxit Conſtitutione ſua, quæ incipit: *Sanctiſſimus in Chriſto*, anni 1553.

QU. XXXVIII.

Epiſcoporum Translationes cujus Metropolitici juris?

Ordinarii ne, an extraordinarii?

§. I. ARianorum Epiſcopi, qui, ut virus ſuum circumundique afflarent, Eccleſiaſque omnes ſua ſcabie inficerent, ſuorum Coepiſcoporum, ac Metropolitarum opera ab una in aliam Sedem transducebantur, (Athanaſ. in 2 Apolog. de fuga ſua, & in Ep. ad ſolitariam vitam agentes) cauſam dedere Nicæno canoni XV. *Propter multam perturbationem, & ſeditiones, quæ fiunt, placuit conſuetudinem omnimodis amputari, quæ in quibuſdam partibus videtur admitti, ita ut de civitate in civitatem non Epiſcopus, non Presbyter, non Diaconus transferatur.* Hiſce verbis Nicæni Patres non ſolum eas Translationes, quibus nulla interceſſerat auctoritas, ſed eas etiam, quibus Provincialium Epiſcoporum, ac Metropolitarum pondus acceſſiſſet, improbaſſe videntur. Neque enim ibi dicitur TRANSEAT, uti Balſamon, Gratianus, & Beveregius volunt, ſed TRANSFERATUR, ut Dionyſius exiguus, Hieronymus, Joſephus Ægyptius ſunt interpretati. Habe Hieronymi verba in epiſt. ad Oceanum. *In Nicæna Synodo a Patribus decretum, ne de alia in aliam Eccleſiam Epiſcopus TRANSFERATUR.* Audi Joſephum Ægyptium in ſua paraphraſi Arabica. *Ut Epiſcopus ab ea cui fuit alligatus Eccleſia ad aliam minime migret, neque ſua, NEQUE ALIORUM VOLUNTATE.* Sed quid luculentius iis, quæ habentur Antiocheno Canone XXI? *Epiſcopus ab alia Parochia nequaquam migret ad aliam, nec ſponte ſua prorſus inſiliens, nec vi coactus a populis, nec AB EPISCOPIS NECESSITATE COMPULSUS. Maneat autem in Eccleſia, quam primitus a Deo ſortitus eſt, nec inde tranſmigret,* SECUNDUM PRISTINUM HAC DE RE TERMINUM CONSTITUTUM, h. e. ſecundum Canonem Nicænum XV. Hæc Antiocheni Patres anno 341, ex Interpretat. Dionyſii Exig. & Auct. Codicis Eccleſiæ Univerſæ apud Juſtellum. Hinc factum, ut eæ Translationes, quas Eccleſiæ neceſſitas, (*a*) aut utilitas flagitabat in majorum cauſa-

(a) Thomaſſin. De V. & N. E. D. cap. 66, §. 7. Quam juſtæ, tam neceſſariæ erant hæ prohibitiones, minæ, pœnæque, ubi translationum arbitra & architecta non erat, niſi levitas animi, ambitio, opum cupiditas. At erant tamen canonicæ translationes, ubi cordi erat ſola Eccleſiæ utilitas, & gloria; perſuaſiſſimis videlicet Epiſcopis omnibus, Eccleſias omnes non eſſe, niſi Eccleſiam unam, Columbam unam, Virginem unam Chriſti ſpon-

ſarum album relatæ fuerint, proindeque Patriarchis, Plenariiſque Conciliis reſervatæ (*b*).

§. II. Quod ſi a canonum auctoritate ad exemplorum vim provocas, en tibi in Diœceſi Illyriciana Perigenem Epiſcopum a Patrenſi ad Corinthiacam Eccleſiam Bonifacii I Patriarchæ Occidentalis auctoritate translatum. (Socrates Lib. VII, cap. 36.) Litteras Bonifacii ad Ruffum Theſſalonicenſem nuper Holſtenius publici Juris fecit, ubi hæc habentur. *Cui ad plenitudinem Confirmationis Epiſcopatus ſui* (ad quem eſt translatus) *hoc ſolum reſidet, QUOD NONDUM NOSTROS IN HONORE SUO SUSCEPIT AFFLATUS*. Quid Silvanus? quem non Epheſinus Metropolita, ſed Atticus Patriarcha Conſtantinopolitanus ab Eccleſia Philippopolitana ad Troadis Epiſcopatum tranſtulit. (Socrates Lib. VII, cap. 36.) Quid in Hiſpanenſi Diœceſi Aſcanius Archiepiſcopus Tarraconenſis ejuſque Provinciæ Epiſcopi? Nonne ſupplicem libellum obtulerunt Romano Patriarchæ Hilaro, ut ratam habere vellet translationem Irenæi Epiſcopi ad Barcinonenſem Eccleſiam? Id liquet ex Epiſtola Synodica ad S. Hilarum data anno 464. *Nos cogitantes defuncti judicium, & probantes ejus vitam, & eorum nobilitatem atque multitudinem, qui petebant, ſimul & utilitatem Eccleſiæ memoratæ, optimum duximus, ut tan-*

ſponſam, atque ita promiſcue habentibus omnes Epiſcopatus, nec a ſua ſe ſponſa deſciſcere interpretantibus, quamdiu uni copulabantur, ſuni ſerviebant Eccleſiæ Catholicæ, cui ſe æterna charitate devoviſſent. Singuli enim Epiſcopi ſuo quodam proprio modo ſunt univerſalis Eccleſiæ ſponſi, Patres, filii, ſervi. Ita quo demum cumque loco illi adhæreſcant, & inſerviant, pro ejus, non pro ſua vel voluntate vel utilitate, ejuſdem ſemper Eccleſiæ ſponſi ſunt, quæ etſi toto orbe diffuſa, indiviſa tamen eſt; etſi charitate plures habeat ſponſos, plures Epiſcopos, incorrupta tamen eſt.

Ad rem Pelagius II. *Non mutat ſedem, qui non mutat mentem, ideſt, qui non cauſa avaritiæ, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel ſuæ delectationis migrat de civitate in civitatem, ſed cauſſa neceſſitatis, vel utilitatis mutatur.* Adhæc Synodus Carthag. IV, Can. XXVII. *Epiſcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non tranſeat, nec quiſquam inferioris ordinis Clericus. Sane ſi id utilitas Eccleſiæ faciendum popoſcerit, decreto pro eo Clericorum, & Laicorum Epiſcopis porrecto in præſentia Synodi transferatur . . . . Inferioris vero gradus Sacerdotes, vel alii Clerici conceſſione ſuorum Epiſcoporum poſſunt ad alias Eccleſias tranſmigrare.*

(b) Thomaſſin. l. c. §. 14. Jus autem Apoſtolicarum Sedium ad transferendos Epiſcopos, vel juris ejus potius exercitium, & explicatio, convaleſcebat in dies, necdum omnino uſu invaluerat. Non quod æquiſſimum non eſſet, diſpenſationes Canonum Conciliorum Generalium Apoſtolicæ Sedi integras ſervari, cui concredita eſt Canonum cuſtodia, & executio. Sed intercluſa fuerat perſecutionum tempeſtatibus ea Eccleſiarum inter ſe conjunctio, & conſuetudo, communioque negotiorum; cumque trecentis annis rara fuiſſet, aut in totum ſuſpenſa ea Conciliorum reciprocatio, non potuit ea firmari uno aut altero poſt ſæculo. Pace reddita Eccleſiis pene neceſſarium evaſit, quod deſperatum ante fuerat. Conciliis Provincialibus non ea invicta vis inerat, quæ Præſulum ambitionem frænaret, eoſque ab temerariis cohiberet translationibus. Nunc audacia peccarunt Epiſcopi, cum inutiles Eccleſiæ translationes molirentur. Nunc metus, & hæſitatio obfuit, cum urgente Eccleſiæ neceſſitate audendum eſſet. Cum tot capitum conſenſione ad electiones, & translationes opus eſſet, non facile poterat omnibus convenire, ecquando juſta eſſet ad translationem neceſſitas. His aliiſque cauſis paulatim Eccleſiæ, & Synodi ipſæ Provinciales illiciebantur, ut ad primam Eccleſiæ univerſæ ſedem confugerent, cui gnaræ eſſent

D iii

tanto Sacerdoti, qui ad divina migraverat non minoris meriti ſubſtitueretur Antiſtes, præſertim cum Eccleſia illius municipii, in qua ante fuerit ordinatus, ſemper hujus Civitatis Eccleſiæ fuiſſe Diœceſis conſtet. Ergo ſuppliciter precamur Apoſtolatum veſtrum, ut humilitatis noſtræ Decretum, qaod juſte a nobis videtur factum, veſtra auctoritate firmetis. Vid. Acta Concil. Roman. an. 465, & Hil. Pap. Ep. 23. Atque hæc aureis Eccleſiæ Sæculis IV, & V; quadringentos ante Iſidorum annos. Mitto innumera alia exempla, quæ Epiſcoporum transferendorum poteſtatem in unis Patriarchis hæſiſſe teſtantur. Quamobrem quas Epiſcoporum translationes Metropolitani Antiſtites, confirmarunt, eas non generalis mandati, aut ſibi ingenitæ poteſtatis vi, ſed ſpeciali, extraordinarioque jure ab Patriarchis adaucti perpetua firmitate roborarunt. Injuria igitur queruntur noſtrorum temporum Metropolitæ, ſi quæ Patriarchæ aliquando ſpeciatim, nominatim, precarioque illis indulſerunt, ea nunc mutata temporum ratione ad ſe ſe (*c*) revocarunt (*d*).

QU. XXXIX.

---

non potuiſſe a Chriſto concedi Principatum poteſtatis, quin adderetur & conſentanea ſapientiæ & juſtitiæ plenitudo. Exemplis Irenæi, & Procli utcumque jam hæc confirmantur: at frequentioribus ſubinde exemplis ætas poſterior prodet, quantum præſidii fuerit in unius maxime Apoſtolicæ Sedis Petri inconcuſſa conſtantia, ad confirmandos fratres ſuos, & ad refringendam ambitionis quamdam velut procellam, qua plerumque Conciliorum Provincialium decreta, velut objecta repagula disjiciebantur.

Thomaſſ. l. c. cap. 61, §. 22. Sedes denique Apoſtolicas perſæpe dixi; quod jam inde vertente ſæculo quarto, cœperint cauſæ majores, quæ pleræque prius in Conciliis Provincialibus, & a Metropolitanis dirimebantur, reſervari Conciliis Diœceſanis, vel Patriarchalibus; & Exarchis, vel Patriarchis, qui his præſidebant; nec niſi poſtquam in ſolius Romani Patriarchatus fines tota coarctata fere eſt Catholica Eccleſia, ſola cœpit Sedes adiri Petri, ad harum omnium majorum cauſarum judicia.

(c) Thomaſſin. loc. cit. cap. 61, §. 19. Obſerva iterum hac cauſarum devolutione factum eſſe, ut rivuli veluti quidam in ſuum fontem revolverentur, & particularium Eccleſiarum jura ac privilegia ad matrices rurſum confluerent Eccleſias, ex quibus primo manaverant.

Obſerva denique ſi qui horum rivulorum in ipſo ſui fonte demerſi ita ſint, ut jam non appareant, hoc eſt, ſi jura quæpiam Metropolitica ab Apoſtolicis olim Sedibus profecta, & Metropolitanis, Conciliiſque Provincialibus communicata; in eas rurſum abſorpta ſunt: de eo nec vel tantillum doluiſſe Epiſcopos, quibus Chriſti, & Eccleſiæ ſola charitas chara eſt. Ubi enim amatur poteſtas propria, quia propria eſt, ea vituperabilis cupiditas eſt. Ubi amatur quia fructuoſa Eccleſiæ, & promovendæ ſaluti mortalium conſentanea, ea charitas eſt, qualis Clericos, qualis Epiſcopos potiſſimum decet. Amanda ergo poteſtas eſt, non ubi penes nos eſt, ſed ubi plurimum ſaluti publicæ prodeſt. Si utilitas ergo, vel neceſſitas Eccleſiæ ad Sedes Apoſtolicas revocaverit jura quædam, & privilegia Sedium Metropolitanarum, vel Provincialium Conciliorum; tam huic diſciplinæ poſteriori quam ſuperiori gratulatur vera, & pura charitas, ut quæ non propriæ vel gloriæ, vel oſtentationi poteſtatis ſtudeat, ſed publicæ utilitati, gloriæ Chriſti.

(d) Translatio Epiſcopi de una in aliam Eccleſiam ſola nunc auctoritate Papæ fieri poteſt. Epiſcopus propria auctoritate ſe transferens de ſua Eccleſia ad aliam, carere debet utraque. Et hoc procedit ſive Epiſcopus fuerit jam conſecratus, ſive ſolummodo electus, & confirmatus. Metropolitanus, ſi Epiſco-

piſcopum ſine mandato Papæ trasferret, a confirmatione Epiſcoporum eſſet ſuſpenſus. Cauſæ juſtæ transferendi Epiſcopum generatim ſunt duæ, ſcilicet neceſſitas, & utilitas Eccleſiæ. Hinc translatio facta in favorem ſolius translati, & maxime propter ejus ambitionem, aut avaritiam, improbatur expreſſe a Sacris Canonibus. Epiſcopus enim tranſiens ad aliam Eccleſiam ſine juſta cauſa dicitur adulterium committere.

Translatio Epiſcopi regulatiter fit a minore ad majorem Eccleſiam. Dictum fuit notanter *regulariter*, quia ob cauſſas peculiares poteſt interdum fieri translatio Epiſcopi ab una ad aliam Eccleſiam Epiſcopalem, quamvis hæc non ſit major altera, imo ab Eccleſia Archiepiſcopali ad Epiſcopalem, & aliquando ob gravem cauſſam ad ſubveniendum neceſſariæ ſuſtentationi, etiam ab Eccleſia Epiſcopali fit translatio ad Parochialem, ubi Archiepiſcopus qui abſque mortis periculo in ſua Eccleſia morari non poterat, ex conceſſione Papæ ita deſcendiſſe legitur. Archiepiſcopo enim, qui ex juſta cauſſa ceſſit Archiepiſcopatui, licite de Epiſcopatu vacante provideri poteſt, & ſic fuiſſe judicatum per Clementem IV, quando Nelfrancus Archiepiſcopus Salisburgenſis ceſſit, & Dux Boloniæ ad eamdem Eccleſiam promotus extitit, & prædicto Archiepiſcopo de Epiſcopatu Joſionenſis Eccleſiæ etiam eidem Salisburgenſi ſubjectæ proviſum fuit. Secus autem ſi ceſſio facta fuerit in fraudem ad obtinendum Epiſcopatum Archiepiſcopatu, ſeu priori Epiſcopatu locupletiorem, quod eſt evitandum.

Epiſcopus electus, & confirmatus, ſed nondum conſecratus non poteſt transferri invitus ad alium Epiſcopatum. Et ratio eſt, quia nemo ab initio cogitur Epiſcopari, ſeu nemo poteſt invitus in Epiſcopum conſecrari. Unde eſt ſatis, quod Epiſcopus confirmatus, & nondum conſecratus, dum transferri recuſat, omnino cedat Dignitati, allegando ſe nolle numquam conſecrari in Epiſcopum. A Concilio enim Tridentino ſtatutum eſt, quod Epiſcopus confirmatus ipſo jure ſit privatus ſua Eccleſia, ſi intra ſex menſes munus conſecrationis recipere neglexerit, quod ſatis indicat eſſe in ſua libertate velle conſecrari, vel non. Et idem docet S. Thomas ubi dicit, ad Epiſcopatum, ubi in Corpus Chriſti myſticum accipitur poteſtas, requiri actum ſuſcipientis curam paſtoralem.

Epiſcopus conſecratus ex rationabili, & juſta cauſa poteſt a Papa transferri invitus de una in aliam Eccleſiam. C. *Scias frater* 35, *cauſ.* 7, *qu.* 1. Et ratio eſt, quia ab initio nemo poſſit cogi invitus Epiſcopari, ſeu conſecrari in Epiſcopum, tamen ex quo ſemel conſenſit in hac Eccleſia univerſali Epiſcopari, non poteſt amplius reſiſtere Papæ ipſum transferenti ex rationabili, & juſta cauſa de una Eccleſia particulari ad aliam, ſiquidem hic ſolummodo mutatur locus, non autem dignitas Epiſcopalis reſpectu Eccleſiæ univerſalis. Tum quia quantum ad hoc Epiſcopus comparatur Monacho, qui Superiori transferenti non poteſt reſiſtere, cum velle aut nolle non habeat, & imputandum eſt illi, quod a principio conſenſerit ſe ita indiſſolubiliter alligari.

Non pauci tamen magni nominis Doctores tenent, quod Epiſcopus nolens conſentire translationi per Papam factæ, poſſit quidem auctoritate Papali a vinculo prioris Eccleſiæ abſolvi, idque tum in pœnam ſuæ obſtinationis, & inobedientiæ, tum ob cauſam communis utilitatis, vel neceſſitatis; non tamen poſſit omnino invitus, & coactus alteri alligari, ſeu ad aliam transferri. Papa poteſt transferre Epiſcopum invitum, ſaltem ut careat prima Eccleſia; quod ſi translatus nollet conſentire, nullum ſequeretur conjugium ſpirituale inter ipſum, & novam Eccleſiam. Et ratio ſua eſt, quia Epiſcopus translatus contrahit novum ſpirituale conjugium cum Eccleſia ad quam transfertur. Ad validitatem autem ſpiritualis conjugii, ſicut & carnalis, neceſſarius eſt conſenſus contrahentium adeoque talis conſenſus etiam requiritur ex parte Epiſcopi translati, & conſequenter omnino invitus nequit transferri ad aliam Eccleſiam, ut inter ipſum, & Eccleſiam cenſeatur ortum vinculum conjugii ſpiritualis.

Quando Epiſcopus ſciens volenſque transfertur, prior Sedes Epiſcopalis vacat illico a die factæ in Curia, ſeu Conſiſtorio Papæ translationis.

Si transfertur Epiſcopus abſens, & ignorans, non vacat prior Eccleſia ante præſtitum a translato conſenſum, niſi ſecus exprimatur a Papa. Et ratio eſt, quia quando Papa transfert Epiſcopum abſentem, & igno-

ignorantem de una ad aliam Eccleſiam; non aliter ſolet transferre (niſi exprimat) quam ſub conditione, quod is conſentiat, vel expreſſe, vel ſaltem tacite, acquieſcendo videlicet translationi de ſe factæ. In ipſa enim Beneficiorum Eccleſiaſticorum collatione ſubintelligitur conditio illa. Epiſcopus translatus poteſt ſecum deferre fructus jam perceptos. Redditus enim, ſeu fructus Beneficiorum dantur Clericis ipſiſque Epiſcopis ob miniſterium, quod Eccleſiis exhibent in earum regimine, & cura, aliiſque divinis obſequiis; adeoque juſtum eſt, quod Epiſcopus translatus poſſit ſecum deferre fructus jam perceptos, & exactos. Epiſcopus translatus poteſt etiam ſecum aſportare bona ſua immobilia acquiſita in priori Eccleſia, ſeu ex ejus fructibus comparata, dummodo hæc nondum ſint Eccleſiæ dedicata. Si enim Epiſcopus translatus poteſt ſecum aſportare fructus jam perceptos, poterit etiam ſecum deferre bona ſua immobilia ex talibus fructibus comparata, quia res, quæ ſuccedit in locum alterius, eodem jure cenſetur cum illa, *capit. Eccleſia 3, Ut lite pendente*, junctis pluribus concordantiis, tum Canonicis tum Civilibus, a Gloſſa allegatis.

QU. XXXIX.

Epiſcopatuum Abdicationes (a) quem locum obtinent inter jura Metropolitica? Ordinarium ne an extraordinarium?

§. I. QUemadmodum bellico jure vetitum eſt, ne quis miles de præſidio, & ſtatione decedat injuſſu Imperatoris, a quo fuit collocatus, ita etiam Eccleſiaſticis legibus prohibitum, ne quis Ædituus ſuum locum deſerat, niſi juſſu illius, a quo fuit conſtitutus. Quid opus eſt pluribus, ut fidenter dicamus, neminem poſſe ſe abdicare Epiſcopatu, niſi ejus auctoritate, a quo Epiſcopatu initiatus fuit, proindeque Epiſcopatuum ejurationes illius eſſe juris, cujus inaugurationes, nimirum Metro-

(a) Cauſæ, ob quas Epiſcopus poteſt renuntiare Epiſcopatui, & Papa ſolet admittere renunciationem, ſunt ſex. Prima eſt *conſcientia criminis*, non quidem cujuslibet, ſed illius dumtaxat, quod poſt actam pœnitentiam impedit executionem officii. Secunda eſt *imbecillitas corporis*, per quam quis impotens redditur ad exequendum Officium Paſtorale. Tertia eſt *defectus ſcientiæ etiam competentis*. Quarta eſt *malitia plebis*. Quinta eſt *grave ſcandalum*, quod aliter ſedari non poteſt. Sexta eſt *irregularitas perſonæ*.

Renunciatio Epiſcopatus poteſt fieri dupliciter, ſcilicet renunciando loco tantum, & renunciando loco, & dignitati ſimul. Renunciatio Epiſcopatus, renunciando loco tantum fit, quando Epiſcopus ob aeris intemperiem, vel ob perſecutionem & odium malæ plebis, Epiſcopatum in manus Papæ renunciat dimittendo Diœceſim dumtaxat, titulum tamen Epiſcopalem, & auctoritatem retinendo.

Renunciatio autem Epiſcopatus; renunciando loco, & dignitati ſimul, fit, quando Epiſcopus ob zelum v. g. ingrediendæ Religionis, vel ut præveniat promeritam depoſitionem, renunciat in manus Papæ jus omne Epiſcopalis adminiſtrationis, atque Ordinis, ſeu Characteris, & nomen ipſum. Epiſcopus ſimpliciter renuncians Epiſcopatui cenſetur in dubio renunciaſſe loco tantum, non autem loco, & Dignitati ſimul, niſi propter criminis conſcientiam, ſeu ex metu Depoſitionis ita renunciaverit.

Renunciatio non ſubtrahit Epiſcopo Ordinem, ſed ſolum executionem Ordinis. Nequit enim Epiſcopus renunciare Characteri Epiſcopali, neque ab Eccleſia poteſt ipſi auferri, unde tamquam indelebilis remanet in Epiſcopo etiam excommunicato, hæretico, depoſito, & degradato. Unde Epiſcopus, qui renunciavit Ordini, ſeu dignitati, poteſt de licentia Papæ executionem reaſſumere ſine nova conſecratione. Epiſcopus, qui renunciavit Epiſcopatui, quoad locum tantum, poteſt conferre Ordines etiam majores, dummodo tamen ſit rogatus ab aliquo Epiſcopo; aliter ab eo ordinati eſſent ſuſpenſi, non quia ſunt ordinati ab Epiſcopo poſt ſuam renunciationem, ſed quia ſunt ordinati ab Epiſcopo alieno ſine proprii Epiſcopi licentia. Epiſcopus, qui renunciavit Epiſcopatui quoad locum, & dignitatem ſimul, nequit licite Ordi-

tropolitici extraordinarii. (Vid. ſupr. quæſt. XXXVII.) Enimvero S. Amandus Trajectenſis, qui, ut Epiſcopalem ſarcinam non ſatis humeris ſuis aptam poneret, ad S. Martinum I ſupplex venit; (extat Martini epiſtola poſt epiſt. 80 Hormiſdæ) Corbinianus Friſingenſis, qui Romam contendit, ut ſibi fas eſſet Epiſcopatum exuere; Willcarius Viennenſis, qui ad Apoſtolicam Sedem confugit, ut ſibi liceret Eccleſiæ ſuæ valedicere; (Addo Viennenſ. in Chron. ad an. 726.) atque neſcio quis Epiſcopus Ariminenſis, qui ut ſuæ Eccleſiæ vinculis emitteretur, non Ravennatis Archiepiſcopi, ſed Romani Patriarchæ poteſtatem imploravit; (Vid. S. Greg. Ep. 50, 51, 52, Lib. VII.) Theodorus Sicæotes Epiſcopus Anaſtaſiopolitanus Sæculo VII, qui non ante Epiſcopale onus deponere voluit, quam non ſolum ſuum Metropolitanum, ſed etiam Patriarcham exoraverat, aliaque plura hujuſmodi exempla ab omni Iſidorianæ labis ſuſpicione immunia ſatis ſuperque declarant, Epiſcopatuum abdicationes in jure Metropolitarum ordinario minime reſidere.

§. II. Sed explicanda eſt harum Ejurationum vis; erroremque, qui Proteſtantium animos occupavit, falſaſque genuit opiniones, illis, ſi fieri poteſt, eripiamus. Proteſtantes in ea hæreſi verſantur, ut putent Eccleſiaſticæ dignitatis abdicationem cum ipſius Ordinis abdicatione implicatam eſſe, atque conjunctam, eoſque, qui ab omni dignitate Eccleſiaſtica excidunt, in Laicorum ordinem prorſus, penituſque recidere. Hujuſce hæreſeos ſtirpis eſt illa, qua ajunt diſcrimen inter Clericos, & Laicos, non divina vi, ſed humano conſilio invectum fuiſſe, nec longius noſtros Diaconos, Presbyteros, Epiſcopos a populo diſtare, quam proceres a vulgo, ſapientes, ac doctos viros ab indocta, & rudi plebecula. In hæc monſtra ad vindicandam Eccleſiæ dignitatem arma diſtrinxerunt Tridentini Patres, eaque ſacris deteſtationibus execrati ſunt Seſſ. XXIII, Cap. IV. *Quoniam in Sacramento Ordinis, ſicut & in Baptiſmo, & Confirmatione Character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri poteſt: merito S. Synodus damnat eorum ſententiam, qui aſſerunt, novi Teſtamenti Sacerdotes temporariam tantummodo poteſtatem habere, & ſimul*

Ordines ſacros conferre, valide tamen, ſi ordinaret, conferret. Et ratio eſt, quia Epiſcopus, licet potuerit renunciare Epiſcopatui quoad locum, & Dignitatem ſimul, Characterem autem Ordinis Epiſcopalis indelebilem, ſicque poteſtatem valide conferendi Ordines a ſe abdicare non potuit, cum character animæ a Deo infixus per miniſterium hominis deleri, aut auferri non poſſit. Ordinati tamen ab ipſo remanent ſuſpenſi ab exercitio, & uſu ordinum receptorum, donec cum iiſdem fuerit legitime diſpenſatum.

Cum Ordinatis a tali Epiſcopo ignoranter ad Sacros Ordines diſpenſat Epiſcopus ſuus, cum Ordinatis vero ſcienter ad Sacros ordines, Epiſcopus ſuus non diſpenſat. Epiſcopus, qui renunciavit Epiſcopatui, quoad locum, & dignitatem ſimul, poteſt conferre Ordines Minores; nedum valide, ſed etiam licite, ſi de conſenſu proprii Ordinandorum Epiſcopi id faciat. Si contra, Ordinati remanent ſuſpenſi ab executione ſuſceptorum Ordinum, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, non quia ſunt Ordinati ab Epiſcopo poſt talem ſuam renunciationem, ſed quia ſunt ordinati ab Epiſcopo alieno; Unde indigent diſpenſari a proprio Epiſcopo.

mul rite Ordinatos iterum Laicos effici poſſe, ſi Verbi Dei miniſterium non exerceant. Et Can. 3. *Si quis dixerit, Ordinem, ſive Sacram Ordinationem non eſſe vere ac proprie Sacramentum a Chriſto Domino inſtitutum, vel eſſe figmentum quoddam humanum excogitatum a viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis, aut eſſe tantum ritum quemdam eligendi Miniſtros Verbi Dei, & Sacramentorum, anathema ſit*. Et Can. 4. *Si quis dixerit, per ſacram Ordinationem non dari Spiritum Sanctum, aut per eam non imprimi characterem, vel eum qui Sacerdos ſemel fuit, Laicum rurſus fieri poſſe; anathema ſit*.

§. III. Quamquam in ea diſputatione, in qua divinam Hierarchiam, divinumque Sacerdotium Chriſti Eccleſiæ aſſeruimus hujuſce Hydræ caput amputavimus, (Vid. ſupra L. I, Qu. III.) operæ tamen pretium facturi erimus ſi hæc etiam excreſcentia capita abſcindamus, inciſaſque cervices inuramus. Ajunt igitur, (Boehm. J. E. P. Lib. I, tit. 9, §. 5.) diſtinctionem inter ejurationem Ordinis, & muneris Sacri abdicationem veteribus prorſus incognitam, ſequioribus ortam eſſe temporibus, eamque ex commento Chriſtianorum Sacerdotio enatam fuiſſe. Sed Eccleſiaſtica Hierarchia, Divinique Chriſtianorum Sacerdotii opinio Tertulliani temporibus (an. 192.) altas jam radices egerat, ut ipſemet fatetur Boehmerus, (Diſſ. VII ad Plinium, §. 4, & ſeq.), atque ut nos oſtendimus, (Lib. I, qu. III, §. 2, 3.) Sæculo ſecundo, atque etiam primo uſque jam invaluerat. Non ergo ſequioribus, ſed Apoſtolicis temporibus Sacerdotalis Characteris Eccleſiæ Præſidibus divinitus inſculpti viguit opinio. Nullum igitur in Eccleſia tempus fuit, quo Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi &c. uti munus Eccleſiaſticum, ita etiam ordinem ſacrum exuere potuerint.

§. IV. Epiſcopi, inquis, Presbyteri, Diaconi &c. qui ad Laicam communionem detrudebantur, nomine & a munere Eccleſiaſtico, & ab Ordine Sacro excidebant? (Boehm. J. E. P. l. c. §. 6.) Quid enim aliud erat Laica Communio, *quam eſſe in Eccleſiâ, & de Eccleſia tamquam Laicum, ita ut qui Eccleſiaſticus Laicæ Communioni deputabatur ex Clerico fieret Laicus*, ut ait Albaſpinæus Lib. I de vet. Eccl. rit. Obſ. IV, n. 5. Si igitur Laici fiebant, ſi Laicalem perſonam ſibi induebant, ſacro Ordine ſeſe ſpoliabant. At aliud eſt omni Sacerdotii munere, jure, atque honore privari, aliud Sacerdotio ipſo ſpoliari. Quid? noſtris etiam temporibus Clerici, qui omnimoda ſuſpenſione conſtricti ſunt, aut ab omni ſuo gradu, locoque dejecti, licet omni Clericali jure, perinde ac Laici, nudati ſint, ac poſitam Laicorum perſonam quodammodo reſumere videantur, non ideo tamen Clericalem etiam ordinem, ac Caracterem amiſiſſe cenſentur. Doceat enimvero Boehmerus, iis, qui in Laicorum communionem compingebantur, Connubia, Laicaliaque munia omnia fuiſſe permiſſa, ritumqne illum, quo ſacris erant initiati, fuiſſe unquam repetitum, (*b*), cum in

(b) Nicæn. Can. VIII. Si qui voluerint venire ad Eccleſiam Catholicam, & Apoſtolicam ex Novatianis placuit Sancto Concilio ut ordinentur, & ſic maneant in Cle-

in ſuam priſtinam dignitatem reſtituebantur, aut ordinatos ab his, qui ſe Epiſcopatu abdicabant, nova ordinatione eguiſſe, ſi velit, noſmet in ejus concedere ſententiam.

§. V. Rigaltium nobis opponis, qui in notis ad epiſtolam Cyprianicam 55, hæc habet: *Sæviente adverſus Chriſtianos perſecutione, ſi quem forte in ordine conſtitutum Eccleſiaſtico, puta Epiſcopum, Presbyterum, Diaconum exilii metu, aut violentia tormentorum de fide Chriſto data dejecerat, is ad fidem reverſus, poſtquam impetrata, peractaque Pœnitentia ſatis fecerat Eccleſiæ, recipiebat quidem Eccleſiaſticam communionem, hoc eſt ſocietatem, ac converſationem cum cæteris fidelibus, ita ut fieret particeps Corporis Chriſti, ſed non recipiebat locum, quem in ordine prius tenuerat. Itaque de Epiſcopo, Presbytero, Diacono fiebat id, quod erat, priuſquam fuiſſet ordinatus.* Quod verbo aſſerit Rigaltius, nos verbo negamus. At Rigaltius, inquis, unus eſt ex Romanæ fidei athletis, veſtriſque vos armis confodimus, *cum illud verum ſit teſtimonium, quod ab inimica voce profertur*, ut ait Hieronymus ep. 64 ad Pammachium adverſus errores Joan. Hieroſolymitani c. 1. Sed quam ſtrenuus, quam navus Catholicæ Religionis defenſor fuerit Regaltius intelligere potes ex tuo Henrico Dodwello in Præfat. Tract. de Jure Laicorum Sacerdotali. Rigault (inquit ille) quoique d' allieurs habile Critique, eſt peu exact dans les choſes qu' il traite; & quoique de la Communion Romaine, *il donne quelquefois dans le ſentimens favorables aux Calviniſtes*. Lorſq' il trovoit quelque coſe dans les Auteurs, qu' il publioit, qui paroiſſoit contraire aux contumes non ſeulement de ſon Egliſe, mais encore de l' Egliſe Univerſelle, il le remarquoit avec beaucoup de ſoin, peut-etre pour rendre ſes remarques plus agreables au Lecteur par la nouvoaté. (Bibl. Univ. & Hiſt. an. 1687, Tom. 4, pag. 97.) Cæterum ſi inimicus gladius ad hoſtes oppugnandos plurimum valet, habemus Schilterum Lutheranum hominem, quem contra ſtatuamus, quique par pari referat. Is igitur in Inſt. Jur. Can. Lib. I, tit. 14, §. 7, docet: *Ordinationem conferre jus, & facultatem in Eccleſia docendi, & adminiſtrandi ſacramenta, & inducere obligationem ad obeundum miniſterium per omnem vitam, ſchema Sacerdotale cingulum cæleſtis militiæ, characterem.* Quinimmo præſto nobis eſt ipſe Lutherus, qui ad 1 Corinth. XIV, Clericalis ordinis patrocinium ſuſcipere videtur, ubi verſ. 16, ita vertit:

---

10. Ante omnia autem hanc ab eis confeſſionem per Scripturam exigi oportet, ut fateantur, ſe communi conſenſu Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ ſtatuta obſervaturos.

Corr. Rom. Ut ordinentur Græce eſt: ὥςε χειροθετηθέντας αὐτοὺς μένειν ὅτως ἐν τῷ κλήρῳ *quod Dionyſius vertit*: ut impoſitionem manus accipientes ſic in Clero permaneant. *At Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus in actione prima ſeptimæ Synodi, poſt recitationem iſtius canonis, iſtam vocem χειροθετηθέντας, interpretatur benedictionem, non ordinationem.*

De his canonis verbis quæſtio mota fuit in Synodo VII, act. 1, utrum *reordinationem* involverent? ceu docet Chriſtianus Lupus P. III op. p. 238, obſervatque, verba hæc potius ita latine reddenda eſſe: *Manus impoſitionem acceptam habentes*, ut ſic de *ordinatis* ſimpliciter cautum fuerit, eos manere debere in Clero, *reordinationem* vero non imperatam.

tit: *Etenim ſi animo laudis dicas, Laici quo pacto dicant Amen ad tuam gratiarum actionem?* Nam LAICI ne intelligi quidem poſſunt, niſi ſint etiam CLERICI a quibus ſecernantur. Quod ſi igitur in Eccleſia Clericalis ordo a Chriſto Domino fuit inſtitutus, ſi Eccleſiæ Præſidibus verum Sacerdotium ab ipſis Dei digitis inſculptum eſt, nil tam clarum, tam apertum, tam manifeſtum, quam Clericos, licet Clericali munere poſſint ſe ſe abdicare, Clericalem tamen ordinem non poſſe ejurare.

§. VI. Quamobrem deſinant tandem aliquando Proteſtantes noſtros Sacerdotes, noſtroſque Clericos conviciis proſcindere, maledictis inceſſere, illiuſque meminerint quod S. Ignatius vir Apoſtolicus Sæculo primo ad Smyrnenſes ſcripſit. *Honora Deum, ut omnium auctorem, & Dominum, Epiſcopum autem, ut Principem Sacerdotum, imaginem Dei referentem, Dei quidem propter Principatum, Chriſti vero propter Sacerdotium.* (c)

QU.

(c) Euſeb. lib. 3 Hiſt. Eccl. c. 36, ita de Ignatio ſcribit: *Quin etiam cum iter in Aſiam faceret, licet attentiſſima cura a ſatellitibus, qui illum ductabant, obſervaretur; Eccleſias tamen cujuſque Civitatis, ad quam forte proficiſceretur, familiaribus colloquiis, piiſque hortatibus firmavit: ac primum, ut hæreſes, quæ jam tum primo naſci, & emergere cœperunt, maxime præcaverent, ſedulo admonuit. Deinde hortatus eſt ut Apoſtolorum traditioni mordicus adhæreſcerent. Quam quidem aſſeveranter teſtificatus, quo tutius poſteritati reſervaretur neceſſario ſcriptis mandandam exiſtimavit. Qui ut Smyrnam venit, ubi erat Polycarpus; unam Epiſtolam ad Eccleſiam Epheſinam ſcribit, in qua Oneſimi, qui ibidem Paſtor fuit, mentionem facit; aliam autem Eccleſiæ, quæ erat Magneſiæ miſit, in qua rurſus Damam Epiſcopum in memoriam redigit; Eccleſiæ autem Trallianæ aliam, in qua Polybium, qui tum ibi præfuit, inſerit; Eccleſiæ porro Romanæ dedit litteras, in quibus illos impenſe hortatus eſt, ne martyrium illius deprecando, ipſum optatis ullo modo privarent. Jam vero Smyrna longius aliquanto profectus, ex Troade ſcribens, non ſolum cum his, qui erant Philadelphiæ; ſed etiam cum Eccleſia Smyrnenſi, & ſeparatim cum Polycarpo, qui illi Eccleſiæ præfuit, familiariter per litteras collocutus eſt.* Sed hæc hæc omnia ex epiſtolis, quas habemus, & earum inſcriptionibus, certiſſime conſtant. Ergo Euſebius Ignatii ſeptem epistolas de quibus agimus, ut genuinas, agnovit, eaſdemque habemus, quæ ab Euſebio probatæ ſunt.

Reſpondet Dallæus, Euſebium deceptum fuiſſe. Sed Dallæo quis credat? Scilicet Euſebius tantæ vir lectionis, doctrinæ, experientiæ, non fuiſſet ſubodoratus fædam impoſturam, ſi Sancto Ignatio hæ Epiſtolæ recens ſuppoſitæ fuiſſent. Vid. Nat. Alex. Hiſt. Eccl. Tom. IV, p. 522.

QU. XL.

Ordinaria ne, an extraordinaria poteſtate fulſerunt Metropolitæ; cum Epiſcopis Adjutores dedere, qui certam ſpem haberent in eorum locum ſuccedendi?

§. I. COadjutoriæ cum certa Succeſſionis ſpe ſuis maculis, tuberculis, ac vitiis minime carent. (*a*) Primo enim præbent occaſionem vovendi mortem alterius, deinde latam hæreditariæ Succeſſioni feneſtram patefaciunt, tandem Nicæno Canoni VIII inſidias ſtruere videntur. Nam Nicæno Concilio cautum fuit, *ne in una Urbe duo ſint Epiſcopi*: ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν Hunc Canonem cum reſcivit Auguſtinus Valerio Hipponenſi Epiſcopo ſocius, ac ſucceſſor datus expalluit, veritus ſuam Ordinationem huic Canoni infenſam fuiſſe, nec a Concilio Nu-

(a) Sarpi Mat. Benet. §. 45, Tom. II, pag. 84. Ne'tempi primi della Chieſa era un ſanto, e lodevol uſo; che chi era ordinato ad una Chieſa, mai in ſua vita non laſciava il carico, per aver Benefizio di maggior rendita, o di maggior onore: pareva a ciaſcuno aſſai fare l'uffizio ſuo al meglio: per neceſſità alle volte il Superiore, che non avea perſona atta a qualche gran catico, ne pigliava una occupata in altro minore, e per ubbidienza la trasferiva al maggiore : coſa che poi fu per maggior comodo, ovvero utile, ricercata da alcuni; onde la traslazione inuſitata ſi fece uſitatiſſima: e tanta era la ſollecitudine di ciaſcuno di creſcere in grado, che ſpeſſe volte, laſciato il poſſeduto, e impetratone un altro, riuſcendo l' impetrazione vizioſa, reſtava privato d' ambidue: il che eſſendo inconveniente, l'uſo ottenne, che, ſe l' impetrazione del ſecondo luogo non poteva aver effetto, il Benefiziato ritornaſſe ſenz' altro al primo; e queſto ſi chiamava regreſſo. A ſimilitudine di ciò fu inventato di concedere al Riſegnante una facoltà, che qualunque vo ta il Riſegnatario moriſſe, o rinunciaſſe il titolo, egli poteſſe ſenz'altro ritornar al Benefizio riſegnato, e con propria autorità prender di nuovo la poſſeſſione, e farlo ſuo, come ſe mai l' aveſſe rinunciato: e quando anche non aveſſe ricevuta la poſſesſione prima della rinunzia, (nel qual caſo il regreſſo non può aver luogo) poteſſe per acceſſo, e ingreſſo prender la poſſeſſione ſimilmente di propria autorità, ſenza altro miniſtero di Giudice; e ciò ſi chiamò regreſſo. Però il ricevere, e l' ammettere le rinuncie con queſte condizioni, e con eſſe dar il titolo al Riſegnatatio non è ſtato permeſſo mai dal Pontefice Romano ad altri, ma lo ha riſervato ſolamente a ſe ſteſſo. Queſto modo era dannato da tutti gli Scrittori, maſſime dall' Univerſità di Francia, e proibito dal Parlamento, nè ſi poteva coprire con alcun bel preteſto dell'antichità: perlochè vi erano alcuni, che ſi facevano coſcienza, e ſi vergognavano d' uſarlo; per ſoddisfazione de' quali ne fu trovato un altro d'origine antico, ma ſecondo il ſolito, accomodato alle coſe preſenti. Queſto fu la Coadjutoria.

Numidienſi, ac Carthaginenſi ſatis habuiſſe firmitatis; & licet hujuſce laxandi, molliendive Canonis juſtæ cauſæ non defuiſſent, tamen hæ non omnem ſcrupulum, dubitationemque ex animo evellere, atque eximere potuerunt homini Sapientiſſimo, ac Sanctiſſimo, (*b*) qui non ignorabat, quod Generalia Concilia adſtrinxerant, Provinciales Synodos non poſſe relaxare. Nam quamvis Eccleſiæ bonum, & utilitas ſuadere videretur, ut ſibi ſenio confecto, & laboribus fracto Eradius Conſacerdos daretur, & Succeſſor, tamen Africanos Patres conſilio labantes firmavit auctor, ut non amplius Epiſcopis eos præberent adjutores, qui Coepiſcopi ſimul eſſent, & Succeſſores, utque impoſterum hac poteſtate ſeſe minores gererent, Eradium autem non Coepiſcopum, non Succeſſorem, ſed Vicarium tantum eſſe juberent. Vides hinc quæ hac de re fuerit D. Auguſtini ſententia, & quam longe abfuerit ab eorum mente, qui Epiſcopalium Coadjutorum cum certa ſucceſſionis ſpe dandorum poteſtatem omnem in unis Metropolitis ſitam volunt.

§. II. Valeat, inquies, Auguſtinus cum ſuo ſcrupulo. Adſunt nobis alii & ſanctitate, & doctrina eximii viri, qui ab hoc ſcrupulo & ſe ſe, & noſmet liberabunt. Adeſt S. Alexander Narciſſo Hieroſolymitano & Coepiſcopus, & Succeſſor datus (*c*). Adeſt

(b) Poſſidius in vita Auguſt. c. 8. Unde amplius formidans idem venerabilis ſenex, & ſciens ſe corpore, & ætate infirmiſſimum, egit ſecretis litteris apud Primatem Epiſcopum Sedis Carthaginenſis, allegans imbecillitatem corporis ſuis, ætatiſque gravitatem, & obſecrans, ut Hipponenſi Eccleſiæ ordinaretur Epiſcopus, qui ſuæ Cathedræ non tam ſuccederet, ſed Conſacerdos accederet Auguſtinus. Quæ igitur B. Valerius optavit, & rogavit, reſcripto impetravit.

Poſſid. *ibid.* Poſt quam petitionem, ad viſitandum adveniente ad Eccleſiam Hipponenſem tunc Primate Numidiæ Megalio Calamenſi Epiſcopo, Valerius Antiſtes, Epiſcopis, qui forte tunc aderant, & Clericis omnibus Hipponenſibus, & univerſæ Plebi inopinatam cunctis ſuam inſinuat hunc voluntatem; omnibuſque audientibus, & gratulantibus, atque id fieri perficique ingenti deſiderio clamantibus, Epiſcopatum ſuſcipere, contra morem Eccleſiæ, ſuo vivente Epiſcopo, Presbyter Auguſtinus recuſabat.

Dumque id fieri ſolere ab omnibus ſuaderetur, atque id ignaro tranſmarinis, & Africanis Eccleſiæ exemplis probaretur, compulſus, atque coactus ſuccubuit, & Epiſcopatus curam, & majoris loci ordinationem ſuſcepit. Quod in ſeipſo poſtea fieri non debuiſſe, ut vivo ſuo Epiſcopo ordinaretur, & dixit, & ſcripſit, propter Concilii univerſalis vetitum, quod ordinatus didicit. Nec quod ſibi factum eſſe noluit, aliis fieri voluit. Unde etiam ſategit, ut Conciliis conſtitueretur Epiſcoporum, ab ordinatoribus ordinandis, vel ordinatis, omnium ſtatuta Sacerdotum in notitiam eſſe deferenda.

(c) Euſeb. Lib. V, c. XI. Verum cum propter extremam ſenectutem miniſterium ſuum obire amplius non poſſet, ſupra dictum Alexandrum alterius Eccleſiæ Epiſcopum *divina diſpenſatione per revelationem* quamdam quæ illi apparuerat in ſomnis ad participandum cum Narciſſo Sacerdotis officium evocavit.

Narratur id etiam a Nicephoro H. E. L. V, C. X, & a Papebrochio Hiſt. Chron. Ep. Hieroſol. n. 6, Tom. III, menſe Majo.

Lamb. Syn. Diœc. p. 22. Si fides habenda eſt erudito Ruinart in Acta Martyrum, & peculiariter in acti S. Alexandri, ex hoc celebri facto Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione ſuam repetunt originem: Cujus quidem facti nullum exemplum in Eccleſia tunc temporis præceſſerat: ad quod proinde Epiſcoporum Coadjutorum, qui jam nunc frequentiores ſunt, origo refertur

eſt Siderius Orioni Palebiſcenſi Epiſcopo & comes additus, & Succeſſor deſignatus (*d*). Adeſt Anatolius, qui Theoctenì Cæſarienſis adhuc viventis Epiſcopatum ingreſſus fuit in eo manſurus perpetuo. (*e*) Adeſt denique Maximus, qui Macarii Hieroſolymitani Epiſcopi & vivi vices implevit, & mortui locum tenuit (*f*). Audio; atque hæc ab Euſebio, Nicephoro, Syneſio, Sozomeno narrari intelligo. Sed nec Euſebius, nec Nicephorus, nec Syneſius, neque Sozomenus negant, hæc Patriarchalibus, Apoſtolicisque Sedibus conſultis contigiſſe. Non negant, ais, ſed neque affirmant. Sed neque Metropolinanos, Provincialeſque Epiſcopos conſultos fuiſſe aſſeverant. Quid igitur? Suapte ne auctoritate ſanctiſſimos illos viros rem tantam aggreſſos eſſe? Interea Hieronymus palam nobis facit, Alexandrum ab omnibus Palæſtinis Epiſcopis in Narciſſi jam grandævi Sede fuiſſe collocatum: *Cunctis in Palæſtina Epiſcopis in unum congregatis adnitente quoque ipſo vel maxime Narciſſo, Hieroſolymitanæ Eccleſiæ cum eo gubernaculum ſuſcepit*. Hieronym. de Script. Eccl. in Alex. Certum eſt, tunc temporum Palæſtinam non ſolum plures Epiſcopos, ſed plures etiam habuiſſe Metropolitas. (Vid. ſupra L. II, p. 105, 106.) Peto igitur abs te. Hos in Palæſtina Epiſcopos, atque Metropolitanos quis convocavit? quis in unum congregavit? quis præfuit? Quis niſi Patriarcha? Non igitur Metropolitani aut Provincialis Synodi voluntate, ſed Patriarchalis Concilii ſententia Alexander in Narciſſi decrepiti locum ſublectus fuit. Venio ad Siderium. Audi, quid de eo narret Syneſius ipſe in eadem epiſt. 67 ad Theophilum Alexandrinum: *Unum illum, & ſolum Palebiſcæ (in Pentapolitana Provincia) Epiſcopum creatum, ſed neque legitimum ipſum, contra vero jura omnia, quantum de Senioribus accepi, cum neque ſit Alexandriæ conſtitutus, neque a tribus hic, quamvis ILLINC ORDINANDI FACTA ESSET POTESTAS*. Satis ſit hæc duo tantum excuſſiſſe exempla, ex duobus hiſce diſces cætera. Neque enim neceſſe eſt rem hanc pluribus demonſtrare, cum ſatis, ſuperque a nobis oſtenſum fuerit, neminem Epiſcopatu initiari potuiſſe Sede Apoſtolica, ac Patriarchali inconſulta. (Vid. ſupr. L. II, Qu. XXIII, §. 4, & seq.) Quod ſi inſcio, ignaroque Patriarcha ne unus quidem uni, quanto minus duo eidem Eccleſiæ alligari Epiſcopi potuerunt? Quotieſcumque igitur vel a Metropolitanis, vel a Conciliis Provincialibus id factum fuiſſe deprehendimus, id non eorum poteſtati ordinariæ, ſed precariæ, mutuæque ab Patriarchis ſumptæ tribuendum eſt.

§. III.

(d) Syneſ. Ep. 67. Qui (Orion) quum diutius vitam produceret, non feciſſe illos, ut juſti hominis exitum præſtolarentur; ſed beatæ memoriæ Siderium elegiſſe.

(e) Euſeb. Lib. VII, cap. 32. Huic (Anatolico) Theoctenus Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus primus manus impoſuit, eumque Epiſcopum ordinavit: Succeſſorem illum Eccleſiæ ſuæ deſpondens. Ambo certe aliquantiſper eamdem Eccleſiam ſimul gubernarunt.

(f) Sozomenus Lib. II, cap. XX. Commodius viſum eſt, ut Dioſpolitanis quidem alius eligeretur Epiſcopus. Maximus vero maneret Hieroſolymis, ut una cum Macario Epiſcopali munere fungeretur.

§. III. Nemo igitur miretur, ſi noſtris hiſce temporibus Epiſcopatuum Coadjutoriæ (g) ab Apoſtolicâ Sede petendæ ſint, præcipue cum illud acceſ-

(g) Sacræ igitur antiquitati probatæ quoque noſcuntur Coadjutoriæ cum futura Succeſſione, quoties ea ſit Præſulis conditio, ut adminiſtrationi, & gubernio Eccleſiæ utiliter amplius præeſſe non valeat; quoties deſignatus Coadjutor, & meritis polleat, & rerum agendarum Scientia; quoties denique in Coadjutore cooptando, ne aliena jura lædantur, eorum exquiratur, obtineaturque conſenſus, quorum Suffragiis Epiſcopi electio eſſet perficienda. Hæc plane methodus illa eſt, quæ conſtanti uſu recepta noſtris hiſce temporibus ſervatur. Neque enim Prælati Coadjutorem ſibi expoſcentis preces recipiuntur, niſi claris, ac undique certis probationibus doceat, ſe concreditæ ſibi Eccleſiæ utiliter adminiſtrandæ imparem evaſiſſe; niſi ad eundem planæ perſpicuitatis gradum demonſtret, poſtulatum Coadjutorem doctrina, pietate, prudentia, cæteriſque doribus inſtructum eſſe, quæ ipſum Prælatura dignum, ejuſque muneribus ſuſtinendis idoneum conſtituant; niſi demum, ubi agatur de Eccleſiaſtica dignitate, quæ, prævia electione, vel nominatione, conferri ſoleat, eorum proferat conſenſum, qui eligendi, vel nominandi jure potiuntur. Utque inſuper illud declinetur incommodum, quod S. Auguſtinus contigiſſe conqueritur, dum ipſe a Valerio in Hipponenſis Eccleſiæ Coadjutorem aſſumptus fuit. Quicumque Epiſcopi Coadjutor conſtituitur, conſecratur quidem & ipſe Epiſcopus, ut dum Coadjutus legitimo detinetur impedimento, Ordinis munia obire poſſit, at titulum non conſequitur illiuſmet Eccleſiæ, cujus adminiſtrationi ac regimini adlaborat, ne duo ſimul ſedeant in una Epiſcopali Sede Epiſcopi, ſintque duo unius Eccleſiæ Sponſi, ſed titulo ſolumodo donatur alicujus Eccleſiæ in partibus Infidelium ſita; a cujus vinculo tunc demum ſolvitur cum, vita functo Epiſcopo, cui adhæſerat Coadjutor, adminiſtrandam aſſumit jure ſuo Eccleſiam, cui antea adjutricem operam uti Coadjutor præſtiterat. Hæc Bened. XIV de Syn. Diœc. Lib. XIII, Cap. X, §. 24.

Coadjutoria eſt facultas ex cauſa auctoritate Juris, vel Judicis cuipiam conceſſa adjuvandi Prælatum, vel alium Beneficiatum in Eccleſiæ, vel Beneficii regimine. Hæc eſt duplex. Una temporalis, & revocabilis ſeu data ſine Jure ſuccedendi Prælato, ſeu Rectori, ſive alii Beneficiato in Eccleſia, quam regit. Alia eſt perpetua, & irrevocabilis, ſeu cum Jure ſuccedendi in Eccleſia, ſeu Beneficio. Et hæc ex ſtylo eſt adinventa cum ſit Sacris Canonibus inimica, & odioſa, & expreſſe prohibita a Concilio Tridentino. Unde concedi non poteſt niſi per Papam. Hinc fit ut talis Coadjutoria concedi non poſſit neque a Cardinali Legato, ſeu Nuncio. Coadjutoria autem temporalis poteſt concedi a proprio Prælato. Parochis enim, & aliis Beneficiatis Epiſcopo inferioribus Coadjutorem dare pertinet ad Epiſcopum, quia ſicut Epiſcopus poteſt eos inſtituere, & deſtituere in Beneficiis, ita poteſt etiam, & a fortiori quidem Coadjutorem eis dare. Notanter vero dictum fuit in Eccleſiis, & Beneficiis Epiſcopatu inferioribus: quia Coadjutorum datio etiam temporalis Epiſcopis, & Superioribus Prælatis eſt de cauſis majoribus, & pertinet ad ſolum Papam, non obſtante conſuetudine contraria.

Coadjutor eſt ille, qui datur ex cauſa Juris, vel Judicis auctoritate ad Coadjuvandum Officium Præſidentis, ſeu Miniſtri Eccleſiæ. Dicitur enim Coadjutor a Coadjuvando, ſicuti Tutor a tuendo, quaſi Tuitor, & Defenſor. Coadjutor propter aliquas cauſas dari poteſt, & ſolet. Primo datur Clericis ſimpliciter, & ſine futura ſucceſſione ob morbum incurabilem, & perpetuum. Secus eſt dicendum ſi morbus eſt curabilis, & temporalis. Tunc enim ipſemet Clericus ægrotus poterit ſibi Vicarium temporalem conſtituere pro tempore morbi durantis. Secundo propter lepram, cum ratione lepræ non poſſit leproſus Clericus ſua Officia obire ſine ſcandalo, & horrore populi. Tertio propter amiſſum linguæ uſum. Quarto propter amentiam. Quinto propter ſenectutem atque ingraveſcentem ætatem Beneficiati, qua ipſe reddatur perpetuo inutilis ad executionem Officiorum ſuorum. Sexto propter imperitiam, & illiteraturam Rectorum Eccleſiarum Parochialium. Co-

ceſſerit, ut qui nunc morbo, vel ætate præpedito Epiſcopo adjutricem Epiſcopalem operam præbent, certamque ſuccedendi ſpem alunt, titulum interea ſuſtineant alterius Eccleſiæ in infidelium partibus ſitæ, quem titu-

---

Coadjutor ſecundum Concilii Tridentini mentem ſequentes debet habere qualitates. Conſtitutus in ætate legitima, & a ſacris Canonibus requiſita. Si datur in ſpiritualibus, neceſſariam habere debet ſcientiam, & prudentiam. Datus Epiſcopo univerſaliter propter ſpiritualia, debet eſſe Epiſcopus conſecratus. Sin autem datur tantummodo in temporalibus, debet eſſe fidelis, probus, & circumſpectus Adminiſtrator; & quoad talem adminiſtrationem ætas 25 annorum cenſetur eſſe perfecta. Hinc Coadjutor fere coincidit cum Adminiſtratore, qui tum in temporalibus, cum in ſpiritualibus a Sede Apoſtolica concedi ſolet. Et Coadjutor fere coincidit cum Suffraganeo. Sicut enim dicitur Coadjutor a coadjuvando, ita dicitur Suffraganeus a ſuffragando. Et ideo, cum poſt mortem Epiſcopi nemo ſit, cui coadjuvent, aut ſuffragentur Coadjutores, & Suffraganei, Coadjutoria, & Suffraganeatus ſine ſucceſſione, & temporales expirant per obitum Epiſcopi. Ita etiam ceſſat Epiſcopo promoto ex diſpenſatione Apoſtolica ætatem debitam attingente, aut redeunte Epiſcopo abſente, illico enim ceſſat Officium Adminiſtratoris interim conſtituti. At non ſic de Coadjutoria perpetua. Hæc enim non exſpirat per obitum Coadjuti: quia potius tranſit in Jus plenum, & de Jure ad rem tranſit in Jus in re reſpectu Eccleſiæ vel Beneficii. Etenim per Apoſtolicam conceſſionem Coadjutoriæ perpetuæ acquiritur Coadjutori Jus ad rem, quod eveniente morte Coadjuti efficitur Jus plenum, ſeu in re: Præfata enim clauſula operatur, ut unum tempus videatur alteri ineſſe, futurum ſcilicet præſenti; ſicque actus poſtea factus cenſeatur jam a principio factus: nec Beneficium poteſt alteri conferri. Verumtamen hic animadvertas velim, quod ſi Coadjutor datus eſt Epiſcopo dementi vel alias omnino inhabili, tunc poteſt ſolus adminiſtrare, Coadjuto etiam vivente, & contradicente, omnia quæ ſunt Juriſdictionis ſpiritualis, & temporalis. Rationalem enim conſenſum Coadjutus nequit præbere. Sin vero Coadjutor datus eſt Epiſcopo impedito, vel alias non prorſus inhabili, ſed propter gravem infirmitatem, aut decrepitatem Paſtoralia munia per ſeipſum exercere non valenti; tunc Coadjutor non poteſt ſolus exequi, & expedire, ea quibus Coadjutus rationabiliter contradicit. Coadjutor vivere debet, & recipere congruam portionem de proventibus Eccleſiæ, ſeu Beneficii, cujus Prælato, vel Beneficiario datus eſt. Et in hoc conveniunt omnes Doctores, quando redditus Eccleſiæ, ſeu Beneficii ſunt abundantes, ſeu ſaltem ſufficiunt pro congrua ſuſtentatione, tam Coadjutoris, quam Coadjuti, v. g. ægrotantis. Cum autem *operarius dignus ſit cibo ſuo*, (Matth. 10.) hinc Coadjutor prius ex proventibus Eccleſiæ eſt providendus (quando redditus Eccleſiæ pro utroque non ſufficiunt) quam Coadjutus. Coadjuto autem infirmo provideat poſtea ſuperior. Ita nonnulli Doctores. Contrariam autem ſententiam cum aliis nos tuemur. Et revera Coadjutus infirmus adhuc remanet Prælatus, & Rector Eccleſiæ, ſaltem quoad Jus, licet non quoad exercitium; adeoque illi prius ſubveniendum eſt tamquam proprio Rectori, & Prælato, maxime quia is adhuc ut infirmus reſidere debet. Et cum Coadjutus habeat titulum, & poſſeſſionem cum ſervitio reſidentiæ, præferendus eſt Coadjutori, qui nec titulum habet, nec poſſeſſionem, ſed nudum exercitium; alioquin ſi Ægroto ſubtraherentur ſtipendia, hoc exemplo deterriti non invenirentur, qui vellent Eccleſiæ militare. Coadjuto itaque prius providendum eſt tamquam Eccleſiæ Prælato, ſeu Rectori, & poſtea Coadjutori; & ſi redditus Eccleſiæ non ſufficiunt, tunc Coadjutori providebit ſuperior. Si vero nullo modo id ſuperior præſtare ſufficiat, tunc auctoritate ejuſdem ſuperioris erit cogendus populus ad neceſſaria Coadjutori præbenda. Ita definiit Sacroſancta Synodus Tridentina Seſſ. 21, c. 4, de ref.

De iis quæ concernunt Coadjutorem perpetuum datum Archiepiſcopo vel Epiſcopo habetur ſpecialis declaratio Sacræ Congregationis Rituum, quæ die 31 Januarii 1561 ad dubia propoſita nomine Cardinalium Pao-

titulum, dignitatiſque ornamentum, neminem niſi ab Apoſtolica Sede obtinere poſſe, nemo non videt.

§. IV. Unum eſt, quod hoc in loco animadvertas velim, Eccleſias omnes etiam Apoſtolicas, & Patriarchales (b)

---

letti, & Veronen. ſic reſpondendum cenſuit. Ad primum dubium cenſuit Coadjutori cum futura ſucceſſione non licere ingredi Civitatem Pontificaliter, cum non habeat adhuc jus in re, & mori poſſit antequam eo fruatur.

Ad ſecundum reſpondit ipſum non debere uti Cruce, cum Crux ſit ornamentum, & ſignum dignitatis, & juriſdictionis Epiſcopalis, & utraque ipſe careat.

Ad tertium cenſuit Coadjutorem uti poſſe Cappa in Pontificalibus abſente Archiepiſcopo cum ea ſit tantum ornamentum Dignitatis Epiſcopalis, præſente autem Archiepiſcopo uti debet Mantelletto, & Rochetto; neque licere unquam Coadjutori uti Mozzetta, & Rochetto etiam abſente Archiepiſcopo, cum hoc proprium ſit ejus, penes quem eſt Dignitas, & Juriſdictio.

Ad quartum reſpondit negative, cum una Sedes non capiat duos.

Ad quintum cenſuit Canonicos eſſe compellendos ut Coadjutori Epiſcopo ſolemniter celebranti, & Pontificalia exercenti ſemper aſſiſtant.

Quoad circulos reſpondit, Canonicos non debere ad illos accedere, cum Coadjutor non ſit Caput, & circuli denotent unionem membrorum cum Capite.

Quoad vero Confeſſionem faciendam cum celebrante ſolemniter, reſpondit, decere ut Coadjutor Epiſcopi Confeſſionem faciat cum Sacerdote Canonico celebrante, ut idem quoque benedicat in fine Miſſæ, ne populus præſens Divinis Benedictione Epiſcopali defraudetur.

Ad ſextum cenſuit, licere Coadjutori de licentia Archiepiſcopi benedicere populo dum per Civitatem incedit.

Ad ſeptimum reſpondit, maxime decere, ut Canonici prodeant obviam Coadjutori Epiſcopo ad Eccleſiam Pontificaliter accedenti ad oſtium Eccleſiæ, eumque diſcedentem ad idem oſtium deducant, immo eſſet valide commendandum ſi nonnulli Canonici officii, & urbanitatis gratia ad ipſius Coadjutoris ædes accederent.

Ad octavum reſpondit Coadjutorem non habere facultatem largiendi indulgentias, & Archiepiſcopi nomine eſſe publicandas, ſi quas ipſe Archiepiſcopus concedere voluerit.

Coadjutor Epiſcopi celebrans non ſedet niſi in Faldiſtorio, neque habet Canonicos paratos, neque Diaconos aſſiſtentes, neque demum ſeptimum Candelabrum. Nec utitur Baculo niſi in ordinationibus. Ipſe tamen Coadjutor Epiſcopi celebrans præter Diaconum, & Subdiaconum debet habere aſſiſtentem Canonicum pro libro. Coadjutor Epiſcopi non tenetur viſitare limina Apoſtolorum, ſed Coadjutus. Coadjutor Epiſcopi, etiam non adhibitus ad ullam functionem, tenetur reſidere, neque diſcedere debet abſque licentia Coadjuti, vel Sacræ Congregationis; & tenetur, quoties fuerit requiſitus, Pontificalia, & alias functiones obire, quamvis Coadjutus propria impedimenta non probet. Non poteſt dictus Coadjutor præſente Coadjuto benedictionem Pontificalem impertiri; non eſt tamen cogendus in hoc caſu Miſſas aut Veſperas celebrare; ſed hoc peragi debet a ſimplici Canonico, vel Dignitate; tenetur tamen intereſſe Concioni in Cathedrali, etiam abſente Coadjuto, in loco decenti, & ſeparato, ſed non ſub Baldachino. Coadjutor debet, quoties fuerit requiſitus, Coadjutum in Viſitatione comitari expenſis tamen ipſius Coadjuti pro eo, & familia, & abſque ulla exactione procurationis ratione ejuſdem Coadjutoris. Viſitans autem ex commiſſione Coadjuti non poteſt recuſare aſſiſtentiam Vicarii Generalis cum facultatibus, quas ei dare Coadjuto placuerit. Cum Epiſcopus, habens Coadjutorem, eſt impeditus, non poteſt alteri, quam Coadjutori functiones delegare. Epiſcopus Coadjutus debet dare ſuo Coadjutori commoditatem habitationis in Palatio Epiſcopali, & omnia neceſſaria pro exercitio Pontificalium, & pro aliis Epiſcopalibus functionibus. Coadjutor ſeparatum Tribunal ſtatuere, aut habere non poteſt, ſed in conſueto Tribunali Jus reddendum eſt. Epiſcopus reſidere tenetur, licet habeat Coadjutorem.

(*h*) duos aliquando uno eodemque tempore habuiſſe Epiſcopos, idque fas, & jura ſiviſſe; at Eccleſiam Romanam nullo unquam tempore, in nullo rerum eventu, anfractu, periculo, nec uti laborum ſocios, nec uti effetæ ſenectutis adjutores, neque uti ſucceſſores futuros duos una Epiſcopos pati potuiſſe. Fabulæ, commenta, figmentaque ſunt, Petrum, & Paulum una Epiſcopatum Romæ geſſiſſe (*i*), ſibique Linum, & Cletum ſublegiſſe. (Vid. ſupra Lib. I, qu. XLII, §. 11, 14.) Miracula ſunt hæc non differentium Theologorum, ſed ſomniantium. Cum Conſtantius Imperator ad ſchiſma averruncandum Liberium, & Felicem Pontificii imperii conſortes eſſe juſſiſſet, Univerſum Populum Romanum improviſo quoddam,

rem. Coadjutor Epiſcopus in Synodo Provinciali debet ſedere inter Epiſcopos Provinciales loco ſuæ promotionis, cum propriis radiis fulgeat. Sic decrevit Sac. Congreg. rit. 20 Sept. 1596, pro Coadjutoribus Epiſcoporum Veron., & Trident. occaſione Syn. Prov. Aquilejenſis.

(h) Thomaſſ. T. II, Cap. 55, n. 9, p. 472. Qui vel primoribus labris delibarunt Annales Eccleſiæ, iis exploratum eſt Antiochenam Eccleſiam duobus Catholicis Epiſcopis perdiu paruiſſe, Meletio, cui ſucceſſit Flavianus, & Paulino, cui Evagrius. Illis ſuffragabatur Oriens, his Occidens: greges erant diverſi, diverſæ & ſuæ ſingulis Eccleſiæ, una fides. Sæpiuſcule tentata utriuſque Eccleſiæ in unum adgregatio, majore pietate quam fructu. Invitavit Paulinum aliquando pii, & mitis ingenii vir Meletius, ut greges adunarent, conjunctim, & in commune regerent, Evangelico Codice, ceu lege Pacis, & unitatis æterna, in Epiſcopali ſolio collocato, ipſis hinc, & hinc ſedentibus; denique ne Succeſſor præmorituro daretur, ut finis ſciſſioni imponeretur. *Greges, o Amice, concordiæ ſingulis conjungamus, & contentionem de Primatu dirimamus. Quod ſi ſedes contentionem gignit, ego hanc contentionem a nobis repellere conabor. Nam ponamus quæſo in ea librum Evangelii, & utrimque nos ſedeamus.*

Et Cap. 56, n. 8, pag. 475. Nec paulo mirabilior fuit eorumdem Africæ Epiſcoporum charitas, in famoſa illa cum Donatiſtis Collatione, cum ſuis ſe Epiſcopatibus ceſſuros receperunt, ſi pars Donati vinceret: ſi vinceret autem Eccleſia Catholica, Collegas ſe illos, & unius Sedis conſortes, ac conſeſſores habituros: ſi plebs alienior forte ab eo duplicis habendi Paſtoris conſilio, tum utrinque ceſſuros, & eligendo recens Epiſcopo locum daturos. *Poterit quippe unuſquiſque noſtrum honoris ſibi ſocio copulato, viciſſim ſedere eminentius, ſicut peregrino Epiſcopo juxta conſidente Collega: hoc enim alternis Baſilicis utriuſque conceditur, uterque ab alterutro honore mutuo prævenitur. Quia ubi præceptum charitatis dilataverit corda, poſſeſſio pacis non fit anguſtia. Aut forte Chriſtiani Populi ſingulis delectantur Epiſcopis, & duorum conſortium inuſitata rerum facie tolerare non poſſunt: utrique de medio recedamus &c.* Dilatabat Epiſcopalis charitas Epiſcopalem thronum, ut duos caperet, quantumvis id Nicæna Synodus prohibuiſſet, propterea quod qui dictavit Nicænos Canones ſpiritus Charitatis, non iis ita adſtrinxit, & circumſcripſit ſe, ut jam liberum ſibi non ſit, cum in rem fuerit, ſanctiora, & fortiora inſpirare charitatis conſilia.

(i) Petr. de Mar. in Diſ. de Sing. Prim. Petri, §. 1. Contingit plerumque curioſis antiquitatis inveſtigatoribus, ut novarum obſervationum publicandarum libidine correpti, ad inficetas, & abſurdas opiniones amplectendas deſcendant: quas ſi a novitatis cupidine vacuo, & libero animo expenderent, ipſi eas reſpuerent primi, & ſuæ auctoritatis pondere compreſſas perpetuo ſilentio damnarent. Ejus generis eſt ſententia recentioris cujuſdam, qui non infimum inter eruditorum ſubſellia locum occupat. Exciderat illi in commentatione quadam, ut Petri, & Pauli Apoſtolorum, tamquam duorum Romanæ Eccleſiæ capitum, ſocietatem in unum caput coaleſcentem adnotaret. Non tulit impune hallucinationem illam, quæ ſtatim ab eruditis

dam, ac divino ſpiritu inſtinctum exclamaſſe ferunt: UNUS DEUS, UNUS CHRISTUS, UNUS EPISCOPUS (*k*). O præclara vox, ac Populo Romano vere digna, quæ declaravit Sedem Pontificiam, non uti Patriarchales, Epiſcopaleſque, multiplicem eſſe poſſe, Eccleſiam Univerſalem, non, uti particulares, diviſionis eſſe capacem, primam, ſummamque dignitatem nonniſi in uno poſſe conſiſtere. Hoc mihi tanti eſt ad Eccleſiæ unitatem comprobandam, ad Romanam Sedem unitatis centrum ſtabiliendam, ad Summum Pontificem Chriſtianarum omnium gentium Caput confirmandum, ut nihil firmius, nihil robuſtius, nihil validius afferri poſſe videatur.

QU. XLI.

---

tiſſimo viro Iſaacio Haberto, tunc Pariſienſis Eccleſiæ Theologo, deinde Vabrenſi Epiſcopo, libello ea de re publicato, caſtigata eſt. Illi contumeliæ, ut ipſe interpretabatur, amovendæ novam, & ſpecialem lucubrationem Scriptor Anonymus inſumpſit: qua Petri, & Pauli in Romano Pontificatu Conſortium, binoſque illos Apoſtolos duo ejus Eccleſiæ capita ex æquo aſſerere conatus eſt. Verſutis cavillationibus, & detortis Patrum teſtimoniis, incautis lectoribus imponere tentantem robuſta diſputatione nuper infregit R. Pater Diana: cujus multiplici, ac variæ lectioni, limatoque judicio quantum debeat Eccleſia Chriſtiana, nec ipſos latet, qui litteras non noverunt; quorum pavidas mentes conſulti de rebus graviſſimis Theologiæ moralis magiſtri, interpoſito Dianæ nomine, ſæpiſſime recrearunt.

(k) Theodoretus Lib. II, Cap. XIV. εἷς θέος, εἷς χριστός, εἷς ἐπίσχοπος.

QU. XLI.

Perpetuæ Eccleſiarum Fiduciæ a Metropolitanis ne petendæ?

§. I. Si priſca Eccleſiæ tempora, ac faſtos evolvere velimus, Eccleſias ſuo Paſtore viduatas in Metropolitanorum clientelam, ac fidem, ſe ſe commendaſſe, ab iiſque ſuos *interventores*, *interceſſoreſque*, ſeu Fiduciarios tutores expectaſſe, fateamur neceſſe eſt. (Vide ſupra Quæſt. XXXIV, §. 2, n. a.) Sed illud quoque fateri cogimur, leges Eccleſiaſticas horum INTERVENTORUM munus annuum eſſe voluiſſe. *Conſtitutum eſt, ut nulli Interceſſori licitum ſit, Cathedram, cui interceſſor datus eſt, quibuslibet populorum ſtudiis, vel ſeditionibus retinere: ſed dare operam, ut intra annum eiſdem Epiſcopum provideat; quod ſi neglexerit, anno completo interventor alius tribuatur*. (Concil. Carthag. V, can. VIII, Tom. II, pag. 1216.) Hinc facile colligi poſſe videtur, annuas Eccleſiarum fiducias in ordinaria Metropolitanorum poteſtate pependiſſe, perpetuas vero majorem ſibi poteſtatem depopoſciſſe, aut eam certe, quæ Metropolitanis extra ordinem facta fuiſſet.

§. II. Rem claram, atque dilucidam, clariorem, ac dilucidiorem efficiamus exemplis. Paulinus Tauri in Sicilia Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ barbarorum armis vaſtatæ finibus extorris Cœnobium in Meſſinenſi urbe ſitum non a Metropolita Syracuſano, ſed a Gregorio Papa fiduciarium accepit. Agnellus Ariminenſis Epiſcopus alio Præſidente non ab Ravennatenſi Archiepiſcopo, ſed ab ipſo Gregorio Antiſtite Romano adauctus fuit. (S. Gregor. Lib. VI, ep. 10.) Joannes Talaida ab ſua Eccleſia profugus non a Capuano Metropolitano, ſed a Felice Papa Nolani Epiſcopatus perpetuam COMMENDATIONEM ſibi oravit, atque exoravit. (Lib. III Breviar. c. 18.) Hæc aliaque hujuſmodi, quæ ſilentio prætereo exempla, (a) ſuadere videntur, in Metropolitis, ni ſolito major acceſſiſſet poteſtas, non ſatis fuiſſe juris Eccleſiarum perpetuo commendandarum.

§. III. At quantam, bone Deus, invidiæ molem, offenſionem, obtrectationemque ſubire coactæ non ſunt perpetuæ hæ Eccleſiarum fiduciæ? Opere pretium eſt audire Franciſcum Duarenum, quas nobis inſuſſuret cantilenas, quoque ſepiæ, loliginiſque ſucco perennes Epiſcoporum, Monaſteriorumque Commendationes aſpergat. „ Priſcis temporibus, (ait ille „ De S. E. M. Lib. Lib. V, c. 7.) „ cum

(a) Vid. Jur. Orient. Tom. I, pag. 5, 139, 141, 203, & 259.
Vid. Balſamonem in Can. 37 Trullanum, in Canon. 19 Synod. VII.
Vid. Cedren. pag. 627, & 628.

„ cum Eccleſiæ vacanti Paſtor ido-
„ neus ſtatim præfici non poterat,
„ interim ut ea evitarentur mala, at-
„ que incommoda, quæ plurimum
„ ἀναρχία parit, ſolebat Eccleſia va-
„ cans probo alicui viro commenda-
„ ri, atque committi, qui tamquam
„ tutor quiſpiam, aut procurator bo-
„ na fide actus ſui rationem redde-
„ ret. Hic enim Paſtor Eccleſiæ non
„ erat, & ad tempus ſolum conſti-
„ tuebatur. Itaque poterat & alterius
„ Eccleſiæ miniſtro hæc curatio, ad-
„ miniſtratioque mandari. Non enim
„ contra Canones Pontificios duabus
„ Eccleſiis præfici videbatur, aut ab
„ una ad aliam transferri; cum unius
„ Eccleſiæ Paſtor perpetuus, alterius
„ vero Cuſtos eſſet temporarius. Sed
„ nec illa inquiſitio uſquequaque ad-
„ hibebatur, quam in promotione Pa-
„ ſtorum, Miniſtrorumve neceſſariam
„ eſse diximus. Proinde ei qui Mo-
„ nachus non erat, ſive Regularis,
„ ut vulgo loquuntur, Monaſterium
„ poterat commendari donec aliquis
„ ex ſodalibus hæteriarca electus,
„ creatuſque eſset. Verum res longe
„ utiliſſima, & ad conſulendum Ec-
„ cleſiis vacantibus inventa, & exco-
„ gitata tandem in ipſarum perni-
„ ciem, peſtemque mirabiliter con-
„ verſa eſt. Nam quibus per canones
„ non licet præferri Eccleſiis, aut
„ Monaſteriis, moribus comparatum
„ eſt, ut eiſdem Eccleſiæ, vel Mona-
„ ſteria in perpetuum, & quamdiu
„ vivunt, commendentur. Atque ita
„ concipitur formula hujus commen-
„ dationis in Diplomatibus Pontifi-
„ ciis, ut libera non ſolum diſpenſa-
„ tio rerum, ſed etiam conſumptio,
„ atque diſſipatio ipſis permiſsa in-
„ telligatur. Et ſane mirum eſt, ho-
„ mines ingenioſos, qui fucum hunc
„ commenti ſunt, tantæ corruptelæ
„ non alium colorem quæſiviſse, ne
„ tam aperte deſpici canones, & pa-
„ lam ludibrio haberi viderentur.
„ Quaſi vero conſilium eorum non
„ cuivis notum perſpectumque ſit,
„ qui hac arte corruptelam maximam
„ tueri, & adumbrare conantur, qui
„ verbis decoris obvolvunt vitium",
„ & ut Ariſtophanes ait, ὀνόματι πε-
„ ριπεττάουσι τὴν μοχθηρίαν. Itaque etſi
„ vetus nomen adhuc remanſerit, &
„ Commendatio dicatur hoc Benefi-
„ cii acquirendi genus, quod latine,
„ & proprie fiduciam appellari poſse
„ crediderim, tamen res ſic immuta-
„ ta, ac deleta eſt, ut priſcæ illius
„ fiduciæ, de qua jam diximus, vix
„ imago quædam umbrave ſuperſit.
„ Unde vulgo dicitur, titulum hunc
„ fiduciarium hodie a legitimo titu-
„ lo nihil differre, & fiduciarium ad-
„ miniſtratorem perinde ac juſtum
„ verumque gubernatorem Eccleſiæ
„ fructus ſibi acquirere, quamquam
„ ſi ad veritatis amuſſim, & veterum
„ inſtitutorum normam hæc exigere
„ velimus, neuter rebus Eccleſiæ ali-
„ ter quam ut commendatis uti de-
„ bet. Nec adverſatur huic ſenten-
„ tiæ, quod commendare apud Juris
„ auctores nihil aliud eſt quam de-
„ ponere; ac idcirco cuſtos, & pro-
„ curator tantum videtur dici debe-
„ re, qui hac ratione promovetur,
„ quoniam, ut diximus, plenior illa
„ conceptio Diplomatis Pontificii, &
„ mores ubique recepti faciunt, ut
„ non ſimplex cuſtos depoſitarius, pro-
„ curatorve, ſed Dominus quandoque
„ habeatur. Nam & Procuratores in
„ rem ſuam appellantur a Jureconſul-
„ tis, qui nihil minus quam Procu-
„ ratores ſunt, & ſuum, non alie-
„ num negotium gerunt. Et certum
„ eſt hujuſmodi procuratoribus fidu-
„ ciarios iſtos diſpenſatores, aut, ut

„ ve-

„ verius dicam, fucatos diſſipatores, „ de quibus loquimur, perquam ſimiles eſse, cum ipſis non Eccleſiæ „ gratia, ſed ſua potius (ut recte „ quidam ajunt) adminiſtratio con„ cedatur. Atque hinc fit, ut fiduciæ hujuſmodi perpetuæ nunquam „ revocentur, quamvis depoſitum, „ mandatumque ſimplex vocari poſ„ ſit. “ Hæc Darenus in eo Libello, quem *de Sacris Eccleſiæ Miniſteriis, ac Beneficiis* inſcripſit, quemque in lucem emiſit anno 1550. Duareni ab ore totus pendet Sarpius in Tractatu Mat. Benefic., & in Hiſtor. Concil. Trident. (*b*) Claudius Fleuryus

(b) F. Paul. Sarp. Tom. II, pag. 60. Anche la Commenda ebbe una buona inſtituzione antica; imperciocchè vacando un Beneficio elettivo, un Veſcovato, una Badia, ovvero un Benefizio, che foſſe Juſpatronato, al quale l'Ordinario per qualche riſpetto non poteſſe provvedere immediatamente, la cura di quello era raccomandata dal Superiore a qualche Soggetto degno, fintantochè la provviſione ſi faceſſe; il quale però non aveva facoltà di valerſi dell'entrate, ma ſolo di governarle, e a queſto ſi pigliava perſona eccellente, e perciò d'ordinario era un Benefiziato, al quale la Cura commendata era di peſo, perchè biſognava, che la prendeſſe per ſolo ſervizio della Chieſa. Queſti non ſi poteva dir avere il Benefizio commendatogli, ſe non molto impropriamente, e perciò in realtà non aveva due Benefizj: con tuttociò, per non far difficoltà di parlare, nacque una Maſſima tra Canoniſti, che uno poteva avere due Benefizj, uno in titolo, l'altro in commenda. Non durava la Commenda ſe non ſino alla provviſione nel principio: in progreſſo ſi commendava per qualche tempo, che alle volte era aſſai lungo. Perlochè il Pontefice Romano proibì a' Veſcovi il commendare più che per ſei Meſi, non facendo la regola per ſe: anzi per ſtile di Corte la Commenda contraſſe un poco di uſo non affatto lodevole; e fu che quando la volontà del Pontefice era di dar ad alcuno un Benefizio, nè ſi poteva farlo, o per mancamento d'età, o perchè il Benefizio foſſe Monacale, e la perſona foſſe ſecolare, o per qualche altro riſpetto, gliela commendava ſintantochè acquiſtaſſe le qualità neceſſarie per averne il titolo. Ma finalmente intorno il 1350, poſti da canto tutti i riſpetti, i Pontefici, ritenendo gli altri Veſcovi riſtretti nel termine di 6 Meſi, eſſi paſſarono a dare la Commenda *ad vitam*, la quale, ſe ſi dà ad uno, che abbia un altro Benefizio incompatibile in titolo, ſerva beniſſimo in parole la legge, che non ſi poſſono dare due Benefizj, ſe non uno in titolo, e l'altro in Commenda: ma il ſenſo è defraudato, perchè il Commendatario *ad vitam* quanto alle utilità, è come il titolare: anche col dar in Commenda il Beneficio a uno, che abbia le qualità ricercate da Canoni non ſi contravviene alle parole di eſſi: ma ſe gli dà infatti, e non ſe gli dà in parole: le Commende de' Veſcovati, e degli altri Beneficj ſono quaſi diſuſate in Italia: delle Badie reſtano per le cauſe che, parlando de noſtri tempi ſi diranno. Co' modi ſuddetti tirarono a ſe i Pontefici gran parte della diſpoſizione beneficiale in tutti i Regni Criſtiani Occidentali, perchè nelle Chieſe Orientali non fu loro permeſſo mai diſporre d'un atomo, non ſolo negli ultimi ſecoli di quell'Imperio, quando totalmente i Greci ſi ſepararono: ma nemmeno ne' primi, quando erano uniti in un corpo, eccettuato che in Soria, e in Grecia ne' tempi, e nelle parti che furono ſotto il dominio de' Franceſi, e de' Veneziani: Ma le lettere Pontificie, che diſponevano de' Beneficj ne' modi ſuddetti, ſebben erano per lo più ubbidite, non però ſenza qualche lamento, e mormorio, e col metter bene ſpeſſo in diſputa, ſe il Papa poteſſe fare queſto, o quello.

In Italia non ſi opponeva al Pontefice ſe non qualche uomo pio per riſpetti di coſcienza, e ſervizio divino; eſſendo nel rimanente utile agl'Italiani, che tali erano i Cortigiani Romani, l'autorità ampia del Pontefice, per mezzo del quale ricevevano entrate di là da' monti.

In Iſpagna la prudenza di quella Nazione

ryus Inſtit. Canon. Part. II, Cap. 26, Zegerus Bernardus Van-Eſpenius J. E. U. part. I, tit. 31, Cap. 7, & Part. II, Tit. 20, cap. 2, & Boehme-

ne col negozio deludeva le arti della Corte.

In Inghilterra, come regione, dove i Benefizj ſono molti, e ricchi, i Cortigiani Romani facevano grandi acquiſti, perlochè nel 1232, fu fatta in quel Regno una lega di Cherici, e ſoldati Ingleſi contra i Cherici Romani beneficiati in quell'Iſola, e furono depredate le loro robe, e le entrate loro. Il Papa comandò al Re ſotto pena di ſcomunica, che li caſtigaſſe, e perſeguitaſſe coll'armi temporali; e a Prelati, che li ſcomunicaſſero: ma furono trovati eſſere in tanto numero, che il Re non ardì di toccarli; nè i Prelati ardirono d' adoperare le armi ſpirituali. Stettero quete le coſe pochi anni. Imperciocchè Papa Innocenzio IV, Genoveſe, ripreſo animo mandò un tal Martino ſuo parente, per mezzo del quale rinnovò i mezzi della Corte; onde gl' Ingleſi ricorſero al Re lamentandoſi che gl' Italiani occupavano ogni Benefizio: il Re ſcacciò dal Regno Martino; e facendo far conto di quanto il Papa cavava d'Inghilterra, trovò, che era uguale all' entrata del Re, cioè 60000 marche. Propoſe il Re di ciò querele nel Concilio di Lione, lamentandoſi de' ſuddetti aggravj: al che riſpoſe il Papa, che il Concilio non era congregato per ciò, e non era tempo di attendervi. Nella ſteſſa Città di Lione, al tempo del Concilio, il Papa volle dar alcune Prebende di quelle Chieſe a ſuoi Parenti; di che fu moto grande nella Città, e fu il Papa avvertito, che ſarebbero ſtati gettati nel Rodano; per lo che il Pontefice li fece occultamente partire.

Non reſtò per queſto la Corte dalle ſue impreſe, anzi nel 1253 l'iſteſſo Papa comandò a Roberto Veſcovo Lincolienſe, uomo in quei tempi celebre in dottrina, e bontà, che conferiſſe certo Benefizio ad un Genoveſe contro i Canoni: il che parendo al Veſcovo inconveniente e ingiuſto, riſpoſe al Papa, che onorava i Comandamenti Appoſtolici, conforme alla dottrina Appoſtolica; ma che quel *non obſtantibus* era un diluvio d'incoſtanza, un mancamento di fede, una perturbazione della tranquillità del Criſtianeſimo; che era grave peccato defraudare le pecore del loro paſcolo; che la Sede Appoſtolica avea ogni podeſtà in edificazione, neſſuna in deſtruzione. Ricevuta queſta riſpoſta, il Papa ſi ſdegnò grandemente: ma il Cardinal Egidio, Spagnuolo, uomo prudente, tentò di mitigarlo, moſtrandogli, che il procedere contro un uomo così riputato, per cauſa tanto abborrita dal mondo, non poteva partorir buon effetto. Ma mentre il Papa penſava al modo di riſentirſi, s'ammalò Roberto; e in fine della vita tenne gli ſteſſi ragionamenti. Morì con opinione di ſantità, e fu fama, che faceſſe miracoli. Il Papa, udita la morte fece formar un proceſſo al Re, che il morto foſſe diſſotterrato; ma la notte ſeguente ebbe il Papa in viſione, o in ſogno, Roberto in Pontificale veſtito, che lo ripreſe della perſecuzione alla memoria ſua, e lo percoſſe in un fianco col calcio del Paſtorale: ſi deſtò il Papa con eceſſivo dolore in quel luogo, che lo colpì fino alla morte, la quale ſeguì indi a pochi Meſi nel 1254. Aleſſandro IV ſuo Succeſſore ſcomunicò l' Arciveſcovo di Yorck per una cauſa ſimile; il quale perſeverando nella ſua deliberazione, ſopportò la perſecuzione con molta pazienza; e avvicinato alla morte, ſcriſſe al Papa una lettera molto prudente, eſortandolo ad imitare i ſuoi ſanti Anteceſſori, e a levar le novità dannoſe alla Chieſa, e all'anima ſua propria: morì con opinione di Santo, e di Martire.

In Francia ancora fu biſogno in queſti tempi di fare una proviſione, la quale racconterò dopo aver avvertito, che per queſti, ed altri impedimenti, che i Principi, e i Veſcovi ponevano a tentativi della Corte, ella non ebbe mai il penſiero di deſiſtere, anzi Clemente IV, nel 1266, riſolſe di gettar i fondamenti, co' quali eſſo, o i ſuoi Succeſſori poteſſero dichiararſi aſſoluti Padroni in tutte le Collazioni de' Benefizj per tutto il mondo; e levarſi dal biſogno di trovar ſempre modi, e arti per tirare le collazioni a Roma: e fece una Bolla, la quale non conchiude altro, ſalvo che la riſervazione de' vacanti in Curia; dicendo però che egli approva queſta conſuetudine, e vuole che ſia oſſervata: ma, per conchiudere

ſolo

merus J. E. P. Lib. III, Tit. V, §. 134, & ſeq. Auctor Anonymus Opuſculi *L'Abbè Commendataire*, aliique plurimi Scriptores, qui Fiducias, Fidu-

---

ſolo queſto, intanto fu un proemio ipotetico dicendo: benchè la plenaria diſpoſizione di tutti i Benefizj apparrenga al Pontefice Romano, ſicchè non ſolo può conferirli quando vacano: ma anche può innanzi la vacanza, conceder ragione per acquiſtarli; nondimeno l'antica conſuetudine più ſpecialmente ha riſervati i vacanti in Curia: per lo che noi approviamo tal conſuetudine. Se il Papa aveſſe fatto un editto conchiudente, che la diſpoſizione di tutti i Benefizj toccava a lui, il mondo ſi ſarebbe meſſo in moto, e così gli Eccleſiaſtici, come i Principi, e gli altri Patroni Laici avrebbero detto le loro ragioni; ma queſta Propoſizione meſſa in una condizionale ſenza conchiuſione paſsò facilmente ſenza che foſſe avvertito quanto importaſſe. Anzi due anni dopo, cioè nel 1268; ſenza aver alcun riſpetto a queſta Bolla, S. Lodovico, Re di Francia, vedendo, che le provviſioni fatte dalla Regina ſua Madre Reggente, mentre durò la ſua minorità, e l'aſſenza in Terra ſanta, non giovavano per levar le confuſioni introdotte nella materia Beneſiziale, fece la ſua celebre Prammatica, dove comandò, che le Chieſe Cattedrali aveſſero l'elezioni libere, e i Monaſterj ſimilmente, e che gli altri benefizj tutti foſſero dati ſecondo la diſpoſizione della legge, e non poteſſe eſſer levata alcuna impoſizione dalla Corte Romana ſopra i Benefizj ſenza conſenſo ſuo, e della Chieſa del ſuo Regno. L'andata del Santo Re in Affrica contra i Mori; la ſua morte che ſucceſſe nel 1270; il biſogno che la Caſa d'Angiò ebbe del favore Pontifizio per iſtabilire il ſuo Regno in Napoli, e ricuperare quello di Sicilia, e la facoltà, che il Papa conceſſe al Re d'impor decime ſotto preteſto della guerra di Terra ſanta, fecero, che i Franceſi facilmente laſciarono racquiſtare alla Corte l'iſteſſa autorità; onde nel 1298 Bonifacio VIII poſe la Coſtituzione di Clemente nelle Decretali, e fece che quello che era ipotetico, e incidentemente detto, foſſe il principale: e, per darle maggior autorità la poſe ſotto nome di Clemente, laſciando in ambiguo, ſe foſſe il quarto, o il terzo, onde adeſſo in alcuni eſemplari ſi legge *terzo*, in alcuni *quarto*; per lo che allora fu dato principio a creder queſta propoſizione, cioè che la plenaria diſpoſizione di tutti i Benefizj Eccleſiaſtici appartiene al Papa; il che pretendeſi intendere in ſenſo non affatto perverſo, cioè, che il Papa abbia piena podeſtà, ma regolata però dalle leggi, e dalla ragione. Clemente V indi a poco fece ceſſare ogni buona intelligenza con dire, che il Papa abbia non ſolo piena autorità, ma anche libera ſopra tutti i benefizj; la qual libertà s'intende da Canoniſti eſente de ogni legge, e ragione: ſicchè egli può, non oſtante la ragione, o l'intereſſe di qualſivoglia Chieſa, o particolar perſona, eziandio Padrone Laico, farne tutto quello che gli piace. Queſta propoſizione con ogni occaſione ſi poſe nelle Bolle; e non è Canoniſta, che non la paſſi per chiara, anzi per articolo di Fede, dicendo, che il Papa nella collazione di qualſivoglia Benefizio può concorrere coll'Ordinario, e anche prevenirlo; e piacendogli così, dar anche autorità a chi gli piace di poter ſimilmente concorrere coll'Ordinario, e anche prevenirlo, ſiccome hanno poi data queſta autorità a' Legati con una coſtituzione generale.

Neſſuna coſa è più degna di meraviglia nella conſiderazione Beneficiale, quanto che, eſſendo coſa chiara, come la luce di mezzogiorno, che l'elezione de' Miniſtri fu prima del Popolo fedele, poi paſsò ne' Principi, dappoichè, ricevuta la fede Criſtiana, miſero qualche penſiero alle coſe della Chieſa; e finalmente ſi riduſſe nel ſolo Ordine Eccleſiaſtico, eſcluſi i Secolari, pel maneggio di Gregorio VII, e de' ſuoi Succeſſori; ſempre però reſtando in ciaſcuna Dioceſi la elezione, e collazione de' Benefizj, e uffizj di eſſa, la quale poi a poco a poco i Pontefici Romani hanno aſſunta per loro co' modi detti, e che ſi diranno; tuttavia i Canoniſti, o per animoſità, o perchè non ſia loro profeſſione ſaper alcuna coſa fuori delle Decretali, hanno detto, e dicono a noſtri tempi, ſenza riſpetto della notoria verità, ch'è in contrario, che già il Papa provvedeva tutti i

duciarios, Fiduciarumque Inventores, auctoreſque acriore ſale, mordaciore aceto, amariore felle reſperſerunt, perfuderunt, defricuerunt. Hi-

Veſcovadi, ed altri Benefizj; e che egli poi conceſſe per grazia l' elezione a' Capitoli, e la Collazione a' Veſcovi: nè ſi dee dubitare che un giorno non debba eſſere ripoſto queſto punto negli articoli della noſtra fede, per far paſſare nella Chieſa una dottrina direttamente contraria a quella che fecero predicare allora; ne' quali tempi Anſelmo, Veſcovo di Lucca, che ſcriſſe tre Libri contro Gilberto Antipapa a favore di eſſo Gregorio VII, che ancora ſi trovano; in tutto il ſecondo dei quali con autorità de' Pontefici de' Padri Santi de' Concilj Univerſali, per conſuetudine oſſervata dal tempo degli Apoſtoli ſino al ſuo, che ſcriveva nel 1080, prova che l' elezione dei Veſcovi, da lui chiamati Pontefici, ſpetta al Clero, e al Popolo della propria Dioceſi, e che i piiſſimi Imperadori, Coſtantino, Coſtante, Valentiniano, Teodoſio, Onorio, Carlo, Lodovico, e gli altri, preſtanti per fede, e religione, mai non hanno violata tale conſuetudine oſſervata nella Santa Chieſa dal tempo degli Appoſtoli, e portando una coſtituzione di Carlo, e Lodovico pio nel Capitolare, che i Veſcovi ſieno eletti dal Clero, e dal Popolo della propria Dioceſi, ſecondo i Canoni, dice che queſta Coſtituzione è conſonantiſſima a quella de' Santi Padri; e non meno, che ſe dal Concilio Niceno, o da qualunque altro Sinodo Univerſale, fu dallo Spirito Santo per bocca di quegl' Imperatori promulgata: ove ſi vede, che per cavar dalle mani de' Principi l'elezione, ebbero per tradizione quello di cui il contrario oggidì vogliono che da Canoniſti ſia ſcritto, e da noi creduto, onde è ben neceſſario, o che i Canoniſti errino, o abbiano errato gli allegati da Anſelmo: e ſe l' Ordinazione de' Veſcovi nelle Dioceſi loro nel modo narrato era la libertà di ciaſcuna delle Chieſe come i Padri, e i Concilj inſegnavano, e conceſſa dal medeſimo Noſtro Signor Gesù Criſto, non parlano tanto ſconciamente quelli che dicono la Corte aver poſte in ſervitù tutte le Chieſe ſotto preteſto di difendere la loro libertà.

Pietro Soave Hiſt. del Concilio di Trent. c. 7. Quando per qualche impedimento di guerra, o di Peſte, *dice l' Autore nel medeſimo luogo*, non potea farſi una preſta elezione, il Superiore raccomandava la Chieſa vacante a qualche perſona di virtù, e di capacità, la quale, oltre la cura della ſua Chieſa particolare governaſſe la vacante ſintantochè ella foſſe riempiuta; e queſto Commendatario non era ſe non il Depoſitario delle rendite. Col progreſſo del tempo i Commendatarj ſotto diverſi preteſti di neceſſità, e di convenienza, ſi ſervirono de' frutti, e per goderli più liberamente, ritardavano con diverſi artifizj la nomina, o l' elezione de' Titolari; il che obbligò a ſtabilire il termine della Commenda a ſei Meſi: ma i Papi, ſervendoſi della loro piena podeſtà, prolungarono queſto termine, e diedero eziandio le Commende in vita col godimento di tutti i frutti. Queſta invenzione, la quale nella ſua origine era pia, eſſendo degenerata in abuſo, ſervì ne' tempi corrotti a colorire la pluralità de' Benefizj; l' uno de' quali, dicevaſi, era poſſeduto per titolo, e gli altri per Commenda: con che le parole della Legge, che proibiſce la pluralità, erano oſſervate, ma il ſenſo defraudato, poichè il Commendatario in vita non era differente in verum conto dal Titolare: teſtimonio ne fa queſta formula delle bolle della Commenda: *Curam Monaſterii, ac regimen, & adminiſtrationem tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committentes. E nel ſeſto libro della medeſima Storia parla così*: Nel tempo, che l' Imperio d'Occidente era innodato, e ſaccheggiato da Barbari, ſuccedeva ſpeſſo, che le Chieſe perdevano i loro Paſtori, e che quelli, a quali ſpettava il diritto di provvederci, venivano impediti dalle ſcorrerie, e violenze continue di quella gente ribalda. Perciò i Veſcovi principali della Provincia, o almeno i più vicini, raccomandavano la Chieſa orfana a qualche virtuoſo Eccleſiaſtico, finchè ſi aveſſe la libertà d' eleggere canonicamente un Paſtore. I Veſcovati, o Curati vicini facevano il medeſimo, quando vacava qualche Parrocchia di villa: e tanto più, che i Commendatori ſceglievano ſempre queſt' uomo d' importanza, e che il Commendatario ſi ſforzava di cor-

Hiſce ego plures haberem, quos opponerem, inter quos Cardinalem de Luca Miſcellan. Diſc. LIV, qui non tam auctoritate, quam veri perſpicientia horum omnium ora obſtruit'. (c) At cum Viri Romanæ Curiæ prima-

---

riſpondere perfettamente alla loro aſpettazione, la Chieſa ne ricavava un gran ſervizio. Ma ſiccome la corruttela s'introduce d'ordinario nelle coſe migliori, così alcuni Commendatarj cominciarono a dividere la loro attenzione fra il ſervigio della Chieſa raccomandata, e 'l loro intereſſe particolare, ed i Veſcovi a raccomandare le Chieſe, ſenza che ve ne foſſe biſogno; in maniera che creſcendo ſempre queſt' abuſo, fu neceſſario di fare una legge che limitaſſe il tempo della Commenda a ſei Meſi, e vietava al Commendatario di partecipare dei frutti della Commenda. Ma i Papi facendoſi ſuperiori alla legge prolungarono il termine delle Commende in vita con tutte le loro rendite; dopo di che mutarono altresì lo ſtile delle loro Bolle.

(c) Card. de Luc. Lib. XIV, part. IV, pag. 328, n. 15. Exinde reſultat plena reſponſio ad majus eorumdem ſcriptorum fundamentum, cui innixi firmant præfatum aſſumptum, quod commendare Monaſteria regularia clericis ſæcularibus lædit juſtitiam naturalem, tollendo regularibus id, quod ſuum eſt, ac tribuendo ſæcularibus qui nullum jus in eis habent, ac propterea inferunt ad conſequentiam læſionis omnis juris divini, naturalis, & poſitivi ob juſtitiæ læſionem; quoniam debitas eſſe regularibus prælaturas Monaſteriorum provenit ex mera gratia, & conceſſione Sedis Apoſtolicæ, non autem ex aliquo contractu oneroſo, & correſpectivo, cujus obſervantia aliquod habet fundamentum in illo jure naturali, vel gentium, quod circa obſervantiam pactorum ſomniant Legiſtæ, ex deductis eodem diſc. 148, & 177, & in aliis pluries, eod. tit. de Reg. Igitur non eſt tollere jus proprium, neque lædere juſtitiam commutativam, ſed ſolum auferre illud gratuitum beneficium, quod ex juſtitia diſtributiva potius, quam commutativa, gratioſe, ac benevole conceſſum eſt. Ad id autem Scribentes non reflectunt, utpote fori, ac negotiorum, præſertim Romanæ Curiæ nullatenus, vel parum experies, ideoque in ſola rerum ſuperficie immorantes, atque ad rerum principia, cum debito ratiocinio, ac vero ſcientifico more non reflectentes, ut pluries advertitur, & inculcatur *in conflictu legis & rationis, hoc lib. 19 ſupplementi p. 3, in fine*.

Indebite quoque aliqui ex noſtris ex hujuſmodi operibus magnum in auctoritatibus efformant judicium eruditionis, ac ingenii, ex eo quod Commendarum occaſionem, vel originem perſcrutentur, vel quod obſervent, & exaggerent inconvenientia; id enim rem novam non continent, ſed meram redolet collectionem factam, ut vulgo dici ſolet, cum humerorum potius improbo labore, quam cum ingenii acumine, ac operatione, cum hæc recenſentur per antiquos, ac medios Scriptores, & præſertim per Rebuff. *in praxi benef. tit. de Commendis*, a quo plerique alii mutuantur, neque Rebuff. eſt illorum inventor, vel primus relator, dum ante illum recenſetur a pleriſque Pontificibus, & Conciliis, præſertim vero ab ultimo Lateranenſi, aliiſque Scribentibus.

Illa ſiquidem non negantur, quando ſine juſta cauſa, debitaque circumſpectione, vel cum immoderata frequentia hujuſmodi uſus practicetur; unde hæc propterea præfatorum Scriptorum impugnatio illum non habet finem, ut iſte uſus ſubſtineatur, utpote commendatione dignus, ſed ad effectum oſtendendi, quod ipſi, ſolum vel cum aliquo livore, vel cum imperitia ita ſcribunt, materiam non adeo bene callentes, atque ita cum eorum generalitatibus temere de injuſtitia, & impietate redarguentes, tam Regem Chriſtianiſſimum, qui omnium frequentius hujuſmodi petitiones facere ſolet in Monaſteriis de ejus jurepatronatus, alioſque Reges, & Principes, qui eaſdem faciunt petitiones, quam etiam Papam, & Sedem Apoſtolicam hujuſmodi petitionibus annuentem; quoniam objecta intelligi debent quando inconſiderate, ac ſine juſta cauſa prodigaliter id ſequatur in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Parochialibus potius juxta ſequentes diſtinctiones, atque de hac ſpecie proprie, ac principaliter antiqui loquuntur.

marii hujus rei invidiæ materiam dediſſe videantur, pluriumque Eccleſiarum fiduciis onerati non bene audiant, atque in multorum ſuſpicionem

Si enim in ſenſu præfatorum Scriptorum, aliorumque ſimilium prælatura Clerici ſæcularis in Eccleſia, vel Monaſterio regulari exaggeratam ſemper produceret monſtruoſitatem, omni juri divino, naturali, eccleſiaſtico, ac etiam politico contrariam, exinde ſequeretur quod idem abſque dubio ab identitate, immo a majoritate rationis deberet ſequi in prælatura Clericorum regularium in Eccleſiis ſæcularibus, & ſupra Clericos ſæculares; & per conſequens ſemper atque pro regula deberent regulares reputari inhabiles ad Epiſcopatus, & Archiepiſcopatus, aliaſque ſimiles, vel æquipollentes prælaturas; ac etiam quampluribus Monaſteriis, vel Conventibus Ordinis Monaſtici, & Mendicantis, & Prioratibus, vel Commendis Ordinis Militaris, ac præſertim Sancti Joannis Hieroſolymitani tolli deberet illa ſpiritualis Ordinaria, & quaſi Epiſcopalis juriſdictio, quæ habetur, & exercetur in pleriſque Oppidis, & Caſtris cum Clero & populo, Epiſcoporum ad inſtar juxta multos caſus recenſitos *diſc.* 1, *& ſeqq. & tot. tit. de juriſdict. ſparſim*. Id etenim eſt longe magis quam regere exiguum numerum Religioſorum cum certa regula viventium in uno Monaſterio, dum ita verificatur utrumque abſurdum, quod caput eſt diverſum a corpore, quodque pater eſt diverſæ vitæ, & inſtituti, quam ſint filii, atque religioſi, vel regulares lædere dicuntur juſtitiam, occupando illas prælaturas, quæ pertinent ad Clericos Sæculares; unde propterea quando regulares conqueruntur, quod per Clericos Sæculares mediante iſto caſu commendarum eis tolluntur Abbatiæ, reſponderi poteſt, quod abſtineant ipſi ambiendis, & aſſequendis Epiſcopatibus, & Archiepiſcopatibus, aliiſque prælaturis ſæcularibus, ut ſupra, & tunc juſtum, ac rationale erit, quod Clerici Sæculares omnino abſtineant a commendis. His itaque non inutiliter prænotatis, atque aſſumendo materiam non incongruum videtur diverſas commendarum ſpecies quoque præmittere, ſive diverſos earum caſus, quorum diſtinctio in omnibus eſt antidotum veneni æquivocorum, cui ſuperficiales perpetuo ſubjaceant quando cum auctoritatum littera, & propoſitionum generalitate in omnibus caſibus indefinite procedatur.

Prima igitur ſpecies commendarum eſt illa, quæ eſt in uſu in Religione Sancti Jo. Hieroſolymitani, aliiſque ſimilibus religionibus militaribus, quæ ſint vere tales, quia nempe earum profeſſores emittant tria vota ſubſtantialia, ideoque ſint veri religioſi juxta diſtinctionem, de qua plene *diſ.* 92, *de juriſd. ac etiam diſc.* 1, *de reg.*, *& alibi*, iſtæque ſpecies commendarum non cadunt ſub hac inſpectione, quoniam revera ſunt beneficia regularia, ita pro quodam loquendi uſu in Religionibus militaribus nuncupata ad differentiam dignitatum, quæ explicantur ſub vocabulo Prioratuum, & bajulivatuum, atque de his agitur pluries *ſub tit. de benef. præſertim dic.* 68, 69.

Altera ſpecies conſimilis commendarum Religionum militarium, quæ revera non ſunt tales, ſed ſolum pia, & eccleſiaſtica inſtituta, quia eorum profeſſores non emittunt tria dicta vota, ideoque non ſunt veri religioſi, ut ex. gr. in Italia ſunt milites Sancti Stephani, aliique ſimiles in eadem Italia, & Hiſpania, Gallia, Germania, Luſitania, aliiſque regionibus, recenſiti *eod. diſc.* 92, *de juriſd.* magiſque diſtincte, & ex profeſſo in dicto opere Italici Idiomatis cui titulus *il Dottore Volgare* lib. 14, eod. tit. de reg. iſtæque commendæ habent magis naturam primogeniorum, vel majoratuum, ſeu fideicommiſſorum ſingularium, quam beneficiorum, ut habetur diſc. 8, de fidei com. & diſc. 20, de jurepatr. & alibi pluries, ac pariter iſta commendarum ſpecies eſt extra propoſitum.

Tertia eſt ſpecies illarum commendarum, quorum praxis ante Concil. Trid. ubique frequens erat, etiam in Italia, & in Hiſpania, hodie vero poſt dictum Concilium ab iſtis Provinciis omnino exulavit, earum tamen uſus (licet non adeo frequens ut prius) adhuc viget in Germania, & quandoque (magis tamen raro) in Gallia, & in Polonia, aliiſque regionibus, cathedralium ſcilicet, & Metropolitanarum, ac parochialium, in quibus iſte uſus commendandi practicari ſolebat,

nem venerint, Thomaſſinum in arenam deſcendere jubebo Gallicum Scriptorem, a quo partium ſtudii ſuſpicionem omnem tollit & Patriæ locus,

---

bat, ac reſpective ſolet, ad effectum fraudandi Canonum, & Conciliorum prohibitionem ſuper earum multiplicitate in una perſona, ob matrimonium ſpirituale, quod inter hujuſmodi Eccleſias, earumque prælatos, vel rectores contrahi dicitur, ne detur abſurdum, ut unus duas, vel plures habeat eodem tempore uxores; vel ob impedimentum, quod alias in ea perſona vigeat, ratione ætatis, vel defectus ſacrorum ordinum, ſive alterius requiſiti neceſſarii ad obtinendum iſtas Eccleſias in titulum.

Iſta itaque ſpecies vere, & proprie majori damnatione digna reputari ſolet, ac debet, utpote majorum ſcandalorum, & inconvenientium productiva, quam ſit altera monaſteriorum regularium, de qua infra, dum iſtæ Eccleſiæ perneceſſe annexam habent utramque Cleri ſæcularis, & populi, immo etiam ipſorummet regularium quamvis exemptorum in ſuis caſibus curam juriſdictionalem, & ſacramentalem, ac civilem, ac propterea prorſus incongruum videtur, ut ille qui non ſit in legitima etate, vel non ſit in ſacris conſtitutus, aut alium ſimilem habeat defectum, hanc longe majorem quamplurium Diœceſum, & quamplurium capitulorum, & collegiorum eccleſiaſticorum, ac etiam monaſteriorum monialium, ipſorumque monaſteriorum regularium, ac populorum curam juriſdictionalem, & ſacramentalem, ac civilem, œconomicam adminiſtrationem habere debeat, adeout nulla cadat proportio inter iſtam ſpeciem, & alteram ſequentem, atque multa inconvenientia deſuper conſiderari ſolita vere iſtam percutiunt ſpeciem; ita etiam comprobante Concilio ipſo Conc. Trid. quod hanc ſpeciem poſitive damnat, alteram vero non, præterquam ubi agatur de capitibus Religionum; ac etiam docet Sedis Apoſtolicæ obſervantia, quoniam poſt dictum Concilium iſta ſpecies in Italia, & Hiſpania, aliiſque locis penitus abolita eſt, non tamen abolita altera, cujus uſus etiam in Italia, immo in ipſamet Urbe ejuſque adjacentibus locis adhuc viget, ut in Urbe docet praxis Monaſteriorum S. Gregorii Ordinis Camaldulenſium, & SS. Vincentii, & Anaſtaſii Trium fontium Ordinis Ciſtercienſium, cum ſimilibus; & extra Urbem in locis vicinis eſt Monaſterium Cryptæferratæ prope Tuſculum ordinis S. Baſilii, & Monaſteria Farfæ, & Sublaci ordinis Caſſinenſium, cum aliis quampluribus per Italiam.

Et nihilominus, etiam in hac ſpecie cathedralium, & metropolitanarum adhuc quandoque, præſertim in Germania, ac alibi expedit, immo cogit neceſſitas commendandi aliquas Eccleſias depauperatas, vel oppreſſas ab hæreticis, illis nimirum qualificatis, ac potentibus Prælatis, qui aliam poſſideant majorem Eccleſiam, ut ex. gr. contingit in tribus Archiepiſcopis Electoribus, aliiſque ſimilibus, aut filiis magnorum Principum, qui cum eorum auctoritate, & potentia Eccleſias oppreſſas, vel oppreſſionibus ſubjectas tueantur, ac oppreſſores expellant, ſive eis reſiſtant, ne majora committantur mala cum ſimilibus cauſis, vel circumſtantiis, quæ a mixtura hæreticorum, vel infidelium, aut ſchiſmaticorum oriantur; atque in iſtis, vel ſimilibus cauſis iſtà congregatio hujuſmodi commendas, vel conceſſiones, adminiſtrationem admittere ſolet, non autem ad ſolam potentium complacentiam, vel ditationem, ut iidem ſcriptores, ac alii, ipſi a quibus mutuarunt, de hac veritate non informati, abſque alio fundamento obloquuntur.

Et quamvis, tam in iſta ſpecie commendarum cathedralium, vel metropolitanarum, aliarumve Eccleſiarum ſæcularium utramque curam prædictam juriſdictionalem, & ſacramentalem, vel alteram habentium, ac propterea ob defectum Ordinum, vel ætatis, aut incompatibilitatis non poſſint illi perſonæ conferri in titulum, ideoque dentur in commendam, adhiberi ſoleat diſtinctio, quæ ſequenti ſpeciei quoque convenit, inter commendas nempe temporales, & perpetuas, cum magna affectuum diverſitate ex una vel altera ſpecie reſultantium, dum antiquis temporibus, atque attenta commendarum origine, vel introductione temporales potius erant jure adminiſtrationis, quam propriæ utilitatis, ac ditationis, ut patet ex D. D. de mate-

tus, in quo natus eſt, altuſque, & ſenectutem adeptus, & vitæ genus, quod amplexum fuit, ſemperque voluit, ab omni avaritiæ palpo atque am-

---

teria agentibus, & præſertim ex *Lotter. de benefic. l. 3, q. 8*, *Caſtrop. tract. 13, de benefic. diſc. 1, puncto 8*, *Fagn. in c. in Eccleſiis de capell. monach. & in c. cum noſtram de elect.* qui omnes referunt Rebuff. & alios antiquiores; attamen, ut iidem teſtantur, atque docet notoria praxis, in deſuetudinem abiiſſe videtur prima ſpecies commendarum temporalium, ſolumque in uſu eſt altera perpetuarum, ſuper quibus etiam frequentes cadunt quæſtiones ſuper modo vacationis, ac reſpective ſuper earum reſervationibus, vel affectionibus, ex pluties deductis in ſua ſede *ſub tit. de benef.*

Demum quarta eſt ſpecies ad rem noſtram magis adaptata, & quæ occaſionem præbet ſcribendi, illarum commendarum, quæ de Monaſteriis, vel Conventibus Regularibus fiant Cardinalibus, vel Prælatis, aut Clericis ſæcularibus; atque in hac ſpecie tres quoque caſus diſtinguendi videntur, ut ita evitentur æquivoca. Primus enim caſus eſt, ubi agitur de primis Monaſteriis, quæ actuali conventu carent, ideoque ſunt ſub adminiſtratione, ac diſpoſitione Papæ, vel reſpective ſunt providenda ad præſentationem, vel nominationem Regis, vel alterius Patroni; iſtoque caſu nullum ex præmiſſis inconvenientibus cadit, adeout iſta Monaſteria ſortiantur naturam aliorum ſimplicium beneficiorum, quibus pene in omnibus aſſimilantur iſtæ commendæ, quarum uſus ita continuatur pro conſervatione ſtatus regularis ad effectus proficuos exinde reſultantes, ut in d. tit. de benef. advertitur, præſertim in Ferrarien. prioratus, diſc. 143, & alibi, & ſic extra rem noſtram.

Alter caſus eſt ubi agitur de monaſteriis, vel conventibus illorum religioſorum, qui conſtituunt rempublicam, ſive univerſitatem in toto orbe catholico, ſive in aliqua regione, vel provincia, adeo ut vivant ſub eorum Prælato generali, & aliis Provincialibus reſpective, atque religioſi non ſint fixe, ac preciſe addicti illi monaſterio, vel conventui, ſed eorum, ac etiam prælatorum fiant crebræ mutationes juxta diverſa religionum inſtituta, ut advertitur *diſc. 28, de juriſdict.* & diſc. 1, & 19, de Regul. & in aliis eod. tit. atque verificatur in ſuperius enunciatis Monaſteriis Urbis, ac reſpective locorum adjacentium S. Gregorii, Trium fontium, Cripræferratæ, Farfæ, Sublaci, & ſimilibus, & tunc nullatenus pariter intrant ſuperius enunciata inconvenientia, quoniam menſæ ſunt ſeparatæ; una ſcilicet Abbatialis, quam adminiſtrat Commendatarius, & altera Conventualis, quam adminiſtrant Abbas, vel Prior, ſive alter Superior, & Monachi; & quatenus hæc diviſio menſarum, & bonorum non adſit, adhuc Abbas commendatarius ex fructibus, & redditibus Monaſterii ſolvit conventui religioſorum certum annuum vel menſtruum cenſum pro eorum victu, aliiſque occurrentiis, adeo ut in iſta parte œconomiæ nullam, vel modicam commendatarius exerceat juriſdictionem, & auctoritatem cum religioſis; &, quod magis eſt, ſe non ingerit in iis, quæ concernunt eorum mores, ac diſciplinam regularem, dum habent proprium Abbatem, & ſuperiorem localem, ac etiam alios ſuperiores Generales, vel provinciales reſpective ejuſdem Ordinis vel inſtituti: Atque ſi quæ juriſdictio, vel poteſtas cum eis exercetur, illa eſt per accidens, non ratione inſtituti, vel diſciplinæ regularis, ſed ratione juriſdictionis ordinariæ ſpiritualis, vel quaſi Epiſcopalis, quam Abbas commendatarius habeat in loco juxta caſum, de quo *diſc. 102, de juriſdict.*, ubi de Monaſterio Sublacenſi cum ſimilibus, quod nullam continet implicantiam, vel monſtruoſitatem, quoniam alias ſubjacerent Epiſcopo, vel Ordinario loci ex juriſdictione a Concilio Tridentino, & Apoſtolicis Conſtitutionibus delegata ex pluries deductis *eodem tit. de juriſdict. ſub altero de reg. & in Miſcell. Eccleſiaſt.* neque Religio præjudicata remanet in ammiſſione Prælaturæ, dum adhuc ibi habet ejus Prælatum regularem cum titulo, & præminentiis Abbatialibus.

Atque hinc ſequitur, quod commenda vere, & proprie aliud non infert damnum vel præjudicium, niſi circa ammiſionem, vel diminutionem majorum redituum, quorum copia,

ambitionis vento remotum, & ſingularis ejus virtus, integritas, veritatiſque amor, quo eximium illum virum ſemper duci ſolitum accepimus, Au-

pia, & ſuperfluitas religioſis frequentius ſolet eſſe potius præjudicialis; & productiva relaxationis diſciplinæ, & humilitatis religioſæ, aliorumque inconvenientium, quamvis e converſo impediat vel minuat illas eleemoſynas, aliaque pietatis opera, quæ religioſi facere deberent, ſi illos exuberantes redditus haberent; ſub Judice indeciſam relinquendo litem, an hoc præponderet illis malis, & inconvenientibus, quæ nimiæ divitiæ in religioſis, præſertim vero in eorum Abbatibus, aliiſque Superioribus, & adminiſtratoribus parere ſolent. Ita namque caſus præbere poteſt, ac ſolet malos, vel reſpective bonos commendatarios, ſicuti bonos, vel reſpective malos Abbates, & Superiores Regulares, in quibus quandoque majora dignoſcuntur inconvenientia, quam in Commendatariis.

Tertius demum eſt caſus, in quo agatur de illis Monaſteriis, quæ reguntur jure ſingulari independenter ab aliis, adeo ut non conſtituant Rempublicam ſive univerſitatem, ſed habeant Abbatem, & Monachos fixos, ibique perpetuo addictos juxta caſum de quo diſcurſ. 28, de juriſdic. & alibi, ac propterea non adſit regimen Prælatorum Generalium, & Provincialium, minuſque adſint crebræ mutationes Religioſorum ac Superiorum de loco ad locum; & quæ mutationes cum uniformi inſtituto, ac regimine univerſali revera ſubſtinent diſciplinam regularem, atque operantur, ut non ſequantur illæ ſcandaloſæ relaxationes, quæ leguntur in temporibus antiquioribus. Et tunc ſi occurrunt eædem circumſtantiæ, de quibus in caſu proxime præcedenti, quod ſcilicet menſæ Abbatiales, & Conventuales omnino ſeparatæ ſint, quodque Conventus habeat proprium Abbatem, vel alium Superiorem Subalternum contradiſtinctum ab Abbate Commendatario, inſtare videntur eadem, quæ in præcedenti Canone dicta ſunt, ut Commenda in effectu aliud malum non producat niſi privare Abbatem regularem illis majoribus divitiis, quæ Commendatario aſſignantur, & ſic non urgent inconvenientia, de quibus ſupra.

Ubi vero hæc diſtinctio non adeſt; adeo ut Commendatarius in omnibus gerat partes Abbatis, ac Superioris Regularis non ſolum circa Œconomica, & Civilia, ſed etiam circa Moralia, ipſamque diſciplinam regularem, & tunc dignoſci videtur aliquod ex dictis inconvenientibus, quia diverſum ſit caput à membris, ſive diverſa vitæ inſtituta patris, quam filiorum, ſed non eſt inconveniens adeo magnum ſicuti per dictos Scriptores exaggerari ſolet, quoniam ſicuti non eſt monſtruoſum, neque abſurdum, ut regularis ſit Epiſcopus, ac Prælatus, & Superior Clericorum Sæcularium, ut ſupra, ita e converſo.

Quinimmo magis ad rem, ut advertitur eod. diſc. 28, de juridict., & diſc. 1, de regul., & alibi, hujuſmodi Monaſteria ſingularia, quoties munita non ſint ſpeciali Privilegio exemptivo, ſubjacent Ordinario loci; & per conſequens quemadmodum non eſt incongruum, ut regantur a Prælato ſæculari, qui ſit Ordinarius loci, ita non incongruit, ut regantur a Clerico Sæculari, qui ſit Commendatarius ejuſdem Monaſterii; potiſſime quia in concernentibus inſtitutum ac diſciplinam regularem, deputari poteſt, ac ſolet, ex ipſorum Religioſorum electione, vel ex Superioris deputatione unus ex ipſis Religioſis in Vicarium ac Superiorem Subalternum, eodem modo, quo (ex. gr.) praxis docet in Presbyteris Congregationis Oratorii Sancti Filippi Nerii, quod in omnibus ſubjacent Ordinario loci, eodem modo, quo alii Clerici ſæculares Civitatis, & tamen habent proprium Superiorem, qui domi eos regat, ſuper obſervantia inſtituti, & per conſequens non adeſt illud malum, quod exaggeratur, quoniam revera illa inconvenientia, quæ per antiquos Scriptores declamantur, a quibus Moderni non diſtinguendo Lepram a Lepra tranſcripſerunt, percutiunt tertiam ſpeciem Commendarum, Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, vel Parrochialium, ut ſupra; ideoque manibus palpatur æquivocum prædictorum modernorum ad has diſtinctiones non reflectentium.

Adhuc tamen S. Congregatio in Monaſteriis Conſiſtorialibus, de quibus tantum in ea tractatur, vel Dataria in non Conſiſtorialibus, cum nimia circumſpectione, ac maturitate procedere ſolet non de facili id admittendo niſi prævio examine juſtæ cauſæ, quæ, ut plurimum illa eſſe ſolet, reficiendi Eccleſiam, & Monaſterium, quæ ex religioſorum incuria,

Audi igitur, quid hac de re ſenſit vir ſapientiſſimus de V. & N. E. D. Part. II, Lib. III, Cap. XV, n. XII. „ Ne in mentem quidem tum veniebat Græcis, uti nec Latinis, dubitare fas, an nefas, & furti genus eſſet, indigentibus Epiſcopis iiſdem Abbatibus Commendatariis redditus, & fundos condonare, qui Monachis primo donati fuiſſent. Curæ erat illud quidem prorſus, ut ne Patrimonii Chriſti Sæculares, & Laici ſaginarentur, ut ne effunderetur in divites, quod modice ſuſtentandis pauperibus dicatum fuiſſet. At cum paupertate gravabantur Epiſcopi, ita ſibi omnes perſuadebant, fundos, proventuſque Cœnobiorum in eorum neceſſitates dependi, hunc profecto eſſe rerum Eccleſiæ uſum ſanctiſſimum, & hos veluti rivulos tum eſſe, qui in eum fontem refluerent, unde primum effluxiſſent. Ut enim rem a capite arceſſamus, erant olim omnia Eccleſiarum bona in ditione, ac poteſtate Epiſcoporum. Parentes ſunt Epiſcopi, & conditores omnium Eccleſiarum, adeoque & Monaſteriorum. Pleraque Cœnobia fundarunt ipſimet, dotaruntque Epiſcopi ex Cathedralium agris, & latifundiis Eccleſiarum. Ita cum Cœnobiorum opes urgente ineluctabili aliqua neceſſitate, Conciliorum Pontificumque auctoritate in Epiſcoporum manus revolvuntur; non injuria rivuli exiſtimantur hi eſſe, qui primævam ad ſcaturiginem revocentur. Alternatio ſemper fuit reciproca terrarum redderuumque inter Epiſcopales & Abbatiales Eccleſias. Utpote quod unum ſit Chriſti Patrimonium, alias, & alias partiendum pro temporum, & locorum neceſſitate, duce, & magiſtra charitate Chriſti. Centies Monachi Clericis, & Clerici Monachis in eaſdem Eccleſias ſubrogati fuerunt, nec rebus Deo dicatis injuria fieri viſa eſt unquam, ſi nunc his, nunc illis indigentioribus pro utilitate, & charitate Eccleſiæ diſtribuerentur. Fateri ergo cogimur, tam commendas, quam diſpenſationes omnes „ juri

---

ria, & mala adminiſtratione ruinam paſſæ ſunt, vel recuperationis bonorum a potentibus occupatoribus, vel iiſdem reſiſtendi eodem modo quo de Commendis Cathedralium, & Metropolitarum dictum eſt, inſpiciendo an cauſæ ſint veræ, & ea perſonæ poſſint eis conſulere, vel an potius ſit color quæſitus, & quando etiam videatur de juſta cauſa conſtare, adhuc id non ſolet concedi in illis Monaſteriis, quæ ſint capita Religionum, ita inhærendo diſpoſitioni S. Conc. Trid. quod iſto caſu excepto non videtur hujuſmodi commendas damnare, ſicuti illas Cathedralium, & Metropolitanarum, vel Parochialium, unde ex eodem Concilio clare iſtæ diſtinctiones comprobantur.

Et ulterius quando concedatur, adhuc ſolet adjici clauſula, ſeu lex, ut Commenda duret, durante vita illius perſonæ cui conceditur, eaque finita redeat in titulum, ut prius; facilius autem concedi ſolet caſus converſus, quod nempe Monaſterium commendari ſolitum redeat in titulum, ſuæque religioni reſtituatur, cum ita res redeat ad ſuam primævam cauſam, ſuumque principium.

Parce quoque, nimiumque circumſpecte procedere ſolent, tam iſta S. Congregatio, quam Dataria in admittendo præſentationes religioſorum diverſi inſtituti in Abbates, & Superiores ex dicta ratione, quod dedeceat Caput eſse diverſum a Membris, vel Patrem a Filiis, dum illo caſu proviſiones eſse ſolent in titulum, non autem in commendam, ideoque dicta inconvenientia facilius intrant.

„ juri communi adverſarias; eoque, „ quo licet, quo fas eſt cohibendas „ eſſe; eſſe tamen nonnullas earum „ non legitimas tantum, ſed & ne„ ceſſarias, tum quod a legitima „ proficiſcantur auctoritate, tum quod „ juſtis exprimantur cauſis ad Eccle„ ſiæ publicam utilitatem pertinenti„ bus. Cum harum cautionum alte„ ra deeſt, æquum eſt explodi Com„ mendas. Ubi neutra deeſt, æquum „ eſt eas vel tolerari, vel etiam ap„ probari ut neceſſitati, & charitati „ Eccleſiæ ſervientes.“

§. IV. Sed tot tantique abuſus in rem hanc irrepſerunt, ut facilius rem ipſam, quam abuſum tollas. At quid unquam in rerum natura mihi dederis, quo plurimum non abutantur homines? Quod ſi res omnes ſuſtuleris, quæ a recto ad pravum uſum ſæpe ſæpius detortæ fuerunt, profecto fruges ipſas de mundo ſuſtuleris. Utinam vero quam facile eſt aliorum vitia arrodere, tam facile etiam eſſet ea ex animis noſtris eradere. Quam eloquens, quam copioſus, quam diſertus Cardinalis Madrutius cum in Concilio Tridentino adverſus Eccleſiaſticos Briareos, Gerionas declamabat! Nec interim cogitabat, quot Epiſcopatibus, & Præſidatibus ipſe oneratus eſſet. At quam eloquentior, copioſior, & diſertior Cardinalis de Monte ad Concilium Tridentinum Apoſtolicæ Sedis legatione fulgens, qui Eccleſiaſticæ diſciplinæ Reformationem ab Papienſis Epiſcopatus abdicatione auſpicatus eſt! Divino fortaſſe ſpiritu calebat Cardinalis Lotharingius cum e Concilio Tridentino redux in Synodo Rhemenſi anno 1564 Beneficiorum multitudini bellum indicebat, pluribus is Beneficiis onuſtus. At diviniore certe flamma æſtuabat Cardinalis Borromeus Mediolanenſis Epiſcopus, cum aliis omnibus is ejuratis beneficiis in ſuis Conciliis Provincialibus Tridentinarum legum cultum promovebat. Si Chriſtianæ Eccleſiæ alumni non querimoniis, non clamoribus, non obtrectationibus, ſed mores ſuos ſinguli corrigendo, ſed vitam ſuam in melius componendo, ſed Canonibus obtemperando in Eccleſiaſticæ diſciplinæ Reformationem incubuiſſent, Eccleſiam, quam multis afflictam vulneribus, multiſque attritam cladibus videmus, integerrimam, ac florentiſſimam haberemus.

§. V. Si ratio ſuis perpendiculis, normis, ac regulis uteretur, & ſi homines non odio, aut amore judicarent, ſed veritate, & juſtitia, collapſæ diſciplinæ culpam non tam in Pontifices, quam in Pontificum refractarios conferrent. Ipſæ Eccleſiarum Commendationes, quibus de loquimur, exemplo ſint. Nullum tempus majorem harum Commendationum numerum vidit, quam ſæculum XIV, & XV. At ſi machinas omnes inſpexeris, quas factioſi homines, ac potentiſſimi viri adhibuerunt ad vincendam expugnandamque Pontificum conſtantiam, veniamque Canonum ab iis extorquendam, illorum temporum culpam Pontifices immerito ſuſtinere comperies. Ad eas enim incitas redacti erant (*d*) ut multa ferre, multa

(d) Thomaſ. l. c. p. 2, l. 3, c. 20, n. 7, p. 577. Inter epiſtolas Card. Papienſ. illa legitur Sixti IV ad Regem Arragonium, qua negat commendari poſſe Cæſarauguſtanam Metropolim ſexenni ejus notho; nec enim vel ſe, vel Cardinales aſſentiri poſſe annuendæ ei gra-

ta diſſimulare, multa etiam concedere coacti fuerint, ne major in Eccleſiam procella, turbo, ac tempeſtas formidoloſiſſimi temporis excitaretur; nautarumque prudentiam imitari, qui, magnis ſævientibus procellis, multa projiciunt, malos, antennas; vela, præcidi imperant, ut navim, cæteraque omnia ab univerſi naufragii periculo eripiant, atque prohibeant (*e*).

QU. XLII.

---

gratiæ, qua certiſſima importatur & danti pernicies, & petenti, & ei cui res datur. Ea repulſa exacerbatus Rex tam immaniter ſævìit in Cardinalem Valentinum, quem Pontifex ea donaverat Metropoli, & Pontificem ipſum tot cuniculis, tot machinis, tot artibus oppugnavit, ut eum compulerit tantillo puerulo Eccleſiæ illius perpetuam adminiſtrationem commendare. Novum illud inſolenſque fuiſſe agnoſcit annalium conditor Spondanus, cæterum peræque Pontifici, ac Regi probroſum, qui non poſſent concordare, niſi in excidium Canonum, quamquam in Pontificem ipſum potiſſimum ejus facinoris invidia reſiliret. Ita Spondanus, alias Pontifices, & Reges onorificentiſſimis verbis proſequi ſolitus. *Novo ſic damnato inducto exemplo, quo & Reges Catholici, & Summi Pontifices in Eccleſiæ damnum, & ſacrarum legum ſubverſionem, qua conſpirarent, qua conſentirent. Longe tamen graviori Pontificum culpa, ut cuique patet, quam Regum; ac nihilominus ſatis utriuſque ad damnationem idonea.* A quibus non aberravit Marianna eidem narrationi hæc ſubjungens: *Novum damnatumque exemplum inductum, vincente Pontificiam conſtantiam, Regum importunitate, in Eccleſiæ jura invadentium atque libertatem; quod ſemper accuſabitur, & ſemper erit.* Ipſas Pontificis litteras in eam rem alibi protuli.

(e) Commenda antiquitus aliud non erat quam Cuſtodia, ſeu Adminiſtratio vacantis Eccleſiæ quoad titulatum nanciſceretur. S. Ambroſius Epiſt. 4. *Commendo tibi, fili, Eccleſiam, quæ eſt ad forum Cornelii . . . donec ei ordinetur Epiſcopus.* Tum Pelagius I, & Gregorius M. Commendatarios conſtituerunt Eccleſiarum vacantium Catanenſis, Panormitanæ, Aprutinæ, & Capuanæ Epiſcopos Meſſanenſem, Beneventanum, Firmanum, & Nolanum: Can. XVI, XVII, XVIII, XIX, Diſt. 61.

Non modo Epiſcopatus, verum & Parochiæ, ac Monaſteria jam inde ab ſæculo VI, in commendam dari conſueverunt. Conc. Aurelian. III, an. 540, Can. XVIII, de iis loquitur Clericis, *qui Monaſteria, Diœceſes, vel Baſilicas in quibuſcumque locis poſitas ſive in territoriis, ſive in ipſis Civitatibus ſuſcipiunt ordinandas.* Tum Gregorius M. Epiſtolis ad Joannem, & Marinianum Ravennates Epiſcopos, graviter de Clericis quibuſdam conqueritur, quod monaſteria quædam occaſione quaſi regiminis veluti in proprietate poſſiderent. Igitur tunc temporis Commendæ nonniſi ad tempus fiebant: adhæc Commendatario e proventu Eccleſiæ commendatæ nonniſi neceſſaria, & modicum laborum præmium accipere jus erat, reliquis fructibus Antiſtiti eligendo ſervandis. Gregorius M. Epiſt. Lib. IV, Ep. 35.

Eadem pene ætate Gothis, & Langobardis, atque inde Saracenis, aliiſque exteris gentibus Italiam vaſtantibus, ſæpe contingebat, ut Epiſcopi e ſuis Sedibus ejicerentur; quibus Rom. Pontifices, vel alias Cathedrales Eccleſias vacantes, vel etiam Abbatias in perpetuam dabant commendam, ut inde viverent, ac ſimul poteſtatem exercerent Epiſcopalem. S. Gregor. M. Epiſt. Lib. II, Ep. 13, Agnellum Fundorum Epiſcopum, urbe ab hoſtibus vaſtata, conſtituit Tarracinenſis Eccleſiæ Epiſcopum Cardinalem: *Ita ut*, ait, *Fundenſis Eccleſiæ Epiſcopus eſſe non deſinas, nec curam, gubernationemque ejus prætereas.* Vides hic duplicem Eccleſiam uni Epiſcopo commiſſam, alteram in Commendam, alteram vero in Titulum. Porro Tituli, & Commendæ vocabula explicatius diſtinguit Leo IV, Can. III, Cauſ. 3, Q. I. Habes igitur commendarum uſum ſatis anti-

antiquum, haud improbandum, immo & valde utilem; quum Epiſcopatus, Parochiæ, Monaſteria Epiſcopis commendarentur, aliiſque ſacratis perſonis, eoque ordine inſignitis, quem beneficium requirebat.

Veruntamen IX ſæculo perverſus uſus invaluit, ut beneficia, ac præſertim monaſteria laicis etiam, ac ſæpe militibus profunderentur. Hujuſmodi abuſio in Galliis potiſſimum Regum Francorum ævo graſſata eſt: Thomaſſ. P. III, Lib. II, cap. 43, & 44. Rom. autem Pontificum opera, atque etiam Epiſcoporum in Synodis per ea tempora habitis laicales Commendæ prorſus abolitæ ſunt; qua in re etiam enituit Hugonis Capeti pietas, de quo in Fragm. Hiſt. *Aquitaniæ apud Ducheſnium* Tom. IV, pag. 80. *Eccleſiis, Monaſteriiſque jus electionis, & reditus reſtituiſſe, tum & a Proceribus reſtitui curaſſe; quam ob rem Eccleſiæ S. Amator adpellatus fuit*. Adhuc tamen conſueverunt Epiſcopi, vel de facto, vel R. Pontificis accedente conſenſu, plures ſibi commendatas retinere Eccleſias, vel Monaſteria: at vero hanc purioris Eccleſiaſticæ diſciplinæ remiſſionem, quæ identidem ſenſim irrepebat, nimiumque brevi invaleſcebat, plures Rom. Pontifices evellere conati ſunt, ac præſertim Clemens V, Extrav. 2, *de Præbendis*. Porro nova, eademque gravis exorta eſt cauſſa, cur Commendæ non permittendæ modo, verum & probandæ viderentur: ſcilicet Terra ſancta iterum ab infidelibus occupata, opportunum viſum eſt, Epiſcopis inde ejectis, alios in Italia, alibique Epiſcopatus, e quibus ſuſtentarentur, commendare: qua cauſſa quidem urgente res improbanda non erat; licet id nec diutius perduravit.

Porro alia deinceps ſatis ſpecioſa Commendas elargiendi cauſſa excogitata eſt: reformandi ſcilicet monaſticam diſciplinam in pluribus æque Monachorum, ac Canonicorum Regularium monaſteriis dilapſam. Revera per ea tempora Monachi Canonicique monaſticæ, vitæque communis obliti laicorum more vivebant, quin & laicis gravi erant offenſioni. Abbates, & Præpoſiti Comitum potius, & Baronum vitam agentes, bona monaſterii dilapidabant, pauperumque patrimonium ad luxum fovendum, familiareſque ditandos profundebant. Hanc nacti occaſionem Cardinales, aliique Prælati monaſteria illa ſibi commendanda poſtularunt ad eorundem reformationem, & inſtaurationem. At quid? Num his in commendam, Regibus ipſis adſentientibus, elargitis, vel Dei cultus reſtitutus, vel peregrinis hoſpitia aperta, vel pauperum egeſtati proviſum? Vix, aut ne vix quidem: id quod eorum, quibus id exſequendi munus demandatum erat, vitio tribuas. Profecto & monaſteriorum ædificia in ruinam prona, diſciplina Superioris abſentia quam laxiſſima, cellulæ vel raro habitatæ vel habitatore deſtitutæ, quam evidenter ſignificabant reformationis ſtudium pulcherrimum fuiſſe prætextum, quo bonis monaſteriorum pro lubitu uti fruique poſſent. Hæc, aliaque hujuſmodi mala ex Commendis fluentia recenſet Clemens V in modo laudata Conſtitutione, qua omnes, & quaſcumque, etiam Cardinalibus, factas commendas revocavit. Porro neque hac Conſtitutione tanto illi malo mederi potuit; quinimmo vigente poſtea ſchiſmate Avenionenſi tam altas radices egit, ut nec Synodorum Decretis, nec Apoſtolicis Conſtitutionibus, nec Concordatis Rom. Pontifices inter, Regeſque initis evelli potuerit.

Tandem Syn. Tridentina Seſſ. XXV, *de Regularibus*, cap. 21, Rom. Pontificum pietati, ac prudentiæ committit, ut monaſteriis jam commendatis, *quæ ſuos conventus habent, Regulares Perſonæ ejuſdem ordinis expreſſe profeſſæ, & quæ gregi præire, & præeſſe poſſint, præficiantur. Quæ vero in poſterum vacabunt, nonniſi regularibus ſpectatæ virtutis conferantur. Quoad ea vero, quæ ſunt Capita, ac Primates Ordinum*, eadem Tridentina Synodus decrevit, ut *teneantur illi, qui in præſenti ea in commendam obtinent, niſi ſit eis de regulari ſucceſſore proviſum, intra ſex menſes religionem illorum ordinum propriam ſolemniter profiteri, aut iis cedere: alias commendæ prædictæ ipſo jure vacare cenſeantur.* Saluberrima hæc Tridentina ſanctio haud omni ex parte effectum habuit.

Et quidem jure hodierno Monaſteria (iis exceptis, quæ Capita ſunt Ordinum) quæ ſuos habent conventus, olim commendata, adhuc Clericis ſæcularibus in commendam traduntur perpetuam, onere duntaxat adjecto congruam pro menſa conventuali portionem ſegregandis monachis adtribuendam. Quæ vero monachis deſtituta ſunt, Clericis ſæcula-

ribus in commendam perpetuam a Rom. Pontificibus conceduntur cum libera proventuum adminiſtratione, haud ſecus ac eſſent veri beneficiarii & titulares.

Commendatarii igitur, tamquam veri beneficiarii: 1 Liberam habent proventuum adminiſtrationem. 2 Dant dimiſſorias ad Ordines æque ac Ordinarii Monaſteriorum Superiores. 3 Ad beneficia præſentant, tum & conferunt, atque eligunt. 4 In Gallia ad ſacros ordines intra annum ſuſcipiendos coguntur; adhæc & in Italia, alibique, ubi commendis animarum cura vel monachorum, vel ſæcularium adnexa ſit, & ad ſacros ordines ſuſcipiendos, & ad reſidentiam adiguntur. 5 Commenda non ſecus ac verum beneficium non poteſt cum alio beneficio permutari. 6 Commendis æque ac Beneficiis Penſiones imponuntur. 7 Commendatarius Monaſterii perpetuus, licet Regulam Ordinis, quæ in eo Monaſterio viget, non profiteatur, habet tamen in Monachos eandem poteſtatem, quam haberet, ſi ex vero titulo beneficium poſſideret.

Haud tamen inde inferas Beneficia Regularia Commendata omnem prorſus primigeniam naturam exuere. Adhuc enim hodierno jure Commendæ nonniſi a Rom. Pontifice, & quidem *diſpenſative*, ut ajunt, conceduntur, & proviſio per commendam dicitur *diſpenſatoria*, & *extraordinaria*. Unde licet Epiſcopi beneficia etiam reſervata aliquando conferant, beneficia tamen commendata nunquam conferre poſſunt. Quum enim primigenia eorundem natura inſpecta, Regularia ſint, profecto nova quædam Pontificia diſpenſatio, ut clerico ſæculari iterum commendari poſſint, requiritur, licet alioquin jam inde pluribus abhinc ſæculis clericis ſæcularibus in commendam perpetuam conferri conſueverint. Plures quidem Canones præſcribunt Beneficia Regularia nonniſi Regularibus, & Sæcularia Sæcularibus conferenda; verum huic Canonum læſioni opportune medetur diſpenſatio Pontificia. Demum beneficia monaſterio commendato adnexa perpetua non ſunt, ſed ad nutum mobilia ob inſitam regularibus beneficiis mobilem naturam.

QU. XLII.

Ecquid afferis de Metropolitarum inſignibus?

§. I. **M**Etropolitarum inſignia ſunt Crux, & Pallium. Sive de Cruce, ſive de Pallio Archiepiſcopali ſermo ſit, hoc initio ſtatui poteſt generale principium: ſcilicet fuiſſe olim utrumque inſigne Pontificis Maximi, quod deinde majoribus Epiſcopis, qui propius ad Pontificem eundem accederent, & in Epiſcopos ſaltem nonnullos juriſdictionem exercerent, ex ſpeciali liberalitate conceſſum eſt. Multa ſane inde derivant conſectaria. Primum eſt, jus & pallii, & crucis privilegiarium eſſe, eandemque de eo capi ſemper interpretationem debere, quæ capitur in juribus privilegiariis univerſis, cap. 23, de privilegiis, Clement. 2, eod. tit. Secundum eſt, concedi ſolere Legatis Apoſtolicis inſigni quadam legatione una cum maxima juriſdictione fungentibus. Tertium eſt, concedi ſolere Vicariis Apoſtolicæ Sedis, cap. 1, ut lite pendente. Quartum eſt, exinde intelligi commodiſſime, quare Archiepiſcopis univerſis concedatur; quia nimirum in Epiſcopos Provinciales vices quodammodo gerunt Apoſtolicæ Sedis, dicta Clement. 2, de privilegiis. Quintum eſt, Archiepiſcopos jure crucis ante ſe deferendæ, palliique geſtandi tantum gaudere in Provincia, non extra Provinciam, quod tantum intra Provinciam vice Sedis Apoſtolicæ fungantur. Sextum eſt, Archiepiſcopos, præſente Pontifice Maximo, vel ejus Legato, nec pallio, neque elata cruce uti poſſe, quaſi ceſſet Vicaria illa Archiepiſcopalis perſona, ubi per ſe, vel per Legatum ſuum extra ordinem miſſum Pontifex Maximus præſens adeſt. Septimum eſt, translato Archiepiſcopo ad alium Epiſcopatum, jus competens ex vi Archiepiſcopalis depoſitæ dignitatis expirare, nec propterea pallii priſtino jure potiri, aut priſtino jure efferendæ crucis, niſi Eccleſia, ad quam translatus fuerit, ſimili Metropolitica dignitate polleat. Octavum, & poſtremum eſt, jus pallii, & crucis non fieri commune Coadjutori Archiepiſcopi, etiamſi datus fuerit cum jure futuræ ſucceſſionis, ita poſtulante privilegii natura, quæ non patitur, jura ſingularia de perſona in perſonam facile extendi.

Jam vero ut ſpecialiter nunc & de cruce & de pallio differam, ajo in primis, delationem erectæ crucis inſigne olim fuiſſe Pontificum Maximorum, quod primum ab ipſis conceſſum fuiſſe Legatis conſpicua quadam legatione fungentibus, inde Patriarchis, ac Primatibus demonſtrat Thomaſſinus in parte 4 Diſciplinæ Eccleſiaſticæ lib. 4, cap. 39, cap. 23, de privileg. Viſum paullatim fuit, ut ſimilis prærogativa donarentur ii, qui vi ſui Epiſcopatus Vicarii Apoſtolici dicebantur. Hinc

Archiepiſcopus Eboracenſis in tota Anglia incedens ex ſingulari privilegio crucem ante ſe deferebat, cap. 1, ut lite pendente. Tandem id univerſis Archiepiſcopis commune factum eſt, Clement. 2, de privileg. Ex qua etiam conſtat, delationem crucis in tota Provincia Archiepiſcopo permitti, etiamſi de locis agatur abs jurisdictione ejus exemtis; in iſtis enim in veſtigium ſaltem veteris poteſtatis Metropolitano honor, & reverentia debetur. Illud Archiepiſcopis, iiſve majoribus Prælatis obſervandum eſt, ut extra ſuam Provinciam eo jure nunquam utantur, argumento cap. 5, de auctoritate, & uſu pallii, proindeque qui Archiepiſcopi, vel Primates, vel Patriarchæ in partibus nominantur, ab eiſdem inſignibus abſtinere debeant, quod extra Provinciam conſtituti perpetuo ſint; immo etiamſi ad aliam Provinciam, aut diœceſim invitentur, non poterunt facultatem a Diœceſano invitante iis inſignibus utendi obtinere, ſiquidem uſus inſignium extra Provinciam non tam prohibetur, ne fraus fiat juriſdictioni Diœceſanorum, quam ne privilegia a Pontifice Maximo conceſſa latius extendantur. Præterea obſervandum eſt, ne in Provincia quidem eo jure Archiepiſcopos, iiſve majores Prælatos uti poſſe, quoties, uti ſuperius dictum eſt, vel adſit Pontifex Maximus, vel Legatus a latere, vel alius Pontificius Legatus, qui tamen utatur inſignibus Apoſtolicæ dignitatis, dicto cap. 23, de privilegiis. Denegantur etiam inſignia deferendæ crucis Coadjutoribus illorum Prælatorum, etiamſi jus habeant futuræ ſucceſſionis, quod necdum ii proprie dignitatem adepti eſſe intelliguntur. Quod ſi contingat, Archiepiſcopum, Primatem, vel Patriarcham juri ſuæ Eccleſiæ cedere, & alio transferri in Eccleſiam mere Epiſcopalem, licet translato nomen Archiepiſcopi, Primatis, Patriarchæ retinere liceat, non tamen licebit crucem ante ſe deferri mandare, cum crucis delatio non tam dignitatis ſit, quam juriſdictionis Archiepiſcopalis argumentum. Paucis hæc de Cruce attigiſſe ſufficiat.

Vid. Benedict. XIV de Syn. Diœceſ. Lib. II, cap. VI, & Bullarium Tom. IV, Conſtit. XXXIX.

Ad pallium vero quod attinet, invaluit, ut texatur ex candida lana, ea forma, ut habeat circulum humeros conſtringentem, & duas lineas, ſive faſciolas ab utraque parte dependentes, ut aliquot intextas habeat purpureas cruces, ut duplex a ſiniſtris ſit, ſimplex a dextris, ut denique in tres partes conciſum tribus infictis acubus jungatur, ſeu conſuatur. Illud, quod in Latina Eccleſia petitur a Romano Pontifice, ab eodem Pontifice benedicitur ad monumentum S. Petri, ex quo deinde adſportatur, unde illud ſumi dicitur de Sancti Petri corpore. Cap. 4, verſ. *Cum igitur*, de electione. Formula petendi pallii vehementibus precibus concipi ſolet, ut ex. gr. impetraturus dicat, ſe INSTANTER, INSTANTIUS, INSTANTISSIME petere; quod inductum fuit ex can. 2, diſt. 100, ubi cautum adparet, pallium concedendum non eſſe, niſi FORTITER POSTULANTI.

Nihil autem refert, an ab Archiepiſcopo in propria perſona petatur, an per procuratorem, dummodo hic mandatum habeat ſpeciale. Illud quoque obtinuit, ut, quo tempore pallium peteretur, & fieret fidei profeſſio, & conſuetum jusjurandum, quo inter cætera ſpondeat, qui pallium ſuſcipit, ſe Pontifici Maximo & obedien-

dientiam, & reverentiam exhibiturum, cap. 4, de elect. argumento canonis 9, diſt. 100. Cum enim liqueat ex dicto can. 9, Pontificem Maximum pallium concedentem conſueviſſe Antiſtibus nonnulla ſingularia privilegia, & munera elargiri, congruum præfecto erat, ut iidem Antiſtites caverent, ſe rite, recteque muneribus eiſdem ſingularibus functuros. Eam ob rem cum olim & fidei profeſſio, & jusjurandum tempore conſecrationis elicerentur, obtinuit, ut eadem tempora trium menſium, quæ conceduntur electis confirmatis, ut conſecrationem petant, concedantur quoque pallium ſuſcepturis, quæ nunquam, niſi legitima ſubſit cauſſa, excedantur, can. 1, diſt. 100: cujus ſententia perperam tributa Pelagio Papæ tribui rectius debuiſſet Concilio Ravennatenſi anni 877. Hæc enim diſciplina primum in laudato Ravennatenſi Concilio conſtituta eſt, confirmataque a Gregorio VII, in Epiſtola I, lib 9 Regeſti; quibus addi poteſt Concilium Tridentinum in ſeſ. 7, de reform. cap. 9. Cum vero tradi cœperit; per pallium Pontificalis officii plenitudinem cum Archiepiſcopalis nominis appellatione conferri, cap. 3, de auctorit. & uſu pallii, recepta diſciplina fuit, qua Archiepiſcopus utut conſecratus ante receptum pallium a certis ſui muneris functionibus abſtineret. Jam id, fateor, a nonnullis relatum eſt ad tempora Pelagii Papæ, ſive primus fuerit, ſive ſecundus, ille profecto, cui tribuitur canon 1, diſt. 100; ſed, uti modo adnotabam, monumentum illud apocryphum eſt, quamquam occaſionem dare potuerit novæ ſtatuendæ diſciplinæ, quæ ſcripta lege confirmari cœpit in Concilio Ravennatenſi anni 877, can. 1, & 2, ibi: *Quiſquis Metropolitanus intra tres menſes conſecrationis ſuæ ad fidem ſuam exponendam, palliumque ſuſcipiendum ab Apoſtolica Sede, nulla inevitabili neceſſitate imminente, non miſerit, commiſſa ſibi careat dignitate; ita ut tamdiu Epiſcopali illi Sedi cedat, omnique conſecrandi licentia careat, quamdiu in exponenda fide, & in expetendo pallio priſcum morem contemſerit &c.* Dixi, necdum recepto pallio a certis muneris functionibus eſſe abſtinendum. Qualia hæc ſint, exprimuntur in cap. 28, verſ. *Super eo*, in fine, de elect. nimirum convocare Concilium, conficere Chriſma, dedicare Baſilicas, ordinare Clericos, & Epiſcopos conſecrare. In conſpectu hujus capituli ego arbitror, hæc, quæ ibidem exprimuntur, non tamquam generalis regulæ exempla proponi, ſed potius tamquam certa munera, a quibus Archiepiſcopi necdum pallium conſecuti abſtineant, integra manente in aliis minime expreſſis & Epiſcopali jurisdictione. Neque vero aberrare me ita ſentientem ſinit Alexander III, in cap. 11, eod. tit. dum reſcripſit, Metropolitanum ante ſuſceptionem pallii adhuc potuiſſe mandare ſuffraganei Epiſcopi conſecrationem ab alio Epiſcopo faciendam, licet ipſe conſecrare ſuffraganeum electum minime potuiſſet. Quid vero eſt, quod ſubjicitur in dicto cap. 28. *Multum profecto præſumit, qui, antequam impetret pallium, Clericos ordinare feſtinat, cum id non tamquam ſimplex Epiſcopus, ſed tamquam Archiepiſcopus facere videatur?* Num forte vel a vero aberravit Innocentius III, cum facultatem Clericorum ordinandorum non Epiſcopali, ſed Archiepiſcopali poteſtati adſcripſit, quando alias vulgaris res eſt, unumquemque Epiſcopum poſſe Clericos ſuæ Diœceſis ordinare; vel generalem regulam ſtatuit, nihil Archiepiſcopum poſſe facere ante acceptum pallium, in quo

non Epiſcopalis, ſed Metropolitica juriſdictio exerceatur, quod tamen eſſet contra Doctrinam Alexandri III, in dicto cap. 11, ſtatuentis, Archiepiſcopum ante ſuſceptum pallium mandare poſſe, ut Suffraganeus conſecretur, qua in re non Epiſcopalis, ſed Metropolitica juriſdictio exercetur; vel denique ſibimet contradicet idem Innocentius, quando videtur diſtinguere inter Epiſcopalem, & Archiepiſcopalem juriſdictionem, & tradere, ante ſuſceptum pallium exerceri poſſe Epiſcopalem tantum, non etiam Archiepiſcopalem juriſdictionem, deinde quaſi mutata ſententia tradere, non licere Archiepiſcopo, ante ſuſceptum pallium conficere Chriſma, & dedicare Baſilicas, in quibus officiis non Archiepiſcopalis, ſed Epiſcopalis juriſdictio explicatur? Ad diluendas, quæ ſuper Innocentianum reſcriptum offundi poſſent, tenebras, præſtituenda erit in primis generalis regula; deinde & recta fluet ejuſdem reſcripti interpretatio, & utilia ad rem noſtram conſectaria deducentur. Regula erat moribus confirmata, ſive Alexandri III, ſive Innocenti III temporibus, ut ea Epiſcopalia officia, quæ fierent a Metropolitanis Pontificia inſignia in ſua diœceſi, vel Provincia geſtantibus, exerceri non poſſent ante ſuſceptionem pallii, quin ulla eſſet diſtinctio, inter ea, quæ ab Archiepiſcopo gererentur in Diœceſi tamquam Epiſcopo, & ea, quæ gererentur ab Archiepiſcopo, tamquam Archiepiſcopo; etenim non duæ habebantur dignitates Epiſcopi, & Archiepiſcopi, ſed tantum Archiepiſcopalis, quæ Epiſcopalem ſub ſe continebat, quo pertinent laudata illa reſcripti verba, TAMQUAM ARCHIEPISCOPUS FACERE VIDETUR, in quibus notanda eſt formula per verbum VIDETUR expreſſa; quaſi dixerit Innocentius, Archiepiſcopum ordinantem Clericos revera quidem Epiſcopum gerere, ſed interea Archiepiſcopum videri, propterea quod ſacris inſignibus indutus Archiepiſcopus ordinationem facere debuiſſet, pallium autem inter ſacra inſignia recenſetur. En cauſſam, quare ab Archiepiſcopo ante pallii ſuſceptionem non eſſent Clerici ordinandi ex Innocentii III ſententia; ex qua inſuper intelligimus, quare Innocentius reſcribendo adjecerit, Archiepiſcopum non poſſe ante ſuſceptum pallium Chriſma conficere, dedicare Eccleſias, conſecrare Epiſcopos, & Synodum celebrare; in his enim omnibus Archiepiſcopus, aut Archiepiſcopum, non Epiſcopum agit, aut ſi Epiſcopum agit, ob ſacra, quæ ſuſcipit, indumenta, non Epiſcopum, ſed Archiepiſcopum agere videtur. In iis vero, quæ ſine uſu Pontificalium geri ab Archiepiſcopo poſſent, admittebatur, Archiepiſcopum etiam tamquam Archiepiſcopum agere poſſe ante pallii ſuſceptionem, quo ſpectat laudata Alexandri III doctrina in dicto cap. 11. Hinc ego colligo, Archiepiſcopum ab Epiſcopo rogatum, ut in alia Diœceſi non ſibi ſuffraganea Pontificalia exerceat, aut ordines conferat, aut Chriſma conficiat, aut Baſilicas dedicet, poſſe adhuc hæc omnia peragere, etiamſi necdum pallium ſuſceperit; quia tum nec Archiepiſcopum revera gerit, nec Archiepiſcopum gerere ullo modo videtur; proindeque huc pertinere non poteſt allata Innocentii III ratio.

Non unicuique petenti conceditur pallium, ſed tantum illis, quos & Sedis dignitas ſingularis, & merita perſonæ commendant. Dignam Sedem habere olim is dicebatur, qui Epiſcopatum teneret, cui eſſet adnexus Vi-

ca-

cariatus Apoſtolicæ Sedis, can. 10, diſt. 100. Hodie vero datur petentibus Patriarchis, Primatibus, & Archiepiſcopis univerſis, non minoribus Epiſcopis, niſi quædam ſit Civitatenſis Eccleſia, ſeu Sedes Epiſcopalis, quæ hoc privilegium a Sede Apoſtolica obtinuiſse probetur, cap. 15, de præſumptionibus. Merita olim ad obtinendum pallium inſignia eſse debebant, can. 2, diſt. 100. Hodie autem ſtatim ac quis dignus Archiepiſcopatu deprehenditur, pallio quoque dignus eſse intelligitur. Quamobrem ſtatim ac quis eſt in Archiepiſcopum conſecratus, non debet in ſuſpenſo manere pallii conceſſio, ex eo forte, quod nonnulli adverſus eundem Archiepiſcopum quidquam objiciant, quamquam poſt conceſſionem pallii judicium de ea re minime denegetur, extravag. un. de auctorit. & uſu pallii. Nemo exinde non colligit, pallii jus partim reale, partim perſonale eſse, reale ex dignitate Sedis, perſonale ex meritis perſonæ. Quando vero diverſi ſunt effectus jurium perſonalium ab effectibus jurium realium, definiendæ erant ſpecies, in quibus pallium modo tamquam jus perſonale adpareat, modo tamquam reale. Quod reale ſit, receptum fuit, ut ſucceſsor in dignitate pari pallii petendi jure gaudeat; item ut translatus Archiepiſcopus ad aliam Metropolitanam Eccleſiam non poſſit priore pallio uti, ſed aliud impetrare debeat, c. 4, de poſtulat. Prælat. Quod perſonale ſit, receptum fuit, ut Archiepiſcopus nequeat alteri pallium ſuum utendum concedere, idemque vita functus cum eodem pallio ſepeliatur, cap. 2, de auctorit. & uſu pallii.

Si de loco quæratur, intra quem pallii uſus permittitur, Summus quidem Pontifex ubique illud defert; ſed Metropolitani illud tantum in Diœceſi ſua, vel Provincia deferunt, cap. 1, de auctoritat., & uſu pall. ex quo explicandum eſt capitulum 6, eod. tit. quod enim ibidem dicitur UBICUMQUE licere, intelligi oportet de univerſa Provincia, non etiam extra eandem, ut hæc monumenta invicem conſonent. Excipe tamen caſum ſingularis privilegii, quod quis a Romano Pontifice obtinuiſse demonſtret, cap. 5, eod. tit. Id verum eſt, etiamſi de locis exemptis agatur, dummodo intra Provinciam ſitis, Clem. 2, de privilegiis. Hinc colligitur, Patriarchas, Primates, & Archiepiſcopos, qui dicuntur in partibus conſtituti, quod extra Provincias ſui Epiſcopatus degere cogantur, pallio uti non poſſe, uti ſuperius jam traditum eſt Adverſus hæc vulgo opponi ſolet lex 1, ff. de offic. Proconſ. ex qua liquet, inſignia a Proconſule deferri poſſe etiam extra Provinciam ſibi deſignatam. Vulgo etiam reſponderi ſolet, inſignia Proconſularia juriſdictionem Proconſulis deſignare, non exercitionem juriſdictionis, e contrario inſignia Metropolitanorum non tam ad juriſdictionem, quam ad ejuſdem exercitionem deſignandam referri, unde utriuſque diſciplinæ diſcrimen eruatur. Ego vero cum intuear, totam hanc rem ab arbitrio illius pendere, qui inſignia conceſſit, verius dixero, gratia Proconſulum aliquid amplius voluiſſe Romanos, quam voluerint Pontifices Maximi gratia Metropolitarum. Quid enim, ſi Romanus Antiſtes etiam non conceſſa juriſdictionis exercitione in aliena Provincia pallii uſum alicui conceſſerit? Nonne is etiam extra Provinciam pallio utetur? argumentum eſt in dicto cap. 5, de auctorit. & uſu pallii.

Denique obſervandum eſt, certos

ſacris canonibus deſignatos fuiſſe dies, immo & certa ſolemnitatum adjuncta, quibus Archiepiſcopus pallio uti poſſit, non ex. gr. extra ſolemnia Miſſarum, ſeu in officiis privatis can. 6, & 8, diſt. 100, non extra Eccleſiam, ſive ſacras ædes, cap. 1, de auctorit. & uſu pallii, non in Miſſis pro defunctis, cap. ult. eod. tit. non quibuſcumque diebus, ſed ſolemnioribus, cap. 4, & 6, eod. tit. Non eſt ſane omittendum, Archiepiſcopum pallio uti poſse, quibus in caſibus, quamquam Epiſcopum agat, Archiepiſcopum tamen agere videtur, quemadmodum liquet ex iis, quæ ſuperius dicta ſunt ad interpretationem capituli 28, de electione. Hujuſmodi eſt ordinatio Clericorum, celebratio Concilii, conſecratio Baſilicarum, conſecratio Epiſcoporum, & confectio Chriſmatis. Statim ac enim cautum eſt, ne Archiepiſcopus hæc peragat ante ſuſceptum pallium, tacite inſinuatum videtur, ut in iſtis officiis deceat, Archiepiſcopum pallio ornatum procedere.

De Pallio vide ea, quæ ſuperius diximus Lib. II, Qu. XXV.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA

F I N I S.

INDEX QUÆSTIONUM

LIBER III.

QU. I.

Nomen Metropolitæ quandonam primum in Eccleſia uſurpari cœpit? Pag. 1

QU. II.

Quinam Epiſcopi olim METROPOLITANORUM nomine donati? 9

QU. III.

Cedo tempus, quo METROPOLITANI nomen a Diœceſeon Exarchis ad Provinciarum Præſides gradum fecit. 34

QU. IV.

Quid habes de ortu & progreſſu Juris Metropolitici? Jus Metropoliticum una ne cum METROPOLITANI nomine ortum ſuum habuit? 48

QU. V.

Metropolitarum Inſtitutio divina ne an humana? 56

QU. VI.

Habeo de Metropolitarum Inſtitutione.

Nunc de Metropolitanorum Jurium Inſtitutione quæro. Hæc divina ne, an humana? 63

QU. VII.

Quænam ſunt Metropolitarum jura? 64

QU. VIII.

Metropolitæ ſunt ne Ordinarii Epiſcoporum Judices? 67

QU. IX.

Quænam ob Crimina Epiſcopi ad Eccleſiaſticum tribunal rapiebantur? 71

QU. X.

Quid habes de crimine Apoſtaſiæ? 75

QU. XI.

Quid ſentis de crimine Hæreſeos? 79

QU. XII.

De Schiſmaticis quid cenſes? 88

QU. XIII.

Simoniaci hæreticis ne annumerandi? 98

QU. XIV.

Homicidium quare in Eccleſiaſticis criminibus numeratum fuit? 107

QU. XV.

Nefariæ libidines cur in Eccleſiaſticorum criminum cenſum delatæ? 114

QU. XVI.

Furtum eſt ne crimen Eccleſiaſticum? 117

QU. XVII.

Fœnus quodnam crimen? 120

QU. XVIII.

Superbia, Avaritia, Iracundia, Vinolentia, Deſidia, aliaque hujuſmodi nunquam ne Judicis Eccleſiaſtici conſpectum ſubire juſſa ſunt? 125

QU. XIX.

Superbiæ, Iracundiæ, Vinolentiæ, Avaritiæ aliiſque hujuſmodi quænam pœna conſtituta? 127

QU. XX.

Quid habes de Laicorum, atque Clericorum Pœnitentia? 134

QU. XXI.

Quid habes de Abſolutione Canonica? quatenus ea differt a Sacramentali? 137

QU.

QU. XXII.

Occultorum criminum reis publica ne Pœnitentia neceſſe erat? 142

QU. XXIII.

Quando nam crimina habebantur ita PUBLICÆ, ut Cenſuræ Eccleſiaſticæ, atque Canonicæ Pœnitentiæ locus eſſet? 144

QU. XXIV.

Quinam Eccleſiaſticorum Judiciorum Ordo in criminibus puniendis? 146

QU. XXV.

Quinam Judiciorum Eccleſiaſticorum ordo in litibus dirimendis? 153

QU. XXVI.

Quænam Cauſſæ in Foro Eccleſiaſtico agitari ſolitæ? 157

QU. XXVII.

Quid habes de altero Metropolitarum Jure Ordinario?

Metropolitarum eſt ne Synodos Provinciales indicere, eiſque præeſſe? 162

QU. XXVIII.

Concilia Provincialia ulla ne indigent Sedis Apoſtolicæ auctoritate? 167

QU. XXIX.

Undenam ortum eſt, ut Concilia Provincialia celebrari deſierint? 176

QU. XXX.

Ulla ne Conciliorum neceſſitas? 194

QU. XXXI.

In Conciliis quæ quantaque Patrum debet eſſe conſenſio? 203

QU. XXXII.

Quid habes de tertio Metropolitarum jure ordinario?

Utuntur ne jure ſuo Metropolitæ, cum in omnibus ſuæ Provinciæ Eccleſiis legum cultum, ac canonum obſequium promovent? 218

QU. XXXIII.

Explica mihi quartum Jus Metropolitarum ordinarium.

Agunt ne pro jure ſuo Metropolitæ; cum Univerſam Provinciam viſitant? 222

QU. XXXIV.

Cedo quintum Metropolitarum jus ordinarium.

Ecquid Juris habent Metropolitæ in Eccleſias viduatas? 225

QU. XXXV.

Quid affers de ſexto Metropolitarum jure ordinario?

Integrum ne ſemper fuit ab Epiſcopis ad Metropolitas appellare? 229

QU. XXXVI.

Quænam extraordinaria Metropolitarum jura?

Quid cenſes de novarum Eccleſiarum Erectionibus? 243

QU. XXXVII.

Epiſcoporum Confirmatio pertinet ne ad Metropolitarum jus ordinarium an extraordinarium? 246

QU. XXXVIII.

Epiſcoporum Translationes cujus Metropolitici juris?

Ordinarii ne, an extraordinarii? 251

QU. XXXIX.

Epiſcopatuum Abdicationes quem locum obtinent inter jura Metropolitica? Ordinarium ne an extraordinarium? 256

QU. XL.

Ordinaria ne, an extraordinaria poteſtate fulſerunt Metropolitæ, cum Epiſcopis Adjutores dedere, qui certam ſpem haberent in eorum locum ſuccedendi? 261

QU. XLI.

Perpetuæ Eccleſiarum Fiduciæ a Metropolitanis ne petendæ? 269

QU. XLII.

Ecquid affers de Metropolitarum inſignibus? 285

FINIS.

Digitized by Google